

PORTVGALIAE
MONVMENTA NEOLATINA
VOL. XXV

MANUEL ÁLVARES

INSTITUIÇÃO
DA GRAMÁTICA

AMPLIADA E EXPLICADA POR ANTÓNIO VELEZ

TOMO II

MORFOLOGIA II: GÉNERO DOS NOMES.
SOBRE A DECLINAÇÃO DOS NOMES. ANALOGIA E ANOMALIA.
PRETÉRITOS E SUPINOS

IMPRESA DA UNIVERSIDADE DE COIMBRA
COIMBRA UNIVERSITY PRESS

(Página deixada propositadamente em branco)

PORTVGALIAE
MONVMENTA NEOLATINA

Coordenação Científica Geral

A P E N E L
Associação Portuguesa de Estudos Neolatinos

DIREÇÃO

SEBASTIÃO TAVARES DE PINHO
ARNALDO DO ESPÍRITO SANTO
VIRGÍNIA SOARES PEREIRA
ANTÓNIO MANUEL R. REBELO
JOÃO NUNES TORRÃO
CARLOS ASCENSO ANDRÉ
MANUEL JOSÉ DE SOUSA BARBOSA



A P E N E L

AUTORES

Juan María Gómez Gómez (U. Extremadura)
Cláudia Teixeira (U. Évora / CECH-UC)
Armando Senra Martins (U. Évora / CEC-UL)

COORDENAÇÃO CIENTÍFICA DESTE VOLUME

Delfim Ferreira Leão
Mário Santiago de Carvalho
Margarida Miranda
Sebastião Tavares de Pinho

COORDENAÇÃO EDITORIAL

Maria João Padez de Castro

EDIÇÃO

Imprensa da Universidade de Coimbra
E-mail: imprensa@uc.pt
URL: http://www.uc.pt/imprensa_uc
Vendas *online*: <http://livrariadaimprensa.uc.pt>

COORDENAÇÃO EDITORIAL

Imprensa da Universidade de Coimbra

CONCEÇÃO GRÁFICA

Imprensa da Universidade de Coimbra

INFOGRAFIA

Mickael Silva

IMPRESSÃO

www.artipol.net

ISBN

978-989-26-1660-5

ISBN DIGITAL

978-989-26-1661-2

DOI

<https://doi.org/10.14195/978-989-26-1661-2>

DEPÓSITO LEGAL

482081/21

PORTVGALIAE MONVMENTA NEOLATINA
VOL. XXV

MANUEL ÁLVARES

INSTITUIÇÃO
DA GRAMÁTICA

AMPLIADA E EXPLICADA POR ANTÓNIO VELEZ

TOMO II

MORFOLOGIA II: GÉNERO DOS NOMES. SOBRE
A DECLINAÇÃO DOS NOMES.
ANALOGIA E ANOMALIA. PRETÉRITOS E SUPINOS

EDIÇÃO CRÍTICA
JUAN MARÍA GÓMEZ GÓMEZ

TRADUÇÃO
ARMANDO SENRA MARTINS
CLÁUDIA TEIXEIRA

IMPRESA DA UNIVERSIDADE DE COIMBRA

(Página deixada propositadamente em branco)

VI. O GÉNERO DOS NOMES

[p. 153] DE GENERIBVS NOMINVM

De generibus nominum quae ex significatione cognoscuntur

| | |
|---|---|
| Quae maribus solum tribuuntur mascula sunt. | 1 |
| Mascula censentur specie depicta uirili | 2 |
| et quibus appositum tantum tribuisse uirile | 3 |
| credibile est ueteres, ueluti <i>fur</i> , <i>aduena</i> , <i>praesul</i> . | |

1) Nomina marem tantum significantia masculina sunt, siue sint propria, ut *Anchises*, *Aeneas*, *Masinissa*, *Cato*; siue appellatiua, ut *rex*, *consul*, *scriba*, *aries*, *equus*, *leo*.

2) Nomina item earum rerum, quae uiri specie depinguntur, qualia sunt angelorum, ut *Gabriel*, *Michael*; daemonum, ut *Lucifer*, *Asmodaeus*; deorum, ut *Iupiter*, *Mars*; uentorum, ut *Boreas*, *Aquilo*, *Iapyx*.

3) Cum masculinis praeterea numerantur ea nomina, quae licet marem simul foeminamque significant, cum masculina solum terminatione nominis adiectiui copulata reperiuntur apud auctores, ut *homo*, *fur*, etc.^[1] Item complura in *-a* finita, a^[2] uerbis composita, ut *aduena*, *alienigena*^[3] et similia.

Schol. 1.^[4] Quae nomina his tribus praeceptis comprehendantur

Nominum genus partim ex significatione, partim ex positione, partim ex assidua diligenteque auctorum lectione cognoscitur. Sunt enim quaedam quorum genere uarie pro suo arbitratu utuntur scriptores, quae ueteres ‘incerti generis’ appellant.

Primo uersiculo continentur quam plurima nomina, de quibus nonnulli grammatici disperse ac multis locis egerunt, cuiusmodi sunt *scriba*, *lanista*, *scurra*, *lixa*, *cacula*, *rabula*, *nauta*, *bibliopola*, *praedo*, *comedo*, *consul*, *tubicen*, *tibicen*, *uas uadis*, *uerres*, *aries*, *aedilis*, *praes*, *Arabs*, *thrax*, *Phryx*, *rex*, *cilix*; omnia denique tam propria, tum appellatiua quae ‘marem siue rationis participem, siue expertem’ significant. Secundo, angelorum, daemonum, deorum, uentorum nomina non quod mares sint, sed quod specie quadam et similitudine mares imitentur, ut *Raphael*, *Asmodaeus*, *Pluto*, *Libs*, *Etesias*. Tertio uersiculo complexi sumus ea quae plerique existimant esse communia duorum generum; uerum cum adiectiuum masculinum dumtaxat admittant, potius masculina censenda sunt, qualia sunt *homo*, *fur*, *latro*, *pugil*, *uigil*, id est, nocturnus custos, *praesul*, *cocles*, *eques*, etc., id genus.

^[1]‘latro’, ‘pugil’, ‘praesul’, ‘cocles’, ‘eques’ et ‘uigil’ pro custode nocturno *post* ‘fur’ *add.* E²
^[2]a E¹ primae declinationis ex E² ^[3]‘indigena’, ‘auriga’, ‘conulua’, ‘homicida’, ‘parricida’, ‘ruricola’, ‘tranfuga’, ‘accola’, ‘agricola’ *post* ‘alienigena’ *add.* E² ^[4]Schol. 1 ... ‘conuiuas meas’ [p. 154] E¹ *om.* E².

[p. 153] O GÉNERO DOS NOMES

Nomes cujo género se reconhece a partir da significação

| | |
|---|---|
| Sejam masculinos ¹ aqueles que só se atribuem a seres do sexo masculino. | 1 |
| Considerem-se masculinos os que são representados por uma imagem ² viril | 2 |
| e aqueles aos quais é de crer que os Antigos apenas atribuíram adjetivos masculinos, como <i>fur</i> , <i>aduenā</i> , <i>praesul</i> . | 3 |

1) Os nomes que significam apenas seres do sexo masculino são masculinos, quer sejam próprios, como *Anchises*, *Aeneas*, *Masinissa*, *Cato*, quer sejam apelativos, como *rex*, *consul*, *scriba*, *aries*, *equus*, *leo*.

2) E também os nomes daquelas coisas que são representadas pela imagem de um ser masculino, como os anjos (e.g. *Gabriel*, *Michael*), os demónios (e.g. *Lucifer*, *Asmodaeus*), os deuses (e.g. *Iuppiter*, *Mars*), os ventos (e.g. *Boreas*, *Aquilo*, *Iapyx*).

3) Entre os masculinos, contam-se, além desses, aqueles nomes que, apesar de significarem simultaneamente masculino e feminino, se encontram nos autores apenas associados à terminação masculina do nome adjetivo (e.g. *homo*, *fur*, etc.). O mesmo se diga de vários nomes compostos terminados em *-a* (e.g. *aduenā*, *alienigena* e outros do mesmo tipo).

Escólio 1. Quais os nomes abrangidos por aquelas três regras³

O género dos nomes conhece-se ora pela significação, ora pela terminação, ora pela assídua e diligente lição dos autores. É que existem alguns nomes cujo género os escritores, a seu arbítrio, usam de forma diversa e ao qual os Antigos chamam ‘género incerto’.

São abrangidos pelo primeiro verso muitíssimos nomes sobre os quais alguns gramáticos trataram dispersamente e em contextos diferentes, tais como *scriba*, *lanista*, *scurra*, *lixa*, *cacula*, *rabula*, *nauta*, *bibliopola*, *praedo*, *comedo*, *consul*, *tubicen*, *tibicen*, *uas uadis*⁴, *uerres*, *aries*, *aedilis*, *praes*, *Arabs*, *thrax*, *Phryx*, *rex*, *cilix*. E, além desses, todos aqueles nomes, tanto apelativos como próprios, que significam um ‘ser do sexo masculino’, independentemente de serem animais dotados de razão ou dela desprovidos. São abrangidos pelo segundo verso os nomes de anjos, demónios, deuses e ventos, não porque sejam do sexo masculino, mas porque, em virtude de alguma imagem ou similitude, aparentam seres masculinos (e.g. *Raphael*, *Asmodaeus*, *Pluto*, *Libs*, *Etesias*). Com o terceiro verso, englobámos aqueles nomes que a maior parte dos autores considera que são comuns aos dois géneros; no entanto, como admitem apenas o adjetivo masculino, devem preferencialmente considerar-se masculinos: e.g. *homo*, *fur*, *latro*, *pugil*, *uigil* (isto é, ‘guarda noturno’), *praesul*, *cocles*, *eques*, etc., e outros do mesmo tipo.

Quis enim Latinis literis uel [p. 154] leuissime tinctus *hominem bonam* aut *doctam* ausit dicere? Quis *duas latrones fuisse in carcerem coniectas*? At, inquiet aliquis *hominem* etiam ‘foeminam’ significare, ut apertissime docet M. Tullius, *Pro Cluent.*: *Cuius ea stultitia est, ut eam nemo hominem, ea uis, ut nemo foeminam, ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit*;¹ et Sulpitius, lib. 4, ad Cic<eronem> de Tullia loquens: *Quae si hoc tempore, ait, non suum diem obiisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit quoniam homo nata fuerat*.² Qui hoc argumento utuntur facile nobis, credo, persuaserint *animal* generis esse communis. Cur enim non dicam, idque bene Latine, “Cuius ea stultitia est, ut eam nemo animal rationis particeps, ea uis, ut nemo foeminam appellare possit”? Et *Ei moriendum fuit, quoniam animal mortale nata fuerat*. Eadem ratione, uel potius *captione mancipium* et sexcenta alia docebunt esse communia duobus. Si enim ancillam sic alloquar, “Seruiendum tibi est, quoniam mancipium nata es”, num male loquar? Non puto. Locus ille Plauti uulgatissimus *Cistel<lariae>, ...intus paueo et formido foris, ita metus / nunc utrobique me agitat, illos hominis miserae misereri*, controuersiam hanc dirimeret, nisi esset corruptus. Sic enim habent libri correcti: *Nam et intus paueo et foris formido, / ita nunc utrobique me metus agitat, / illo sunt homines misere miseri*.³ Quid ergo *homo* generis erit masculini?

Ita Phocas, nobilis in primis grammaticus, sentit eiusdemque generis docet esse *latro, fur, praesul*. Audes a Diomedis, Donati, Prisciani sententia discedere? Si non placet *homo* et quae sunt generis eiusdem ‘masculina’ appellare, appelles licet ‘communia’, sed significatione tantum, quo pacto uerisimile est eos intellexisse. At *homo* ‘marem’ et ‘foeminam’ significat. Non eo infitias, sed, cum ‘foeminam’ significat, appositum foemininum non admittit, quod proprium eorum est, quae uere communia duorum generum sunt, ea namque non solum significatione, uerum etiam constructione sunt communia. Consentiant enim cum adiectiuis tum masculini, tum foeminini generis, ut recta constructio exigit. Sed de utrisque paulo post copiosius. Hoc eodem tertio uersiculo iis satisfacies, qui forte obiicient *lepus, mus, turtur* et similia eiusdem generis promiscua ‘marem’ et ‘foeminam’ significare. Pueri tamen haec et similia ad terminationum regulas pertinere doceantur.

¹Cic., *Clu.* 199 ²Cic. *Fam.* 4,5,4 ³Plaut., *Cist.* 687-9.

Que pessoa, por mais levemente [p. 154] conhecedora da língua latina que seja, ousou dizer *hominem bonam* ou *doctam*? Ou *duas latrones fuisse in carcerem coniectas*? No entanto, poderá alguém objetar: “*homo* também significa *foemina*, como muito claramente mostra M. Túlio, *Pro Cluent.*: *Cuius ea stultitia est, ut eam nemo hominem, ea uis, ut nemo foeminam, ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit*; Sulpício, liv. 4, em carta a Cícero, referindo-se a Túlia, diz: *Quae si hoc tempore non suum diem obiisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit quoniam homo nata fuerat*”⁵. Creio que os que usam este argumento não teriam dificuldade em persuadir-nos de que *animal* é do género comum: “De facto, porque não diria eu, e em bom latim, *Cuius ea stultitia est, ut eam nemo animal rationis particeps*; *Ea uis, ut nemo foeminam appellare possit*? E ainda *Ei moriendum fuit, quoniam animal mortale nata fuerat*”⁶. Pela mesma razão, ou melhor, pelo mesmo raciocínio capcioso, poderiam explicar que *mancipium* e mil outros⁷ nomes são comuns aos dois géneros: “De facto, se eu falar nestes termos a uma serviçal: *Seruiendum tibi est, quoniam mancipium nata es*”⁸, estarei a falar incorretamente? Não julgo.” O conhecidíssimo passo de Plauto, *Cistellaria*, ... *intus paueo et formido foris, ita metus / nunc utrobique me agitat, illos hominis miserae misereri*, até poderia resolver esta controvérsia, não fosse o facto de estar corrompido. Na verdade, as melhores edições apresentam: *Nam et intus paueo et foris formido, / ita nunc utrobique me metus agitat, / illo sunt homines misere miseri*. Em suma, será *homo* do género masculino?

Assim pensa Focas, gramático dos mais insígnis, e defende que *latro*, *fur*, *praesul* são desse mesmo género⁹. “Ousas afastar-te da opinião de Diomedes, Donato e Prisciano?”¹⁰ Se não te agrada chamar masculinos a *homo* e a palavras do mesmo tipo, pelo menos podes chamar-lhes comuns, mas quanto à significação apenas, que era verosimilmente a forma como eles entendiam tal designação. “Mas *homo* significa macho e fêmea.” Não nego, mas, quando significa fêmea, não admite um feminino em aposição, que seria aquilo que é próprio dos nomes que são verdadeiramente comuns aos dois géneros, uma vez que esses nomes não são comuns apenas quanto à significação, mas também quanto à construção (de facto, concordam com adjetivos quer do género masculino, quer do género feminino, como exige a boa construção). Mas sobre uns e outros falaremos adiante com mais pormenor. Com este mesmo terceiro verso respondes àqueles que eventualmente venham a objetar que *lepus*, *mus*, *turtur* e outros promíscuos¹¹ do mesmo tipo significam macho e fêmea. Porém, os alunos sejam advertidos de que estes e outros nomes semelhantes se enquadram nas regras das terminações.

Huc tandem spectant nomina primae declinationis *-a* litera terminata, quae a uerbis oriuntur, ut *auriga, homicida, parricida, transfuga, aduena, conuiuia, accola, agricola* et id genus alia quae grammatici docent esse generis communis, quae quidem nondum, quod meminerim, cum foeminino adiectiuo iuncta inueni, praeter unum apud Pomponium, auctorem uetustissimum, qui a Prisc., lib. 5, citatur: *Conueni* [inquit] *conuiuas meas*.^[1]

| | |
|---|---|
| Foemineum dices, quod foemina sola reposcit. | 1 |
| Iungito foemineis muliebri praedita forma. | 2 |
| Quaeque adiectiuum tantum muliebre requirunt. | 3 |

1) Quae solum ‘foeminam’ significant, ut *Olympias, Helena*,^[2] *regina, mulier, uxor, socrus, nurus*,^[3] *equa, ursa* foeminina sunt.

2) Item [p. 155] nomina earum rerum^[4] quae specie muliebri depinguntur, qualia sunt dearum, ut *Ceres, Vesta, Pallas*; nympharum, ut *Syrinx, Clymene, Arethusa*; furiarum,^[5] ut *Erinnys, Alecto, Tisiphone*.

3) Item quae tantum adiectiuum foemininum admittunt, etiam cum homines ipsos significant, ut *custodiae, excubiae*,^[6] *operae, uigiliae*.

Schol. 2. De n<ominibus> foemin<is> marem significantibus

Cic., *Ad Att.*, lib. 1: *Operae Clodianae pontes occupant*;² idem, *Ad Q. fr.*, lib. 1: *Operas autem suas Clodius confirmat*;³ Traianus, ad Plin., lib. 10: *Nihil opus est ad continendas custodias plures commilitones conuerti*.⁴

Bestia, bellua, pecus -udis, auis et quae sunt generis eiusdem foeminina sunt, quamuis ‘mares’ etiam significant. *Bestia* enim non minus ‘lupum’, ‘equum’, ‘leonem’ quam ‘lupam’, ‘equam’, ‘leuenam’ significat.

Idem de epicoenis quae sunt generis foeminini dictum sit, ut *uulpes, aquila, noctua*. Haec enim adiectiuum foemininum postulant, quamuis utrumque significant. Sed haec omnia animalium nomina indistincte ‘marem’ et ‘foeminam’ significantia in suum quaeque locum reseruanda sunt et terminationum regulis metienda.^[7]

¹Pomp., *Atell.* 16, en Prisc., *Inst.* 5 (GLK II 144) ²Cic., *Att.* 1,14,5 ³Cic., *Q. Fr.* 2,3,4 ⁴Plin., *Epist.* 10,20,1.

^[1]Schol. 1 [p. 153] ... ‘conuiuas meas’ *E*¹] *om. E*² ^[2]‘Helena’ *E*¹] *om. E*² ^[3]‘uxor ... nurus’ *E*¹] *om. E*² ^[4]nomina ... earum *E*¹] earum rerum nomina *E*² ^[5]ut ‘Syrinx’ ... furiarum *E*¹] *om. E*² ^[6]‘excubiae’ *E*¹] *om. E*² ^[7]Schol. 2 ... regulis metienda *E*¹] *om. E*²

Por último, enquadram-se aqui os nomes da primeira declinação, terminados na letra *-a*, que derivam de verbos, como *auriga*, *homicida*, *parricida*, *transfuga*, *advena*, *conuiuia*, *accola*, *agricola* e outros semelhantes, que os gramáticos dizem ser do género comum; estes nomes, porém, nunca os encontrei, tanto quanto me lembro, em associação com adjetivo feminino, à exceção de um, em Pompónio, autor muito arcaico, citado por Prisciano, liv. 5: *Conueni conuiuas meas*.

| | |
|---|---|
| Feminino dirás daquilo que só pode ser de mulher. | 1 |
| Juntem-se aos femininos nomes dotados de forma feminina | 2 |
| e os que pedem apenas adjetivo feminino. | 3 |

1) Os que apenas significam mulher, como *Olympias*, *Helena*, *regina*, *mulier*, *uxor*, *socrus*, *nurus*, *equa* e *ursa* são femininos.

2) E também [p. 155] os nomes daqueles seres que são representados por uma imagem feminina, de que é exemplo o caso das deusas, como *Ceres*, *Vesta*, *Pallas*; das ninfas, como *Syrinx*, *Clymene*, *Arethusa*; das Fúrias, como *Erinnys*, *Alecto*, *Tisiphone*.

3) E ainda os nomes que apenas admitem adjetivo feminino, mesmo que se refiram a homens, como *custodiae*, *excubiae*, *operae*, *uigiliae*.

Escólio 2. Nomes femininos que significam seres do sexo masculino

Cícero, *Ad Att.*, liv. 1: *Operae Clodianae pontes occuparant*; idem, *Ad Q. fr.*, liv. 1: *Operas autem suas Clodius confirmat*; Trajano, em carta a Plínio, liv. 10: *Nihil opus est ad continendas custodias plures commilitones conuerti*.

Bestia, *bellua*, *pecus -udis*, *auis* e outros deste tipo são femininos, apesar de significarem também seres masculinos. Na verdade, *bestia* não significa menos *lupus*, *equus*, *leo* do que *lupa*, *equa*, *leaena*.

O mesmo se diga dos epicenos que são do género feminino, como *uulpes*, *aquila*, *noctua*¹². Estes nomes exigem adjetivo feminino, apesar de significarem ambos os sexos. Mas todos estes nomes de animais, que significam indistintamente macho e fêmea, devem ser deixados para o seu lugar e aferidos pelas regras das terminações.

Est commune duum, sexum quod claudit utrumque
 Articulo gemino, ueluti *bos, fortis et hostis,*
affinis, custos, index cum uate, sacerdos,
obses et antistes, iuuenis, comes atque satelles,
dux, canis atque parens, ciuis, popularis et hospes,
conquetubernalis, uindex, sus, exul et auctor.
Miles et interpres, cum iudice, testis et auspex.
Artifici princeps, haeres, patruelis et infans;
municipi, coniux, adolescens, augur ahaerent.
Peruigil atque uigil tandem cum nemine, felis.

Quae ‘marem’ et ‘foeminam’ ita significant, ut cum pro mare sumuntur, adiectiuo solum masculino, cum uero pro foemina foeminino copulantur,^[1] ‘duorum generum communia’ uocantur, ut *ciuis Romanus, affinis meus*, cum uiros; *ciuis Romana, affinis mea* cum ‘foeminam’ significamus. Sunt autem huiusmodi *iuuenis, bos* et caetera quae hic enumerantur.

Item prima terminatio a nominibus adiectiuis in *-is*, et comparatiuis in *-or* finita, ut *fortis, breuis, fortior, breuior*.

Item *uigil* et *peruigil*^[2] adiectiua, *familiaris* substantiuum,^[3] et duo pronomina *ego* et *tu*.

Caetera, licet ‘marem’ ac ‘foeminam’ significant, masculina sunt et ad regulam *Et quibus appositum* etc. pertinent.^[4]

Schol. 3.^[5] De n<ominibus> quae uere sunt duorum gen<erum> communia

Veteres aliquando abutuntur hoc nomine quae sunt incerti generis ‘communia duorum’ appellantes. Probus, lib. 1, ait nomina quintae declinationis esse foeminini generis, *excepto*, inquit, *uno communi duorum generum, masculini et foeminini, ‘hic’ et ‘haec dies’, ‘huius diei’*;¹ Prisc., lib. 6: *Exceptis* [inquit] *‘grus’ et ‘sus’, quae sola in monosyllabis communia inueniuntur*;² et paulo inferius: *‘Hic’ et ‘haec sus [p. 156] suis, grus gruis’*.³

Quae uere communia sunt duorum generum non ita multa sunt, nam, praeter haec quae subiiciam, pauca, nisi fallor, reperientur apud auctores imitatione dignos, qui nunc exstant. Fortassis Probus, Diomedes, Priscianus alique ueteres plura inuenerunt apud scriptores qui etiam tunc exstabant. Ea uero, quia satis ex regula generali percipi non possunt, omnia pueris ediscenda proposuimus.

¹Prob., *Cath.* (GLK IV 3) ²Prisc., *Inst.* 6 (GLK II 265) ³Prisc., *Inst.* 6 (GLK II 265).

^[1]copulantur *E*²] copulenter *E*¹ ^[2]‘peruigil’ *E*¹] ‘peuigil’ *E*² ^[3]‘familiaris’ substantiuum *E*¹] *om. E*² ^[4]Caetera, licet ... pertinent *E*²] *om. E*¹ ^[5]Schol. 3...ibidem ponemus [p. 158] *E*¹] *om. E*².

É comum aos dois gêneros o que compreende ambos os sexos com dois artigos, como é o caso de *bos*, *fortis* e *hostis*, *affinis*, *custos*, *index* e *uates*, *sacerdos*, *obses* e *antistes*, *iuuenis*, *comes* e *satelles*, *dux*, *canis* e *parens*, *ciuis*, *popularis* e *hospes*, *conquetubernalis*, *uindex*, *sus*, *exul* e *auctor*. *Miles* e *interpres*, e *iudex*, *testis* e *auspex*. *A artifex* juntam-se *princeps*, *haeres*, *patruelis* e *infans*; *a municeps* juntam-se *coniux*, *adolescens*, *augur*, *peruigil* e *uigil*; e, por fim, *nemo* e *felis*.

Assim, os que significam um ‘ser do sexo masculino’ e um ‘ser do sexo feminino’, em termos tais que, quando estão na aceção do primeiro, se ligam apenas a adjetivo masculino e que, quando tomados na aceção do segundo, se ligam apenas a adjetivo feminino, chamam-se ‘comuns aos dois gêneros’, como, por exemplo, *ciuis Romanus*, *affinis meus*, quando nos referimos a homens; *ciuis Romana*, *affinis mea*, quando nos referimos a uma mulher. São deste tipo *iuuenis*, *bos* e os restantes que aqui se enumeram.

Incluem-se também aqui a primeira terminação dos nomes adjetivos em *-is* e a dos comparativos terminados em *-or*, como *fortis*, *breuis* / *fortior*, *breuior*.

E também os adjetivos *uigil* e *peruigil*, o substantivo *familiaris* e os dois pronomes *ego* e *tu*.

Os restantes, embora signifiquem masculino e feminino, são masculinos e pertencem à regra «e aqueles aos quais¹³», etc.

Escólio 3. Nomes que são verdadeiramente comuns aos dois gêneros

Os Antigos, por vezes, abusam deste termo, pois designam como ‘comuns aos dois gêneros’ aqueles nomes que são de ‘gênero incerto’. Probo, liv. 1, diz que os nomes da quinta declinação são do gênero feminino, «exceto um, que é comum aos dois gêneros, masculino e feminino: *hic* e *haec dies*, *huius diei*.» Prisciano, liv. 6, diz: «Excetuando *grus* e *sus*, que são os únicos comuns que se encontram entre os monossílabos»; e um pouco mais abaixo: «*hic* e *haec sus* [p. 156] *suis*, *grus gruis*.»

Os que são verdadeiramente comuns aos dois gêneros não são tantos assim, pois, além daqueles que vou apresentar abaixo, poucos, salvo erro, se encontram nos autores que chegaram até nós e que são dignos de serem imitados. É possível que Probo, Diomedes, Prisciano e outros autores antigos tenham encontrado mais exemplos nos escritores que ainda se conservavam. Contudo, uma vez que tais nomes não podem ser suficientemente deduzidos a partir de uma regra geral, decidimos listá-los para que os alunos os aprendam todos de memória.

Adolescens. Terent., *Andr.*: *Cumque huic ueritus est optumae adolescenti facere iniuriam.*¹

Affinis. Cic., *Post redit<ione> in senat<um>*: *Tu affinem tuam etc.*²

Antistes. Liu., *Ab Urb.* 1: *His, ut assiduae templi antistites essent, stipendium de publico statuit.*³ Mela, lib. 3, c. 6: *Cuius antistites perpetua uirginitate sanctae.*⁴

Artifex. Plin., lib. 22, c. 24: *Parens illa ac diuina rerum artifex;*⁵ Valer. Max., lib. 1: *Omnis bonae malaeque materiae foecunda artifex natura.*⁶

Auctor. Ouid., *5 Fast.*: *Optima tu proprii nominis auctor eris;*⁷ idem, *8 Met.*: *“Quo fugis”, exclamat, “meritorum auctore relicta”.*⁸

Augur. Stat., *9 Theb.*: *... simque augur cassa futuri.*⁹

Auspex. Porcius Latro, *In Catil<inam>*: *Aquilam argenteam proferri continuo iussisti, praeclaram auspicem ac gubernatricem furoris tui futuram.*¹⁰

Ciuis. Cic., *Pro Cornel<io>*: *Sacerdotem illam ciuem Romanam factam non esse.*¹¹

Comes. Valer. Max., lib. 5, c. 1: *Libertati quas aptiores comites quam humanitatem et clementiam dederim?*¹²

Contubernalis. Paul<us>, *Pandect.*, lib. 35: *Stichus, si rationes reddiderit, cum contubernali sua liber esto;*¹³ Quint., lib. 4, c. 2, *Praeclaras contubernaes dixit;*¹⁴ Senec., *Epist.*, 17, de paupertate: *Quid est ergo quare tu hanc recusas contubernalem.*¹⁵

Custos. Ennius, in *Medea*: *Antiqua herilis, fida custos corporis;*¹⁶ Plaut., *Trucul.*: *Tu bona eis custos fuisti;*¹⁷ sic apud Valer. Max., lib. 2, c. 1: *Ciuitas custos acerrima;*¹⁸ et Quintil., lib. 8, c. 5: *Leges, diligentissimae pudoris custodes;*¹⁹ sic et Cic., *7 Ad Attic.*, et *2 De leg.*

Dux. Idem, *Acad.*, 2: *Alias cogitationes sit dirigo non ad illam Cynosuram, qua “fidunt duce nocturna Poenices in alto”, ut ait Aratus;*²⁰ idem, *De senect.*: *In hoc sumus sapientes, quod naturam optimam ducens tamquam deum sequimur;*²¹ Senec., *De benef.*, lib. 2, c. 18: *Hac duce [rationem intelligit] per totam uitam eundum est.*²²

¹Ter., *And.* 488 ²Cic., *Red.* 17 ³Liu., *AVC* 1,20,3 ⁴Mela., *Chor.* 3,48 ⁵Plin., *Nat.* 22,117
⁶Val. Max., 1,8 (ext) 18 ⁷Ou., *Fast.* 5,192 ⁸Ou., *Met.* 8,118 ⁹Stat., *Theb.* 9,629 ¹⁰Port. Latr., 26
¹¹Cic., *Balb.* 55 ¹²Val. Max. 5, 1 (pr) ¹³Iust., *Dig.* 35,1,81, pr. ¹⁴Quint., *Inst.* 4,2,123 ¹⁵Sen., *Epist.* 17,4 ¹⁶Enn., *Trag.* 237 ¹⁷Plaut., *Truc.* 812 ¹⁸Val. Max. 2,6,7 ¹⁹Quint., *Inst.* 8,5,19
²⁰Cic., *Luc.* 66 ²¹Cic., *Cato*, 5 ²²Sen., *Ben.* 2,18,2.

Adolescens. Terêncio, *Andr.*: *Cumque huic ueritus est optumae adolescenti facere iniuriam.*

Affinis. Cícero, *Post reditione in senatum*: *Tu affinem tuam etc.*

Antistes. Lívio, *Ab Urb.* 1: *His, ut assiduae templi antistites essent, stipendium de publico statuit*; Mela, liv. 3, c. 6: *Cuius antistites perpetua uirginitate sanctae.*

Artifex. Plínio, liv. 22, c. 24: *Parens illa ac diuina rerum artifex*; Valério Máximo, liv. 1: *Omnis bonae malaeque materiae foecunda artifex natura.*

Auctor. Ovídio, *Fast.* 5: *Optima tu proprii nominis auctor eris*; idem, *Met.* 8: *“Quo fugis”, exclamat, “meritorum auctore relicta”.*

Augur. Estácio, *Theb.* 9: *... simque augur cassa futuri.*

Auspex. Pórcio Latrão, *In Catilinam*: *Aquilam argenteam proferri continuo iussisti, praeclaram auspicem ac gubernatricem furoris tui futuram.*

Ciuis. Cícero, *Pro Cornelio*: *Sacerdotem illam ciuem Romanam factam non esse.*¹¹

Comes. Valério Máximo, liv. 5, c. 1: *Libertati quas aptiores comites quam humanitatem et clementiam dederim?*

Contubernalis. Paulo, *Pandect.*, liv. 35: *Stichus, si rationes reddiderit, cum contubernali sua liber esto*; Quintiliano, liv. 4, c. 2, escreveu *Praeclaras contubernales*; Séneca, epístola 17, a respeito da pobreza: *Quid est ergo quare tu hanc recusas contubernalem.*

Custos. Ênio, em *Medea*: *Antiqua herilis, fida custos corporis*; Plauto, *Trucul.*: *Tu bona eis custos fuisti*; também em Valério Máximo, liv. 2, c. 1: *Ciuitas custos acerrima*; e Quintiliano, liv. 8, c. 5: *Leges, diligentissimae pudoris custodes*; e também Cícero, *Ad Attic.*7; e *De leg.* 2.

Dux. Idem, *Acad.*, 2: *Alias cogitationes sit dirigo non ad illam Cynosuram, qua “fidunt duce nocturna Poenices in alto”, ut ait Aratus*; idem, *De senect.*: *In hoc sumus sapientes, quod naturam optimam ducens tamquam deum sequimur*; Séneca, *De benef.*, liv. 2, c. 18: *Hac duce [sc. ratio] per totam uitam eundum est.*

Exul. Tacit., lib. 14: *Non alia exul uisentium oculis maiore miseratione affecit.*¹

Familiaris etiam addi potest, cum substantiuum est. Cic., *Ad Att.* lib. 15: *Exclamat tua familiaris.*²

Haeres. Scaeuola, *Pandect.*, lib. 32, De legat. et fidei comm., tit. 1: *Respondit ab utraque haerede monumentum pro haereditaris portionibus exstruendum;*³ idem, *ibid.*: *Defuncta haerede et legatariis uernis;*⁴ *ibid.*: *Lucius Titius Seiae haeredi suae salutem;*⁵ Paulus, *Pandect.* 29: *Morte ingratae haeredis.*⁶

Hospes. Ouid., *Fast.* 6: *Non uenit haec uestris hospes amica choris;*⁷ Stat., *Theb.* 5: *...illa ego sum pudeatne forte benignae / hospitis, illa, duces, etc.*⁸

Hostis. Quint., lib. 2, c. 2: *Studiorum perniciosissima hostis.*⁹

Index. Valer. Max. lib. 2, c. 1: *Fuit etiam illa simplicitas antiquorum in cibo capiendo humanitatis simul et contientiae certissimae index.*¹⁰

Infans. Tacit. Lib. 16: *Diuinae infantis parens;*¹¹ Quintil., lib. 6, c. 1: *Infantem suam frigidissime reportauit;*¹² Plin., ad Certalem, lib. 4: *Angor infantium sorte, quae sunt [p. 157]parentibus statim et dum nascuntur orbatae.*¹³

Interpres. Liu., *Ab Vrb.* 1: *Mater, ueridica interpres.*¹⁴

Iudex. Lucan., lib. 10, de Cleopatra: *Et sumus, ut fatear, tam saeua iudice sontes.*¹⁵

Iuuenis. Sil., lib. 13: *...cernens / effigiem iuuenis, caste cui uitta ligabat, etc.*¹⁶

Miles. Ouid., *Epist.* 11: *Et rudis ad partus et noua miles eram.*¹⁷

Municeps. Plin., lib. 35, c. 11, *Municipem suam dixit;*¹⁸ Plin., ad Macrum, lib. 6: *Ex hoc municeps nostra cum marito se praecipauit;*¹⁹ Mart., lib. 14: *Municipem misit casta Sibylla suam.*²⁰

Nemo. Plaut., *Mercat.*: *De lanificio neminem metuo, una aetate quae sit;*²¹ idem, *Casin.*, ubi mulieres duas loquentes inducit: *Nam uicinam neminem amo merito magis quam te;*²² Titinius quoque apud Prisc<ianum> *neminem bonam dixit: Quod rogas neminem decet bonam.*²³

¹Tac., *Ann.* 14,63 ²Cic., *Att.* 15,11,2 ³Iust., *Dig.* 32,1,42, pr. 7 ⁴Iust., *Dig.* 32,1,38,2,3 ⁵Iust., *Dig.* 32,1,37,2,3 ⁶Iust., *Dig.* 29,5,22,pr. 5 ⁷Ou., *Fast.* 6,510 ⁸Stat., *Theb.* 5,34-5 ⁹Quint., *Inst.* 2,2,10 ¹⁰Val. Max. 2,5,5 ¹¹Tac., *Ann.* 16,6 ¹²Quint., *Inst.* 6,1,39 ¹³Plin., *Epist.* 4,21,2 ¹⁴Liu., *AVC.* 1,7,10 ¹⁵Lucan., *BC* 10,368 ¹⁶Sil., *Pun.* 13,778-9 ¹⁷Ou., *Epist.* 11,48 ¹⁸Plin., *Nat.* 35,125 ¹⁹Plin., *Epist.* 6,24,2 ²⁰Mart., *Epig.* 14,114,2 ²¹Plaut., *Merc.* 520 ²²Plaut., *Cas.* 181 ²³Prisc., *Inst.* 6 (GLK II 207).

Exul. Tácito, liv. 14¹⁴: *Non alia exul uisentium oculos maiore miseratione affectit.*

Familiaris também pode acrescentar-se, uma vez que é substantivo. Cícero, *Ad Att.*, liv. 15: *Exclamat tua familiaris.*

Haeres. Cévola, *Pandect.*, liv. 32, *De legat. et fidei comm.*, título 1: *Respondit ab utraque haerede monumentum pro haereditaris portionibus exstruendum*; idem, *ibid.*: *Defuncta haerede et legatariis uernis*; *ibid.*: *Lucius Titius Seiae haeredi suae salutem*; Paulo, *Pandect.* 29: *Morte ingratae haeredis.*

Hospes. Ovídio, *Fast.* 6: *Non uenit haec uestris hospes amica choris*; Estácio, *Theb.* 5: *...illa ego sum pudeatne forte benignae / hospitis, illa, duces, etc.*

Hostis. Quintiliano, liv. 2, c. 2: *Studiorum perniciosissima hostis.*

Index. Valério Máximo, liv. 2, c. 1: *Fuit etiam illa simplicitas antiquorum in cibo capiendo humanitatis simul et continentiae certissimae index.*

Infans. Tácito, liv. 16: *Diuinae infantis parens*; Quintiliano, liv. 6, c. 1: *Infantem suam frigidissime reportauit*; Plínio, em carta a Certal, liv. 4: *Angor infantium sorte, quae sunt [p. 157] parentibus statim et dum nascuntur orbatae.*

Interpres. Lívio, *Ab Vrb.* 1: *Mater, ueridica interpres.*

Iudex. Lucano, liv. 10, a respeito de Cleópatra: *Et sumus, ut fatear, tam saeua iudice sotes.*

Iuuenis. Sílio, liv. 13: *... cernens / effigiem iuuenis, caste cui uitta ligabat, etc.*

Miles. Ovídio, *Epist.* 11: *Et rudis ad partus et noua miles eram.*

Municeps. Plínio, liv. 35, c. 11, escreveu *Municipem suam*; Plínio, em carta a Macro, liv. 6: *Ex hoc municeps nostra cum marito se praecipauit*; Marcial, liv. 14: *Municipem misit casta Sibylla suam.*

Nemo. Plauto, *Mercat.*: *De lanificio neminem metuo, una aetate quae sit*; idem, *Casin.*, onde põe duas mulheres a falar, *Nam uicinam neminem amo merito magis quam te*; também Ticínio, citado por Prisciano, escreveu *neminem bonam*: *Quod rogas neminem decet bonam.*

Obses. Lucan., lib. 8: ... tenuit nostros hac obside Lesbos / affectus.¹

Patruelis. Pers., *Satyr.* 6: ... age si mihi nulla / iam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis / nulla manet patruis;² Afranius, in *Priuigno: Et propter patruelem tuam / constituit*, etc.³

Popularis. Plaut., *Rud.*: *Mea popularis, obsecro, haec est*;⁴ idem, *Poen.*: ... manu eas asserit / suas populares liberali causa;⁵ ibid.: ... tuas populares, etc.⁶

Princeps. Ouid., *Consolat<io> ad Liuiam: Quam si Romanae principis edis opus*.⁷

Sacerdos. Virg., 6 *Aen.*: *Haec ubi dicta dedit Phoebi longaeua sacerdos*.⁸

Satelles. Cic., *De nat.* 1: *Hic Iouis altisoni subito pennata satelles*.⁹

Testis. Suet., in *Claud.*, c. 40: *Inducta teste in senatu, "Haec", inquit, "matris meae liberta et ornatrice fuit"*;¹⁰ Cic., *Phil.* 14: *Erit igitur extructa moles opere magnifico incisaeque literae, diuinae uirtutis testes sempiternae*.¹¹

Vindex. Val. Max., lib. 4, c. 7: *Optima uindex insolentiae uarietas humanae conditionis uiderit*;¹² Stat., *Theb.* 1: ... tu saltem debita uindex / huc ades.¹³

Masculini generis exempla, quoniam facile reperiuntur, non putauimus adhibenda.

Parens, coniux, uates, bos, canis et sus confirmatione non indigent.

Clients missum fecimus, quod cum foeminino copulatum nondum inuenerimus. Nam in illo Horat<i> 2 *Carm<inum>*, ode 18, *Nec Laconicas mihi / trahunt honestae purpuras*^[1] *clientes*,¹⁴ cum libri correctiores, tum etiam Carisius *clientae* legit.

Felis seu feles. Cic., 1 *De nat.*: *Felem uiolatum ab Aegyptio*;¹⁵ Plin., lib. 28, c. 16: *Iecur felis occisae*;¹⁶ idem, lib. 6, c. 29: *Felis aurea pro deo colebatur*.¹⁷

Vigil, cum 'nocturnum custodem' significat, substantiuum plane est et uirile; iungitur enim cum adiectiuis masculinis tantum; cum uero 'uigilantem' significat, more adiectiuorum in *-is* syllabam exeuntium cum substantiuis tam foeminini quam masculini generis iungitur. Hinc *animus uigil, custos uigil, custodia uigil, flamma, auris, febris* apud poetas.

¹Lucan., *BC* 8,130-1 ²Pers., *Sat.* 6,52-4 ³Afran., *Tog.* 243-4 ⁴Plaut., *Rud.* 740 ⁵Plaut., *Poen.* 905-6 ⁶Plaut., *Poen.* 965 ⁷Ou., *Epiced. Drusi (Consolatio ad Liuiam) (sp.)* 356 ⁸Verg., *Aen.* 6,628 ⁹Cic., *Diu.* 1,106 ¹⁰Suet. *VC Cl.* 40,2 ¹¹Cic., *Phil.* 14,33 ¹²Val. Max. 4,7 (ext) 2,39 ¹³Stat., *Theb.* 1,80-1 ¹⁴Hor., *Carm.* 2,18,7-8 ¹⁵Cic., *Nat. deor.* 1,82 ¹⁶Plin., *Nat.* 28,229 ¹⁷Plin., *Nat.* 6,178 .

[¹¹ *purpuras scrip.*] *purpura E'* .

Obses. Lucano, liv. 8: ... *tenuit nostros hac obside Lesbos / affectus.*

Patruelis. Pérsio, sátira 6: ... *age si mihi nulla / iam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis / nulla manet patruis; Afrânio, em Priuignus: Et propter patruelem tuam / constituit, etc.*

Popularis. Plauto, *Rud.*: *Mea popularis, obsecro, haec est; idem, Poen.*: ... *manu eas asserit / suas populares liberali causa; ibid.*: ... *tuas populares, etc.*

Princeps. Ovídio, *Consolatio ad Liuiam: Quam si Romanae principis edis opus.*

Sacerdos. Virgílio, *Aen.* 6: *Haec ubi dicta dedit Phoebi longaeua sacerdos.*

Satelles. Cícero, *De nat.* 1: *Hic Iouis altisoni subito pennata satelles.*

Testis. Suetónio, em *Claud.*, c. 40: *Inducta teste in senatu, "Haec", inquit, "matris meae liberta et ornatrix fuit"; Cícero, Phil.* 14: *Erit igitur extructa moles opere magnifico incisaque literae, diuinae uirtutis testes sempiternae.*

Vindex. Valério Máximo, liv. 4, c. 7: *Optima uindex insolentiae uarietas humanae conditionis uiderit; Estácio, Theb.* 1: ... *tu saltem debita uindex / huc ades.*

Entendemos que não devíamos dar exemplos do género masculino, uma vez que se encontram facilmente.

Parens, coniux, uates, bos, canis e sus não necessitam de confirmação.

Cliens omitimo-lo, porque até hoje não o encontramos associado ao género feminino. Na verdade, neste passo de Horácio, *Carmina* 2, ode 18, *Nec Laconicas mihi / trahunt honestae purpuras clientes*, quer as edições mais expurgadas, quer Carísio¹⁵ leem *clientae*.

Felis ou *feles*. Cícero, 1 *De nat.*: *Felem uiolatam ab Aegyptio; Plínio, liv.* 28, c. 16: *lecur felis occisae; idem, liv.* 6, c. 29: *Felis aurea pro deo colebatur.*

Vigil, quando significa ‘guarda noturno’, é claramente um substantivo e masculino; e, como tal, liga-se apenas a adjetivos masculinos; porém, quando significa ‘vigilante’, à maneira dos adjetivos que terminam na sílaba *-is*, liga-se tanto a substantivos do género feminino como do masculino. Assim, nos poetas, encontra-se *animus uigil, custos uigil, custodia uigil, flamma, auris, febris*.

Peruigil ex eo compositum etiam iungitur utrique generi, unde *ignis*, *custodia peruigil* apud eosdem poetas. Itaque instar adiectiuorum communia sunt duorum generum.

Homo, *latro*, *fur*, *praesul*, *pugil*, *cocles*, *eques* generis sunt masculini. Quod si quis ea apud probatos scriptores cum foeminino adiectiuo copulata legerit (fieri enim potest ut aliqua reperiantur) superioribus adiungat. Interim dicam *Duas foeminas fures in uincula fuisse coniectas* et caetera eodem modo; non enim significatio sola aut nomen substantiuum substantiuo additum [p. 158] genus commune indicat; nec enim ex illo Terentiano loco *Eunuchi, Siqua est habitior paulo pugilem esse aiunt*,¹ colligi potest *pugil* esse generis masculini, siquidem potuisset etiam dicere *gladiatorem esse aiunt*, aut *lanistam*, aut *centurionem*. Neque ex Plauti *Poen<ulo>*, ... *fures estis ambae*,² potuisset enim dicere eodem modo *Mancipia estis ambae*.

Quae cum ita sint, fallax et captiosum est illud argumentandi genus: “*Homo* ‘marem’ et ‘foeminam’ significat, est igitur generis communis”. Addendum namque fuit “iungitur cum adiectiuo masculino, cum ‘marem’ et cum foeminino, cum ‘foeminam’ significat”. Nam, si id concedamus, necessario concedendum erit omnia epicoena esse communis generis, cum utrumque sexum significant.

Ego et *tu* duobus esse generibus communia probatum est in *Rud<imentis>*, schol. 17.

Adiectiua quae in *-is* syllabam exeunt, si substantiua masculini et foemini generis admittant, ut *fortis*, *grauis*, item comparatiua in *-or*, inter communia duorum generum numerantur. Varro, in *lib<ro>* de analog<ia>, genera nominum articulis solet definire, ne mireris ‘commune duorum’ a nobis appellatum cui articuli *hic* et *haec* praeponantur. Scio quosdam hoc genus definitionis fastidire. De genere epicoeno siue promiscuo postremo loco dicendum est, cuius rei causam ibidem ponemus.^[1]

Est commune trium generi quod conuenit omni.

Nomina adiectiua unam tantum habentia terminationem tribus generibus communia sunt, quia cum substantiuis cuiuscumque generis connectuntur, ut *audax*, *ales*, *diues*, *locuples*, *memor*, *pauper*, *sospes*, *superstes*, *teres* (item par et impar adiectiua), ut *uir pauper*, *domus pauper*, *pallium pauper*.^[2]

¹Ter., *Eun.* 315 ²Plaut., *Poen.* 1237 .

^[1]Schol. 3 [p. 155] ... ponemus *E¹* om. *E²* ^[2]ut ‘uir pauper’ ... ‘pauper’ *E¹* om. *E²* .

Peruigil, composto do anterior, também se liga a ambos os gêneros; daí que *ignis, custodia peruigil* se encontrem também nos poetas. Assim, a exemplo dos adjetivos, também esses nomes são comuns aos dois gêneros.

Homo, latro, fur, praesul, pugil, Cocles, eques são do gênero masculino. Deste modo, se alguém os encontrar ligados a adjetivos femininos em escritores aprovados (é possível que se encontrem alguns), acrescente-os aos nomes acima mencionados. Entretanto, poderei dizer *Duas foeminas fures in uincola fuisse coniectas*, e os restantes do mesmo modo; efetivamente, não é a significação por si só ou o nome substantivo acrescentado a outro substantivo que indica o gênero [p. 158] comum. E, com efeito, não se pode deduzir, a partir do passo do *Eunuchus* de Terêncio (*Siqua est habitior paulo pugilem esse aiunt*), que *pugil* é do gênero masculino, pois Terêncio poderia igualmente ter dito *gladiatorem esse aiunt*, ou *lanistam*, ou *centurionem*. Nem a partir do passo ... *fures estis ambae* do *Poenulus* de Plauto, pois o autor também poderia ter dito *mancipia estis ambae*.

Tendo em conta estas observações, é falaciosa e enganadora a seguinte forma de argumentar: *homo* significa ‘homem’ e ‘mulher’, logo é do gênero comum. Na verdade, seria preciso acrescentar: liga-se a adjetivo masculino quando significa ‘homem’ e a adjetivo feminino quando significa ‘mulher’. Com efeito, se admitirmos aquele argumento, teremos necessariamente de admitir que qualquer epiceno é do gênero comum, visto que significam ambos os sexos.

Ego e tu, já ficou provado nos Rudimentos, escólio 17, que pertencem aos dois gêneros.

Os adjetivos que terminam na sílaba *-is*, se admitirem substantivos do gênero masculino e feminino, como *fortis* e *gravis*, e também os comparativos em *-or*, incluem-se nos comuns aos dois gêneros. Varrão, no livro sobre a analogia, costuma definir os gêneros dos nomes recorrendo a artigos, pelo que não te admires por chamarmos ‘comum aos dois gêneros’ àquele nome que vem precedido dos artigos *hic* e *haec*. Tenho consciência de que este tipo de definição repugna a alguns. Devemos tratar o gênero epiceno ou promíscuo em último lugar; e aí diremos por que assim o fizemos.

É comum aos três o que se ajusta a todo o gênero.

Os nomes adjetivos que têm apenas uma terminação são comuns aos três gêneros, porque se ligam a substantivos de qualquer gênero, como *audax, ales, diues, locuples, memor, pauper, sospes, superstes, teres* (o mesmo se diga dos adjetivos *par* e *impar*); por conseguinte, dizemos *uir pauper, domus pauper, pallium pauper*.

Huc spectant quaedam indeclinabilia *nequam, frugi, nihili, praesto, tot, quot, totidem, quoquot, aliquot*, et ex numeralibus quae ‘cardinalia’ uocantur, *quatuor, quinque, sex*, etc., usque ad *centum*. Item *mille* adiectiuum.

Adiectiua quae diuersas habent formas, ut *iustus, -a, -um, grauis* et *graue*^[1] ad diuersas praeceptiones spectant.

Schol. 4.^[2] De nominibus omnis generis

A ueteribus grammaticis hoc genus dicitur et proximum, de quo modo egimus, ‘commune’, quare frequentissime loquuntur sic: “*Felix est omnis generis*”, “*Ciuis est generis communis*”. Prob., lib. 2, siue de catholicis nominum (sic enim ueteres praecepta ‘uniuersalia’, siue ‘perpetualia’, ut in Latinum conuertit Quint., lib. 2, c. 13, appellabant), ait *uerna* et *aduena* esse omnis generis, *dicimus enim*, inquit ille, ‘*uerna puer*’, ‘*uerna puella*’, ‘*uerna mancipium*’.¹ Quo argumento, *scurra, lixa, nauta* et alia quam plurima eiusdem erunt generis, nam substantiua nomina generis masculini ex quibus foemina non oriuntur omnibus generibus hoc modo adiungi possunt. Cur enim non dicam *Uidisse me puerum scurram, puellam scurram* et *mancipium scurram*? At si masculinum ex se facit foemininum, aliter loquar, dicam enim *puerum pedisequum, puellam uero pedisequam*, nam *pedisequus* ex se facit *pedisequam*, ut *rex, reginam, magister, magistram*.

Iudex, comes, ruricola, alienigena, indigena, testis, auctor, [p. 159] quamuis cum neutris iuncta reperiuntur, non ideo tamen adiectiua omnis generis censenda sunt, cum plane sint substantiua figurateque neutris adiungantur. Lucan., lib. 1: *Credidimus satis utendum est iudice bello*;² idem, 5: *Si fortuna ferat, rerum nos summa sequetur / imperiumque comes*;³ Ouid., 4 *Trist.*: *Tempore ruricolae patiens fit taurus aratri*;⁴ Gell., lib. 2, c. 24: *Neque uino alienigena, sed patrio usuros*;⁵ Plin., lib. 14, c. 6: *Dixisse hospiti de indigena uino* etc.;⁶ et Horat., 4 *Carm.*, ode. 4: *Testis Metaurum flumen et Asdrubal*;⁷ Senec., *Hippol.*: *...aethera ac lucem petit / et teste caelo uiuit*;⁸ Virg., *Aen.* 10: *Italiam petiit fatis auctoribus esto*.⁹

Sunt quaedam omnis generis quae nominandi, accusandi atque uocandi casibus neutris numeri pluralis carent, qualia sunt *diues, pauper, locuples, uber, memor, superstes, sospes, ales, teres*; nam *teretia*, quo Gellius est usus, parum usitatum est. Ex quatuor primis fiunt comparatiua *diuitor, pauperior, locupletior, uberior*, e nonnullis etiam superlatiua *pauperrimus, locupletissimus, uberrimus*. Id quod plane docet adiectiua esse.

¹Prob., *Cath. Gramm.* (GLK IV 3) ²Lucan., *BC* 1,227 ³Lucan., *BC* 5,26-7 ⁴Ou., *Trist.* 4,6,1 ⁵Gell., *NA* 2,24,2 ⁶Plin., *Nat.* 14,72 ⁷Hor., *Carm.* 4,4,38 ⁸Sen., *Phaed.* 524-5 ⁹Verg., *Aen.* 10,67.

[1] ‘acer, acris, acre’ post ‘graue’ add. E² [2]Schol. 4 ... ‘relicta sint’ [p. 160] E¹] om. E².

Enquadram-se aqui alguns indeclináveis: *nequam, frugi, nihili, praesto, tot, quot, totidem, quoquot, aliquot*; e, de entre os numerais, os chamados ‘cardinais’, desde *quatuor, quinque, sex*, etc., até *centum*. E também o adjetivo *mille*.

Adjetivos que têm formas diferenciadas, como *iustus -a -um, grauis e graue*, enquadram-se em diferentes regras¹⁶.

Escólio 4. Nomes de todo o género

Este género, assim como o anterior de que acabámos de falar, é designado ‘comum’ pelos gramáticos antigos, razão pela qual muito frequentemente se exprimem nestes termos: «*Felix* é de todo o género»; «*Ciuis* é do género comum». Probo, no livro 2, também conhecido pelo título *De catholicis nominum* (*catholica* chamavam os Antigos aos preceitos ‘universais’ ou ‘perpétuos’, de acordo com a tradução latina de Quintiliano, liv. 2, c. 13), diz que *uerna* e *aduenā* são de todo o género: «dizemos *uerna puer, uerna puella, uerna mancipium*.» Por esse argumento, *scurra, lixa, nauta* e muitos outros serão do mesmo tipo, porque os nomes substantivos do género masculino de que não se podem derivar femininos podem juntar-se, como os referidos, a todos os géneros. De facto, porque não posso dizer *Vidisse me puerum scurram, puellam scurram* e *mancipium scurram*? Mas, no caso em que o masculino faz o feminino a partir de si próprio, já não direi o mesmo. Com efeito, posso dizer *puer pedisequus* e também *puella pedisequa*, pois *pedisequus* dá origem, a partir de si próprio, a *pedisequa*, tal como *rex* dá origem a *regina* e *magister* a *magistra*.

Iudex, comes, ruricola, alienigena, indigena, testis, auctor, [p. 159] apesar de se encontrarem ligados a neutros, nem por isso se devem considerar adjetivos de todo o género, uma vez que são claramente substantivos, que se ligam figuradamente aos neutros. Lucano, liv. 1: *Credidimus satis utendum est iudice bello*; idem, 5: *Si fortuna ferat, rerum nos summa sequetur / imperiumque comes*; Ovídio, *Trist.* 4: *Tempore ruricolae patiens fit taurus aratri*; Gélio, liv. 2, c. 24: *Neque uino alienigena, sed patrio usuros*; Plínio, liv. 14, c. 6: *Dixisse hospiti de indigena uino* etc.; e Horácio, *Carm.* 4, ode. 4: *Testis Metaurum flumen et Asdrubal*; Séneca, *Hippol.*: *...aethera ac lucem petit / et teste caelo uiuit*; Virgílio, *Aen.* 10: *Italiam petiit fatis auctoribus esto*.

Existem alguns nomes de todo o género que carecem dos casos nominativo, acusativo e vocativo do neutro plural, tais como *diues, pauper, locuples, uber, memor, superstes, sospes, ales, teres*; na verdade, *teretia*, que Gélio escreveu, é raramente usado. A partir dos quatro primeiros formam-se os comparativos *diuitior, pauperior, locupletior, uberior* e ainda alguns superlativos: *pauperrimus, locupletissimus, uberrimus* – o que mostra claramente que são adjetivos.

Dis etiam adiectiuum est, unde *ditia regna* et comparatiuum *ditior* et superlatiuum *ditissimus*. Nisi quis haec malit a *ditis* et *dite* parum usitato profecta esse, quo tamen Valer Flac., lib. 2, usus est: *Non populos, non dite solum, non ulla parenti / regna peto*;¹ Valer. Max., lib. 2, c. 1: *Diues et praepotens naturae regnum scrutatus* etc.;² Quintil., lib. 12, c. 10: *Mollietur diues et laetius solum*;³ Solin., c. 10: *Solum illud argenti diues est*;⁴ Ouid., 2 *Trist.*: *Diuitis ingenii est ingentia Caesaris acta / scribere*;⁵ Horat., lib. 1 *Epist.*: *...sub paupere tecto*;⁶ Virg., 9 *Aen.*: *Nulla dies umquam^[1] memori uos eximet aeuo*;⁷ idem, *ibid.*, lib. 4: *...tum si quod non aequo foedere amantes / curae numen habet iustumque memorque, precatur*;⁸ Cic., 1 *De leg.*: *Animal acutum, memor, etc.*;⁹ idem, *De clar. ora.*: *Magna haec immemoris ingenii signa* etc.;¹⁰ Ouid.: *Post mea mansurum fata superstes opus*;¹¹ Iuuen., *satyr.* 3: *Depositum tibi sospes erit*.¹²

Huc pertinent composita ex nomine *color*. Plin., lib. 10, c. 52: *Intus autem omne ouum uolucrum bicolor*;¹³ idem, lib. 19, c. 1, *litora uersicoloria^[2]* dixit. Et nomina patria in *-as*, ut *Arpinas*, *Capenas*, *Priuernas*. Liu., 5 *Ab Vrb.*: *Cornelii Faliscum bellum, Valerio ac Seruilio Capenas sorte euenit*;¹⁵ idem, lib. 8: *Eodem anno Priuernas bellum initum est*.¹⁶

Composita ex *decus* et *corpus* non ausi sumus addere, cum incerta sit eorum positio potiusque uideantur in *-is* et *-e* quam in *-or* syllabam exire. Nonius Marcellus *indecoris*, inquit, pro *indecora*; Accius, *Atham<ante>*: *Cuius sit uita indecoris, mortem fugere turpem haud conuenit*.¹⁷

Neque, ut arbitror, facile inuenies *bicorpor*, *tricorpor*, *indecor*. Vnde itaque fiant obliqui *bicorporis* ac *bicorporem*, et quibus Virg<ilius> utitur, *tricorporis*, *indecorem*, *indecores*, numero multitudinis, incertum est. Priscian., lib. 5, ait haec *-or* syllaba terminari; et Probus, *Institutis artium*: *Quasi*, inquit, *constat pyrrhichio, ut Tullius: "Nam quasi bos sibi dedecor ingemuere parentes"*. Qui uersus, cum ignoremus unde sumptus sit, haec in incerto relicta sint.^{18 [3]}

[p. 160] Pro maribus pugnant menses fluuuiique minaces

Nomina propria mensium, ut *Aprilis*, *October*, *Quintilis*, *Sextilis*; et fluuiorum, ut *Garumna*, *Durius*, *Ister*, *Tigris*, *Euphrates*, masculina sunt.

¹Val. Flac., *Arg.* 2,296-7 ²Val. Max. 2, pr. 1 ³Quint., *Inst.* 12,10,79 ⁴Sol., 4,3 ⁵Ou., *Trist.* 2,1,335-6 ⁶Hor., *Epist.* 1,10,32 ⁷Verg., *Aen.* 9,447 ⁸Verg., *Aen.* 4,520-1 ⁹Cic., *Leg.* 1,22 ¹⁰Ou., *Am.* 3,15,20 ¹²Iuu., *Sat.* 13,178 ¹³Plin., *Nat.* 10,144 ¹⁴Plin., *Nat.* 19,22 ¹⁵Liu., *AVC* 5,24,2 ¹⁶Liu., *AVC* 8,19,4 ¹⁷Acc. *Trag.* 193 ¹⁸Prob., *Vlt. Syll.* (GLK IV 248).

[¹¹'umquam' ex usu *scrip.*] 'unquam' *E*¹ [¹²'uersicoloria' *scrip.*] 'uerisicoloria' *E*¹ [¹³Schol. 4 [p. 158] ... 'relicta sint' *E*¹] *om.* *E*².

Dis também é adjetivo; daí a expressão *ditia regna*, bem como o comparativo *ditior* e o superlativo *ditissimus*. A não ser que alguém prefira dizer que estas formas do adjetivo derivam de *ditis* e *dite* (este último pouco usado, não obstante aparecer em Valério Flaco, liv. 2: *Non populos, non dite solum, non ulla parenti / regna peto*¹⁷). Valério Máximo, liv. 2, c. 1: *Diues et praepotens naturae regnum scrutatus*, etc.; Quintiliano, liv. 12, c. 10: *Mollietur diues et laetius solum*; Solino, c. 10: *Solum illud argenti diues est*; Ovídio, *Trist.* 2: *Diuitis ingenii est ingentia Caesaris acta / scribere*; Horácio, *Epist.*, liv. 1: ... *sub paupere tecto*; Virgílio, *Aen.* 9: *Nulla dies umquam memori uos eximet aeuo*; idem, *ibid.*, liv. 4: ... *tum si quod non aequo foedere amantes / curae numen habet iustumque memorque, precatur*; Cícero, *De leg.* 1: *Animal acutum, memor*, etc.; idem, *De clar. ora.*: *Magna haec immemoris ingenii signa* etc.; Ovídio, *Post mea mansurum fata superstes opus*; Juvenal, sátira 3: *Depositum tibi sospes erit*.

Enquadram-se aqui os nomes compostos do nome *color*. Plínio, liv. 10, c. 52: *Intus autem omne ouum uolucrum bicolor*; idem, liv. 19, c. 1, *litora uersicoloria*. E também os nomes pátrios em *-as*, como *Arpinas*, *Capenas*, *Priuernas*. Lívio, *Ab Urb.* 5: *Corneliis Faliscum bellum, Valerio ac Seruilio Capenas sorte euenit*; idem, liv. 8: *Eodem anno Priuernas bellum initum est*.

Não nos atrevemos a acrescentar os compostos de *decus* e *corpus*, uma vez que as suas terminações são incertas e mais parecem terminar nas sílabas *-is* e *-e* do que na sílaba *-or*. Nônio Marcelo diz: «*indecoris* em vez de *indecora*. Áccio, em *Athamas*: *Cuius sit uita indecoris, mortem fugere turpem haud conuenit*.»

Não encontrarás facilmente, segundo julgo, *bicorpor*, *tricorpor*, *indecor*. Por conseguinte, não se sabe de onde se formam os casos oblíquos *bicorporis*, *bicorporem* e aqueles que Virgílio usa: *tricorporis*, *indecorem* e, no plural, *indecotes*¹⁸. Prisciano, liv. 5, diz que estes nomes terminam na sílaba *-or*¹⁹; e Probo, nos *Instituta artium*, diz: «*Quasi* forma um pirríquio²⁰, como neste verso de Túlio: *Nam quasi bos sibi dedecor ingemuere parentes*.» Como não sabemos de onde foi tomado este verso, fique esta questão em aberto.

[p. 160] Meses e rios ameaçadores tomam partido pelos masculinos

Nomes próprios dos meses, como *Aprilis*, *October*, *Quintilis*, *Sextilis*; e de rios, como *Garumna*, *Durius*, *Ister*, *Tigris*, *Euphrates*, são masculinos.

Schol. 5. De nominibus fluuiorum

Veteres *Istrum, Rhenum, Metaurum, Rhodanum, Iberum* nominandi casu pro *Ister, Rhenus, Metaurus, Rhodanus, Iberus* dicebant, dummodo sequeretur nomen *flumen*. Vnde est illud Horatii, 4 *Carm<inum>*, ode 4: *Testis Metaurum flumen et Asdrubal*;¹ et in *Arte poet<ica>*: *Aut flumen Rhenum, aut pluuius describitur arcus*.² Vide Prisc<ianum>, lib. 5.

Iader suo loco inuenies.

Elauer neutro genere usus est Caes<ar>, *Bel. Gal. 7*: [*Legiones*] *in Aluernos ad oppidum Gergouiam secundum flumen Elauer duxit*.³

Sunt nonnulla etiam foeminina, de quibus post.^[1]

Insula foeminea, urbs, regio cum naue, poesis.

Foeminina sunt nomina insularum, ut *Rhodus, Taprobane, Zacynthus*; urbium, ut *Olyssippo, Saguntus, Ilios*; regionum, ut *Aegyptus, Epirus, Pelopenesus*; nauium, ut *Pristis, Centaurus, Argo, Scylla, Chimaera*; poematum, ut *Aeneis, Odyssea, Metamorphosis*.

Schol. 6.^[3] De nominibus insularum, urbium, etc.

Nomina generalia, ut *insula, urbs, oppidum, regnum, regio, nauis, nauigium, poema, poesis* et similia ad terminationum regulas spectant.

Lesbos foemin<ino> genere solum reperitur. Lucan., lib. 8: *Lethiferae tibi causa morae fuit auia Lesbos*;⁴ Horat., *Epist.*, lib. 1: *Quid tibi uisa Chios, Bullati, notaque Lesbos?*;⁵ Ouid., *Met. 11*: *Et Methymnaeae potiuntur litore*^[2] *Lesbi*.⁶ Vbi recentiores grammatici *Mitylenaei*, per *i* in ultima deprauate legunt. Stat., lib. 1 *Sylu.*: *Quod ramis pia germinat Damascus*;⁷ Ausonius: *Tarraco et ostrifero super addita Barcino ponto*.⁸

Quaedam, ut duos habent exitus, ita modo foeminini, modo neutri generis reperiuntur, cuiusmodi sunt *Saguntus, Sanguntum, Ilios, Ilion* siue *Ilium, Sestos, Seston, Abydos, Abydon* uel *Abydum, Pergamus, Pergamum*.

Silius, lib. 2: *Luctantem fatis petit indignata Saguntum*;⁹ Iuuen., *Saty. 15*: *...sed maior clade Saguntus*;¹⁰ Liu., *Bel. Pun. 1*: *Cum ante, tum maxime Sagunto excisa*;¹¹ *ibid.*: *Octauo mense, quam coeptum oppugnari captum Saguntum quidam scripsere*;¹² Ouid., 14 *Met.*: *...postquam alta cremata*

¹Hor., *Carm.* 4,4,38 ²Hor., *Ars* 18 ³Caes., *Gall.* 7,34,2 ⁴Lucan., *BC* 8,640 ⁵Hor., *Epist.* 1,11,1 ⁶Ou., *Met.* 11,55 ⁷Stat., *Sil.* 1,6,14 ⁸Aus., *Epist.* 27,89 ⁹Sil., *Pun.* 2,514 ¹⁰Iuu. 15,114 ¹¹Liu., *AVC* 21,19,1 ¹²Liu., *AVC* 21,15,3.

[¹Schol. 5 ... post *E*¹] *om. E*² [²litore *scrip.*] littore *E*¹ [³Schol. 6... 'finitus Orestes' [p. 161] *E*¹] *om. E*².

Escólio 5. Nomes de rios

Os Antigos diziam *Istrum*, *Rhenum*, *Metaurum*, *Rhodanum*, *Iberum* no caso nominativo, em vez de *Ister*, *Rhenus*, *Metaurus*, *Rhodanus*, *Iberus*, desde que acompanhados do nome *flumen*. Daí o passo de Horácio, em *Carminum* 4, ode 4: *Testis Metaurum flumen et Asdrubal*; e ainda, em *Ars poetica*: *Aut flumen Rhenum, aut pluuius describitur arcus*. Vide Prisciano, livro 5.

Iader encontra-lo-ás no devido lugar.

Elauer, no género neutro, é usado por César, *Bel. Gal.* 7: [*Legiones*] *in Aluernos ad oppidum Gergouiam secundum flumen Elauer duxit*.

Também existem alguns femininos; deles falaremos depois.

São femininos *insula*, *urbs*, *regio*; e também *navis* e *poesis*.

São femininos nomes de ilhas, como *Rhodus*, *Taprobane*, *Zacynthus*; de cidades, como *Olyssippo*, *Saguntus*, *Ilios*; de regiões, como *Aegyptus*, *Epirus*, *Peloponnesus*; de naves, como *Pristis*, *Centaurus*, *Argo*, *Scylla*, *Chimaera*; de poemas, como *Aeneis*, *Odyssea*, *Metamorphosis*.

Escólio 6. Nomes de ilhas, cidades, etc.

Nomes gerais, como *insula*, *urbs*, *oppidum*, *regnum*, *regio*, *navis*, *nauigium*, *poema*, *poesis* e outros semelhantes, enquadram-se nas regras das terminações²¹.

Lesbos só se encontra no género feminino. Lucano, liv. 8: *Lethiferae tibi causa morae fuit auia Lesbos*; Horácio, *Epist.*, liv. 1: *Quid tibi uisa Chios, Bullati, notaque Lesbos?*; Ovídio, *Met.* 11: *Et Methymnaeae potiuntur litore Lesbi* – passo em que os gramáticos modernos leem deturpadamente *Mitylenaei*, com *-i* na última sílaba²². Estácio, liv. 1, *Sylu.*: *Quod ramis pia germinat Damascus*; Ausónio: *Tarraco et ostrifero super addita Barcino ponto*.

Alguns, como têm duas terminações, ora aparecem como femininos, ora como neutros: e.g. *Saguntus*, *Sanguntum*, *Ilios*, *Ilion* ou *Ilium*, *Sestos*, *Seston*, *Abydos*, *Abydon* ou *Abydum*, *Pergamus*, *Pergamum*.

Sílio, liv. 2: *Luctantem fatis petit indignata Saguntum*; Juvenal, sátira 15: *... sed maior clade Saguntus*; Lívio, *Bel. Pun.* 1²³: *Cum ante, tum maxime Sagunto excisa*; *ibid.*: *Octauo mense, quam coeptum oppugnari captum Saguntum quidam scripsere*; Ovídio, *Met.* 14: *... postquam alta cremata est*

*est / Ilios et Danaas pauerunt Pergama flammis;*¹ Horat., *Epod.*, od. 14: *Accendit obsessam Ilium;*² Virg., 3 *Aen.*: ... *ceciditque superbum / Ilium;*³ Valer. Flac., *Argon.* 1: ... *dirimique procul non aequore uisa / coeperat a gemina discedere Sestos Abydo;*⁴ Liu., *Bel. Mac.* 7: *Caetera classe in Europam ad Seston oppugnandam traiecit;*⁵ Virg., 1 *Georg.*: *Pontus et ostriferi fauces tentantur Abydi;*⁶ Plin., lib. 5, c. 32: *Abydum oppidum, ubi angustiae septem stadiorum;*⁷ Stat., *Sylu.*, lib. 1: ...*tholo quocumque tibi Troiana recondit / Pergamus;*⁸ ibid., lib. 3: ...*celsam trans aequora linquit / Pergamon;*⁹ ibidem *Pergamos et Pergame dicit;* Plin., lib 5, c. 30: *In ea longe clarissimum Asiae Pergamum [p. 161] quod intermeat Silenus.*¹⁰

Tunes, Pessinus, urbium nomina, et *Pontus*, minoris Asiae regio, masculina reperiuntur. Liu., *Bel. Pun.* 10: *Iam in Kartaginem intentus occupat relictum fuga custodum Tuneta;*¹¹ Cic., *De arusp.*, ait *Pessinuntem ipsum, In ipso Pessinunte, Pessinuntem per scelus a te uiolatum et sacerdote sacrisque spoliatum recuperauit;*¹² idem, *Pro leg. Man.*: *Ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur;*¹³ ibid.: *Dico patefactum nostris legionibus esse Pontum, qui ante populo Romano ex omni aditu exclusus esset.*¹⁴

His adde *Phycus -untis*, Libyae Cyrenaicae promontorium. Luc<anus>, lib. 9: ...*meritum Phycunta rapinas / sparsit.*¹⁵

Zeugma, Reate, Sutul, Argos, Tibur, Nepete, Praeneste, Caere neutra sunt, de quibus suo loco.

Pristis, Scylla, Chimaera, Centaurus nomina sunt nauium propria apud Virg., 5 *Aen.* Item *Argo*, quod praeter alia significat etiam 'nauem in qua Iason dicitur in Colchidem nauigasse'. Virg., *Eclog.* 4: *Alter erit Tiphys et altera quae uehat Argo.*¹⁶

Nomina fabularum, siquando reperiuntur generis masculini, non fabulae, sed personae habetur ratio. Suet., in *Aug.*, c. 85: *Quaerentibusque amicis quidnam Ajax ageret, respondit Aiacem suum in spongiam incubuisse;*¹⁷ Iuuen., *Saty.* 1: *Scriptus et in tergo necdum finitus Orestes.*¹⁸ [1]

¹Ou., *Met.* 14,466-7 ²Hor., *Epod.* 14,14 ³Verg., *Aen.* 3,2-3 ⁴Val. Fl., *Arg.* 1,284-5 ⁵Liu., *AVC* 37,9,8 ⁶Verg., *Georg.* 1,207 ⁷Plin., *Nat.* 5,141 ⁸Stat., *Silu.* 1,4,99-100 ⁹Stat., *Silu.* 3,4,678 ¹⁰Plin., *Nat.* 5,126 ¹¹Liu., *AVC* 30,9,10 ¹²Cic., *Har. resp.* 28-29 ¹³Cic., *Manil.* 22 ¹⁴Cic., *Manil.* 21 ¹⁵Lucan. 9,40-1 ¹⁶Verg., *Ec.* 4,34 ¹⁷Suet., *VC Aug.* 85,2 ¹⁸Iuuen., *Sat.* 1,6 .

[1]Schol. 6 [p.160] ... 'finitus Orestes' *E'* om. *E*² .

/ *Ilios et Danaas pauerunt Pergama flammis*; Horácio, *Epod.*, ode 14: *Accendit obsessam Ilium*; Virgílio, *Aen.* 3: ... *ceciditque superbum / Ilium*; Valério Flaco, *Argon.* 1: ... *dirimique procul non aequore uisa / coeperat a gemina discedere Sestos Abydo*; Lívio, *Bel. Mac.* 7²⁴: *Caetera classe in Europam ad Seston oppugnandam traiecit*; Virgílio, *Georg.* 1: *Pontus et ostriferi fauces tentantur Abydi*; Plínio, *liv.* 5, c. 32: *Abydum oppidum, ubi angustiae septem stadiorum*; Estácio, *Sylu.*, *liv.* 1: ... *tholo quocumque tibi Troiana recondit / Pergamus*; *ibid.*, *liv.* 3: ... *celsam trans aequora linquit / Pergamon*; *ibidem*, escreve *Pergamos* e *Pergame*; Plínio, *liv.* 5, c. 30: *In ea longe clarissimum Asiae Pergamum [p. 161] quod intermeat Silenus*.

Tunes, *Pessinus*, nomes de cidades, e *Pontus*, região da Ásia Menor, aparecem como masculinos. Lívio, *Bel. Pun.* 10: *Iam in Kartaginem intentus occupat relictum fuga custodum Tuneta*; Cícero, *De arusp.*, diz *Pessinuntem ipsum, in ipso Pessinunte, Pessinuntem per scelus a te uiolatum et sacerdote sacrisque spoliatum recuperauit*; *idem*, *Pro leg. Man.*: *Ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur*; *ibid.*: *Dico patefactum nostris legionibus esse Pontum, qui ante populo Romano ex omni aditu exclusus esset*.

A estes podes acrescentar *Phycus -untis*, cabo da Líbia Cirenaica. Lucano, *liv.* 9: ... *meritum Phycunta rapinas / sparsit*.

Zeugma, *Reate*, *Sutul*, *Argos*, *Tibur*, *Nepete*, *Praeneste*, *Caere* são neutros, mas sobre eles falaremos no devido lugar.

Pristis, *Scylla*, *Chimaera*, *Centaurus* são nomes próprios de naves, que se encontram em Virgílio, *Aen.* 5. O mesmo se diga de *Argo*, que, entre outras coisas, significa também a nau em que se diz que Jasão navegou para a Cólquida. Virgílio, *Eclog.* 4: *Alter erit Tiphys et altera quae uehat Argo*.

Títulos de peças de teatro, quando se encontram no género masculino, referem-se não à tragédia, mas à personagem. Suetónio, em *Aug.*, c. 85: *Quaerentibusque amicis quidnam Ajax ageret, respondit Aiaceum suum in spongiam incubuisse*; Juvenal, sátira 1: *Scriptus et in tergo necdum finitus Orestes*.

Foemina est *arbor*. Mas est *oleaster*. Adhaerent haec, *acer* atque *siler*, neutris, cum *subere robur*.

Arborum nomina generis etiam sunt foeminini, ut *pinus*, *populus*, *ulmus*. Excipitur *oleaster*, generis masculini. Itemque *acer -eris*, etc., quae sunt generis neutrius.

Schol. 7. De nominibus arborum

Plin., lib. 16, c. 10: *Pinaster nihil aliud est quam pinus sylvestris mira altitudine et medio ramosa, sicut pinus in uertice. Copiosiore[m] dat haec resinam, quo dicemus modo*;¹ idem, ibid., c. 27: *In Cea insula caprifici triferae sunt*;² Plin., ad Apollinarem, lib. 5: *Hanc [maceriam] gradata buxus operit*;³ Tibull., lib. 2, eleg. 1: *Tunc uictus abiere feri, tunc consita pomus*.⁴

Suber neutrum est tantum. Plin. lib. 17, c. 24: *Excepto subere, quod sic etiam iuuatur*;⁵ idem, lib. 16, c. 25, *Serotino autem germine malus, tardissimo suber*;⁶ dixit, non *tardissimus suber*, ut quidam legerunt, ex quo loco docebant *suber* esse masculini generis. Itaque ex hoc loco non intelligitur cuius sit generis, cum *tardissimo* cum nomine *germine* congruat.

Spinus putat Seruius generis esse masculini, sed nullius id testimonio confirmat.

Platanon locus est platanis consitus, non ipsa platanus; itaque non est huius loci.

Thus puto et arborem ipsam et lacrymam posse appellari. Plin<ius> arborem thuris solet uocare ea figura, qua Cic<ero> arborem fici *ficum* ipsam appellauit. Sed cum lib., 12, c. 17, ita scripserit: *Cibos Sabaei coquunt thuris ligno, alii mirrhae*;⁷ et eodem lib., c. 14, *Virgis etiam thuris ad nos commeantibus, quibus credi potest matrem quoque teretum enodi fructificare trunco*;⁸ etiam arborem ipsam uidetur *thus* appellasse, de cuius genere nihil adhuc legi.

Libanus, arbor thuris, apud Graecos masculinum est: *ὁ λίβανος*. Apud Pindarum et Euripidem [p. 162] etiam foemininum inuenitur. Vide Fauorinum. Non uidetur hoc nomen fuisse in usu apud ueteres Latinos.

Pinus, *cupressus*, *platanus* et alia quaedam etiam masculina fuerunt priscis temporibus.

Dumus huc non spectat, humilior est enim quam ut inter arbores numerandus sit.^[1]

¹Plin., *Nat.* 16,39 ²Plin., *Nat.* 16,114 ³Plin., *Epist.* 5,6,18 ⁴Tib., *Eleg.* 2,1,43 ⁵Plin., *Nat.* 17,234 ⁶Plin., *Nat.* 16,98 ⁷Plin., *Nat.* 12,81 ⁸Plin., *Nat.* 12,57 .

[1]Schol. 7 ... numerandus sit *E*¹] om. *E*².

Do sexo feminino é *arbor*. Do masculino *oleaster*. Aderem aos neutros *acer* e *siler*; e também *suber* e *robur*.

Nomes de árvores também são do género feminino, como *pinus*, *populus*, *ulmus*. Excetua-se *oleaster*, que é do género masculino. E também *acer -eris* e os restantes²⁵, que são do género neutro.

Escólio 7. Nomes de árvores

Plínio, liv. 16, c. 10: *Pinaster nihil aliud est quam pinus sylvestris mira altitudine et medio ramosa, sicut pinus in uertice. Copiosiore dat haec resinam, quo dicemus modo*; idem, *ibid.*, c. 27: *In Cea insula caprifici triferæ sunt*; Plínio, em carta a Apolinar, liv. 5: *Hanc [maceriam] gradata buxus operit*; Tibulo, liv. 2, *eleg.* 1: *Tunc uictus abiere feri, tunc consita pomus*.

Suber é apenas do género neutro. Plínio, liv. 17, c. 24: *Excepto subere, quod sic etiam iuuatur*; o mesmo autor, liv. 16, c. 25, diz *Serotino autem germine malus, tardissimo suber*, e não *tardissimus suber*, como leram alguns que, com base nessa leitura, defenderam que *suber* pertence ao género masculino. Por isso, não se pode deduzir daqui qual é o seu género, visto que *tardissimo* concorda com o nome *germine*²⁶.

Spinus considera-o Sérvio do género masculino, mas não o confirma com o testemunho de nenhum autor.

Platanon é um lugar plantado com plátanos, não o próprio plátano, por isso não se enquadra aqui.

Thus, segundo creio, pode designar quer a própria árvore, quer a seiva. Plínio costuma chamar *thus* à árvore, recorrendo à mesma figura com que Cícero chama *ficus* ('figo') à árvore que dá o figo. Mas, quando escreveu, nos livros 12 e 17, *Cibos Sabæi coquunt thuris ligno, alii mirrhæ*, e no mesmo livro, c. 14, *Virgis etiam thuris ad nos commeantibus, quibus credi potest matrem quoque teretum enodi fructificare trunco*, parece ter designado também a própria árvore por *thus*, palavra sobre cujo género nada encontrei até hoje nas minhas leituras.

Libanus, a árvore do incenso, é masculino em grego (ὁ λίβανος). Em Píndaro e Eurípides [p. 162] também se encontra no feminino. Vide Favorino. Tudo indica que este nome não era usado no latim arcaico.

Pinus, *cupressus*, *platanus* e alguns outros nomes de árvores também eram masculinos no período arcaico.

Dumus não se enquadra aqui, pois é demasiado rasteiro para se incluir entre as árvores.

| | |
|---|---|
| -Vm neutris iunges. Hominum si propria demas. | 1 |
| Quae neutro apposito gaudent neutralia sunt. | 2 |

1) Finita in *-um*, cuiuscumque rei, neutrius sunt generis, quamuis illa simul ‘marem’ ‘foeminam’que significant, ut *mancipium*, *iumentum*, *seruitium*; aut regiones, ut *Norium*, *Illyricum*; aut urbes, ut *Saguntum*, *Ilium*; aut arbores, ut *buxum*, *laburnum*.

Excipiuntur hominum propria, ut *Dinacium*, *Paegnum*, et foeminarum, ut *Eustochium*, *Glycerium*.

2) Quae ‘marem’ et ‘foeminam’ indistincte significant, et cum neutra solum terminatione nominis adiectiui iunguntur, neutra sunt, ut *animal -alis*, *pecus -oris*.

Schol. 8. De quibusdam excipiendis a superioribus praeceptis

Haec praeceptio prior, quamuis proprie ad positionem spectet, hic tamen apponenda fuit, ut nonnulla exceperemus quae superioribus praeceptis aduersabantur, nam *mancipium*, *iumentum*, *seruitium* pro *seruis* et alia eiusdem generis ‘marem’ et ‘foeminam’ significant, quae tamen neutra sunt. Item nomina urbium atque arborum. Cic., *Pro Planc.*: *Dirrachium, quod erat in fide mea, petere contendit*;¹ Liu., lib. 1, dec. 3: *Hannibal, Sagunto capto, Carthaginem nouam in hyberna concesserat*;² ibid.: *Iam Saguntum summa ui oppugnabatur*;³ Plin., lib. 16, c. 18: *Ligustra tesseris utilissima*;⁴ Plin., Apollinari, lib. 5: *Alternis metulae surgunt, alternis inserta sunt poma*.⁵ Plane pomiferas hic arbores intelligit. Ouid., in descriptione cuiusdam fontis: *Nec densum foliis buxum fragilesque myricae, / nec tenues cytisi cultaque pinus abest*.⁶ Vbi *buxum* apertissime ‘arborem’, non ‘lignum materiamque’, significat, ut uult Prisc., lib. 5.

Omnia denique *-um* syllaba finita neutra sunt, praeter propria uirorum, ut illa *Dinacium*, *Paegnum*; et foeminarum, ut *Glycerium*, *Phanium*. Siquis institerit *animal*, *pecus pecoris* significare ‘marem’ et ‘foeminam’, ne tempus in re futili conteras, illo uersiculo te poteris defendere: *Quae neutro*, etc.

Haec enim et similia, cum appositum neutrum tantum admittant, neutra necessario sunt, quamuis utrumque sexum amplectantur. Dicit fortasse aliquis: “Ergo *lupus*, *humor* erunt neutra, gaudent enim appositis neutris. Virg.: *Triste lupus stabulis*;⁷ idem: *Dulce satis humor*.⁸” Responde: “Haec et quae sunt generis eiusdem ad figuratam constructionem spectare”, de qua, suo loco; est enim hellenismus, si quidem Graeci neutra adiectiua etiam cum masculinis et foemininis substantiuis iungunt. Vide Budeum in *Comment<ario> linguae Graecae*.^[1]

¹Cic., *Planc.* 97 ²Liu., *AVC* 21,21,1 ³Liu., *AVC.* 21,7,1 ⁴Plin., *Nat.* 16,77 ⁵Plin., *Epist.* 5,6,35
⁶Ou., *Ars*, 3,691-2 ⁷Verg., *Ecl.* 3,80 ⁸Verg., *Ecl.* 3,82.

[1]Schol. 8 ... lingua Graecae *E*¹] om. *E*².

- Vm*²⁷ juntá-lo-ás aos neutros. Exclui os antropónimos. 1
 Os que regem um neutro, considerem-se neutros. 2

1) Os nomes terminados em *-um*, independentemente da coisa que designam, são do género neutro, mesmo que simultaneamente signifiquem seres do sexo masculino e feminino, como *mancipium*, *iumentum*, *seruitium*; nomes de regiões, como *Norium*, *Illyricum*; ou de cidades, como *Saguntum*, *Ilium*; ou de árvores, como *buxum*, *laburnum*.

Excetua-se os nomes próprios de homens, como *Dinacium*, *Paegnum*, e de mulheres, como *Eustochium*, *Glycerium*.

2) São neutros os que indistintamente significam seres do sexo masculino e feminino e só se ligam a nomes adjetivos com a terminação neutra: e.g. *animal -alis*, *pecus -oris*.

Escólio 8. Algumas exceções às regras anteriores

A primeira regra, embora propriamente diga respeito à terminação, teve de ser aqui acrescentada para definirmos algumas exceções que contrariam as regras anteriores, pois *mancipium*, *iumentum*, *seruitium*, usados na aceção de ‘escravo’, e outros do mesmo tipo significam seres do sexo masculino e do sexo feminino, não obstante serem neutros. O mesmo se diga dos nomes de cidades e de árvores. Cícero, *Pro Planc.*: *Dirrachium, quod erat in fide mea, petere contendit*; Lívio, liv. 1, década 3: *Hannibal, Sagunto capto, Carthaginam nouam in hyberna concesserat*; *ibid.*: *Iam Saguntum summa ui oppugnabatur*; Plínio, liv. 16, c. 18: *Ligustra tesseriis utilissima*; Plínio, em carta a Apolinar, liv. 5: *Alternis metulae surgunt, alternis inserta sunt poma* (aqui refere-se claramente às árvores de fruto). Ovídio, na descrição de uma fonte: *Nec densum foliis buxum fragilesque myricae, / nec tenues cytisi cultaque pinus abest*. Neste passo, *buxum* significa muito claramente ‘árvore’, e não ‘lenho’ e ‘madeira’, como pretende Prisciano, liv. 5.

Por conseguinte, todos os nomes terminados na sílaba *-um* são neutros, com exceção dos nomes próprios de homens, como *Dinacium* e *Paegnum*, acima referidos; e de mulheres, como *Glycerium* e *Phanium*. Se alguém insistir que *animal* e *pecus -oris* significam seres do sexo masculino e do sexo feminino, para não perderes tempo com uma questão fútil, poderás defender-te com aquele verso: «Os que regem um neutro²⁸», etc.

Portanto, estes e outros nomes semelhantes, visto que admitem apenas a ligação a um neutro, são obrigatoriamente neutros, ainda que abranjam ambos os sexos. Poderá alguém dizer: “Então *lupus* e *humor* serão neutros, pois usam-se acompanhados de neutros. Virgílio: *Triste lupus stabulis*; idem: *Dulce satis humor*.” Responde-lhe: “Estes e outros semelhantes, dizem respeito à construção figurada”; dela falaremos no devido lugar; de facto, trata-se de um

| | |
|---|---|
| -A plurale genus neutrum sibi poscit ubique. | 1 |
| Nomen in -i maribus, si sit plurale, reserua. | 2 |

1) Nomina pluralis numeri -a litera terminata, cuiuscumque significationis, neutra sunt, ut *arma*, *bucolica*, *Bactra*, *Susa*, *Echatana*, *Cythera* [p. 163] -orum et similia.

2) -I uero finita, masculina, ut *liberi -orum*, *posteri -orum*, quae utrumque sexum significant.

Item urbium nomina, ut *Pompeii*, *Philippi*, *Puteoli*.

Schol. 9. De n<ominibus> in -a et -i plur<alis> numeri

Proximi quatuor uersiculi superiores non solum exceptionis, sed etiam praeceptionis partes agunt. Omnia enim quae in -um, -i, -a exeunt, dummodo -i, -a literis finita, pluralia sint, cuiuscumque modi sint, huc spectant. Horat., *Epist.* 1: *Quis circum pagos et circum compita pugnax / magna coronari contemnat Olympia?*¹ Virg., 8 *Aen.*: ... *uiresque Orientis et ultima secum / Bactra uehit*;² Propert., lib. 2 *Eleg.*: *Non tot Achaemeniis armantur Susa sagittis*;³ Plin., lib. 6, c. 14: *Echatana Seleucus rex condidit*;⁴ idem, lib. 3, c. 5: *Puteoli Dicaearchia dicti*;⁵ Ouid., 13 *Met.*: *Emathiique iterum maduerunt caede Philippi*;⁶ Senec., *epist.* 71: *Pompeios tuos uidi*.⁷ [1]

| | |
|---|---|
| Trade notas neutri et uocem pro nomine sumptam, | 1 |
| et uerbum quoduis nuda pro uoce repostum. | 2 |

1) Nomina literarum neutra sunt, ut *hoc a*, *hoc b*, *hoc alpha*, *delta*, etc. [2] Quaeuis etiam dictio quae non est nomen, quando loco nominis ponitur, ut *scire* pro *scientia*, *uiuere* pro *uita*. Vnde cum apposito neutro iunguntur: *Scire tuum nihil est; Viuere ipsum molestum est*.

2) Item, quaecumque ex octo partibus orationis sumpta pro se ipsa, excluso omni alio sensu, ut *dominus*, *amo*, *cras*, in his orationibus: *'Dominus' est trisyllabum*; *'Amo'*, *disyllabum*; *'Cras'*, *monosyllabum*.

¹Hor., *Epist.* 1,1,49-50 ²Verg. *Aen.* 8,688-9 ³Prop., *Eleg.* 2,13,1 ⁴Plin., *Nat.* 6,43 ⁵Plin., *Nat.* 3,61 ⁶Ou., *Met.* 15,824 ⁷Sen., *Epist.* 70,1.

[1]Schol. 9 ... 'tuos uidi' E'] om. E² [2]'hoc alpha, delta', etc. E'] om. E².

helenismo, pois o grego também liga adjetivos neutros a substantivos masculinos e femininos. Vide Budé nos *Commentarii linguae Graecae*.

Plural em *-a* exige sempre para si o género neutro. 1
 Nome em *-i*, se for plural, reserva-o para os masculinos. 2

1) Os nomes do número plural terminados na letra *-a*, seja qual for a sua significação, são neutros: e.g. *arma*, *bucolica*, *Bactra*, *Susa*, *Echatana*, *Cythera* [p. 163] *-orum* e semelhantes.

2) Pelo contrário, nomes terminados em *-i* são masculinos: e.g. *liberi -orum*, *posterii -orum*, que significam ambos os sexos.

E também os nomes de cidades: e.g. *Pompeii*, *Philippi*, *Puteoli*.

Escólio 9. Nomes em *-a* e *-i* do número plural

Os quatro versos anteriores sirvam não apenas de exceção, mas também de regra. De facto, integram-se aqui todos os que terminam em *-um*, *-i*, *-a*, desde que os que terminam nas letras *-i* e *-a* sejam plurais e independentemente do que forem. Horácio, *Epist.* 1: *Quis circum pagos et circum compita pugnax / magna coronari contemnat Olympia?*; Virgílio, 8 *Aen.*: *... uiresque Orientis et ultima secum / Bactra uehit*; Propércio, liv. 2 *Eleg.*: *Non tot Achaemeniis armantur Susa sagittis*; Plínio, liv. 6, c. 14: *Echatana Seleucus rex condidit*; idem, liv. 3, c. 5: *Puteoli Dicaearchia dicti*; Ovídio, *Met.* 13: *Emathii que iterum maduerunt caede Philippi*; Séneca, epístola 71: *Pompeios tuos uidi*.

Dá ao neutro as letras e a voz tomada como nome, 1
 E ainda qualquer palavra usada como voz despojada de contexto²⁹. 2

1) Os nomes das letras são neutros: e.g. *hoc a*, *hoc b*, *hoc alpha*, *delta*, etc. E também qualquer palavra que não é nome, quando usada no lugar de um nome, como, por exemplo, *scire* em lugar de *scientia*, *uiuere* em lugar de *uita*. Por isso, ligam-se a neutros na construção: *Scire tuum nihil est; Viuere ipsum molestum est*.

2) E também qualquer uma das partes da oração, tomada por si só e privada de todo o sentido, a exemplo de *dominus*, *amo*, *cras*, nas seguintes frases: «*Dominus* é trissílabo»; «*Amo*, dissílabo»; «*Cras*, monossílabo».

Schol. 10. De nominibus literarum

Elementorum nomina fere neutra sunt; quando enim auctores foeminino genere utuntur, subauditur *litera* aut paulo ante nomen *litera* posuerunt. Quod saepissime apud Quintil<ianum>, Terent<ium> Scaurum et alios fit. Quintil., lib. 1, c. 7: *Illud 'n', quod ueritas exigit sequentis syllabae sono uictum 'm' gemina commutatur*;¹ ibidem: *Atqui paululum superiores etiam illud, quod nos gemina 's' dicimus 'iussi', una dixerunt 'iusi'*;² et eiusdem lib<ri>, c. 4: *Sciat etiam Ciceroni placuisse 'aiio' 'maiiamque' geminata 'i' scribere*.³

Verba et caeterae orationis partes positae loco nominis neutri generis sunt. Cic., *Ad Att.* 13: *Quam turpis est assentatio, cum uiuere ipsum turpe sit nobis*;⁴ Plin., lib. 7, c. 54: *Ipsium cremare non fuit ueteris instituti; terra condebantur*;⁵ Horat., *Serm.* 2, sat. 5: *... inuenietque / nil sibi legatum praeter plorare suisque*;⁶ Gell., lib. 26, c. 6: *Corruptam esse uocem et ex bidennibus bidentes factum*;⁷ Mart., lib. 5, in Posthumum: *Dic mihi, cras istud, Posthume, quando uenit*;⁸ Curt., lib. 4: *Darium, ut pacem a te iam hoc tertio peteret, nulla uis subegit, sed iustitia et continentia tua expressit*;⁹ Cic., *Pro Marcel.*: *Quid enim est omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum?*¹⁰

Cum excluso omni sensu dictiones pro semet ipsis ponuntur, sunt generis neutri, ut *'Lux' est monosyllabum*, *'Dies' est disyllabum*. Saepe tamen auctores rationem habent significationis. Quintil., lib. 1, c. 5: *Ne miremur quod ab antiquorum plerisque 'Aenea' et 'Anchisa' sit dictus*.¹¹ [1]

[p. 164] De generibus nominum quae ex positione cognoscuntur

| | |
|--|---|
| Foemineum <i>a</i> primae est, ueluti <i>panthera, sagitta</i> . | 1 |
| <i>Adria</i> mas esto, cui iunge <i>cometa, planeta</i> . | 2 |
| Hic <i>mamona</i> petit; <i>pascha</i> hoc, cui iungito <i>manna</i> . | 3 |

1) Nomina appellatiua finita in *a* sunt foeminina; propria enim superioribus regulis metienda sunt.

2) Generis tamen masculini sunt *Adria* pro *mari Adriatico*, nam pro *Graeciae urbe* foemininum est, ad superiora propriorum praecepta pertinens. Sic *cometa, planeta* et *mamona* per *a* in fine, nam *mamonas -ae*^[2] inferius locum habet.^[3]

3) Neutra sunt *pascha -ae* et *manna*; sed *manna -ae*, dum 'thuris micas' significat, foemininum est et a norma communi non excipitur.

¹Quint., *Inst.* 1,7,8 ²Quint., *Inst.* 1,7,21 ³Quint., *Inst.* 1,4,11 ⁴Cic., *Att.* 13,28,2 ⁵Plin., *Nat.* 7,187 ⁶Hor., *Serm.* 2,5,68-9 ⁷Gell., *NA.* 16,6,13 ⁸Mart., *Epig.* 5,58,2 ⁹Curt., *Alex.* 4,11,2 ¹⁰Cic., *Marc.* 27 ¹¹Quint., *Inst.* 1,5,61.

[1]Schol. 10 ... sit dictus *E'*] *om. E'* ^[2]'cometes', 'planetes' post 'mamonas -ae' *add. E'*] ^[3]habet *E'*] habent *E'*.

Escólio 10. Nomes de letras

Os nomes das letras são quase sempre neutros; de facto, quando os autores usam o género feminino, subentende-se *litera*; ou então escreveram, um pouco antes, esse mesmo nome (*litera*). Isso acontece muito frequentemente em Quintiliano, Terêncio Escauro e outros. Quintiliano, liv. 1, c. 7: *Illud 'n', quod ueritas exigit sequentis syllabae sono uictum 'm' gemina commutatur*; ibidem: *Atqui paululum superiores etiam illud, quod nos gemina 's' dicimus 'iussi', una dixerunt 'iusi'*; e no mesmo livro, c. 4: *Sciat etiam Ciceroni placuisse 'aiio' 'majamque' geminata 'i' scribere*.

Os verbos e as restantes partes da oração usadas como nomes são do género neutro. Cícero, *Ad Att.*, 13: *Quam turpis est assentatio, cum uiuere ipsum turpe sit nobis*; Plínio, liv. 7, c. 54: *Ipsum cremare non fuit ueteris instituti; terra condebantur*; Horácio, *Serm.* 2, sát. 5: *... inuenietque / nil sibi legatum praeter plorare suisque*; Gélio, liv. 26, c. 6: *Corruptam esse uocem et ex bidennibus bidentes factum*; Marcial, liv. 5, em epigrama contra Póstumo: *Dic mihi, cras istud, Posthume, quando uenit*; Cúrcio, liv. 4: *Darium, ut pacem a te iam hoc tertio peteret, nulla uis subegit, sed iustitia et continentia tua expressit*; Cícero, *Pro Marcel.*: *Quid enim est omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum?*

Quando as palavras são usadas enquanto tais, desprovidas de qualquer sentido, são do género neutro: e.g. «*lux* é monossílabo»; «*dies* é dissílabo». Muitas vezes, porém, os autores têm em conta a significação. Quintiliano, liv. 1, c. 5: *Ne miremur quod ab antiquorum plerisque 'Aenea' et 'Anchisa' sit dictus*.

[p. 164] Nomes cujo género se reconhece a partir da terminação

| | |
|--|---|
| O <i>-a</i> da primeira é feminino, a exemplo de <i>panthera, sagitta</i> . | 1 |
| <i>Adria</i> seja do sexo masculino; e junta-lhe <i>cometa, planeta</i> . | 2 |
| <i>Mamona</i> pede masculino ³⁰ ; a <i>pascha</i> , neutro, deves juntar <i>manna</i> . | 3 |

1) Nomes apelativos terminados em *-a* são femininos; os nomes próprios devem, na verdade, ser determinados pelas regras anteriores.

2) São, porém, do género masculino: *Adria*, usado na aceção de 'mar Adriático' (pois usado para designar a cidade da Grécia é feminino e enquadrar-se na regras anteriores relativas aos nomes próprios); e também *cometa, planeta* e *mamona* com *-a* final (pois *mamonas -ae* será tratado mais abaixo).

3) *Pascha -ae*³¹ e *manna* são neutros; mas, *manna -ae*, quando significa 'grãos de incenso', é feminino e não constitui exceção à norma geral³².

Schol. 11.^[1] De nominibus finitis in a

‘Positionem’ solet Quint., lib. 1, c. 4 et 5, appellare quam grammatici ‘terminationem’ uocant. Ad cuius regulas pertinent animalium nomina ‘marem’ et ‘foeminam’ indistincte significantia, ut *panthera*. Cael<ius> ad Cic<eronem>, lib. 8, de pantheris agens: *Quas*, inquit, *ipsas Curio mihi et alias Africanas decem donauit*;¹ Plin., lib. 8, c. 27, de eisdem: *Occupat illico fauces earum angor*;² Ouid., 3 *Met.*: *Pictarumque iacent fera corpora pantherarum*.³ Quarum mares, ut Plin. docet, lib. 8, c. 17, ‘pardi’ appellantur: *Nunc*, inquit, *uarias [pantheras] et pardos, qui mares sunt, appellant*^[2] *in eo omni genere, creberrimo in Africa Syriaque*.⁴

Mamona, pascha, manna, cum peregrina^[3] sint et a Latina lingua aliena, non expectabis a nobis ueterum Romanorum exempla. *Man* et *Pháse* uel *Pésach*, ut modo Hebraei pronunciant, Hebraea sunt, unde Chaldaei *manna* et *pascha* fecerunt. Vtrumque apud utrosque masculinum est, non neutrum, neque enim fieri potest, cum utraque lingua neutrum genus ignoret. Ex cap. 12 et 16 *Exodi*, et <ex> 8 *Deuteron<omii>*, intelliges apud Hebraeos et Chaldaeos rem ita se habere. Apud Graecos tamen et Latinos utrumque neutrum est, quod in iisdem locis inuenies.

Manna tamen, dum ‘micas thuris concussu elisas’ significat, muliebre est. Plin., lib. 12, c. 14: *Micas concussu elisas ‘mannam’ uocamus*.⁵ Si esset neutrum, *manna* dixisset, cum neutrum tres casus habeat similes. Idem, lib. 29, c. 6: *Addito foeniculi succo ad cyathum unum et thuris manna una*;⁶ Dioscorid., lib. 1, c. 84: *Μάννα δὲ λιβάνου ἐστὶ ἡ λευγὴ καὶ καθαρὰ*.⁷ Vbi *λιβάνου* non ‘Libanum montem’, sed ‘thus’ significat. Vide Matthiolum, in eumd Dioscoridem.

Hoc nomine et genere quidam rorem Syriacum etiam appellant.

Mamon et *mamona* Graece *μαμωνᾶς* unico *m* (sic enim in correctis libris Chaldaicis et Graecis habetur) masculini generis est. Priorem uocem inuenies *Gen. 37, Exodi 18 et 21 et 35*; posteriorem, apud D<iuum> Matthaicum, c. 6, et Lucam, c. 16. Penultima longa est apud Syros et Graecos. Vide Suidam.

Hoc nomine diuitiae appellantur, et, ut placet quibusdam, dicitur etiam *Daemon*, cuius partes sunt miseros mortalium animos auaritiae facibus inflammare.

¹Cic., *Fam.* 8,9,3 ²Plin., *Nat.* 8,100 ³Ou., *Met.* 3,669 ⁴Plin., *Nat.* 8,63 ⁵Plin., *Nat.* 12,62 ⁶Plin., *Nat.* 29,119 ⁷Ps. Dsc., *De mat. med.* 1,68,6.

^[1]Schol. 11 ... celebratione Paschae [p. 165] *E'*] *om. E'* ^[2]appellant *corr.*] appellant *E'* ^[2] peregrina *scrip.*] perigrina *E'*.

Escólio 11. Nomes terminados em -a

Positio é como Quintiliano (liv. 1, c. 4 e 5) costuma designar aquilo a que os gramáticos chamam ‘terminação’³³. À sua regra pertencem os nomes de animais que significam indistintamente macho e fêmea, como *panthera*. Célio, em carta a Cícero, liv. 8, diz, a propósito das panteras: *Quas, ipsas Curio mihi et alias Africanas decem donauit*; Plínio, liv. 8, c. 27, também a respeito das panteras: *Occupat illico fauces earum angor*; Ovídio, *Met.* 3: *Pictarumque iacent fera corpora pantherarum*. Os machos das panteras chamam-se *pardi*, conforme explica Plínio, liv. 8, c. 17: *Nunc uarias [pantheras] et pardos, qui mares sunt, appellant in eo omni genere, creberrimo in Africa Syriaque*.

De *mamona*, *pascha*, *manna*, uma vez que são palavras estrangeiras e alheias à língua latina, não esperes que apresentemos exemplos coligidos dos antigos escritores romanos. *Man* e *Pháse*³⁴ ou, como pronunciado pelos Judeus, *Pésach*, são palavras hebraicas a partir das quais os Caldeus formaram *manna* e *pascha*. Ambas as palavras são masculinas, quer em hebraico, quer em caldeu, e não neutras – o que, de resto, seria impossível, uma vez que ambas as línguas ignoram o género neutro. Dos capítulos 12 e 16 do *Êxodo* e do capítulo 8 do *Deuteronomio*, poderás deduzir que assim é em hebraico e em caldeu. Contudo, em grego e em latim ambas as palavras são neutras, facto que poderás verificar nos passos citados.

Manna, todavia, quando significa ‘fragmentos de incenso obtidos por concussão’, é feminino. Plínio, liv. 12, c. 14: *Micas concussu elisas ‘mannam’ uocamus*. Se fosse neutro, Plínio teria dito *manna*, uma vez que o neutro tem três casos iguais. Idem, liv. 29, c. 6: *Addito foeniculi succo ad cyathum unum et thuris manna una*; Dioscórides, liv. 1, c. 84: *Μάννα δὲ λιβάνου ἐστὶ ἡ λευκὴ καὶ καθαρὰ*. Aqui λιβάνου não significa ‘monte do Líbano’, mas ‘incenso’. Vide Mattioli³⁵, no *Comentário a Dioscórides*.

Com o nome *manna* (e também no feminino), alguns designam ainda o ‘orvalho sírio’.

Mamon e *mamona*, em grego μαμωνᾶς, com um único -m (assim consta nas melhores edições caldaicas e hebraicas), é do género masculino. A primeira palavra encontrá-la-ás em *Génesis* 37 e nos capítulos 18, 21 e 35 do *Êxodo*; a segunda em *S. Mateus*, c. 6, e em *Lucas*, c. 16. A penúltima sílaba é longa tanto em síriaco como em grego. Vide Suidas.

Dá-se este nome às ‘riquezas’; e, na opinião de alguns, é ainda o nome do Diabo, cujo interesse é atear no fraco espírito dos mortais a chama da avareza.

Tertullianus *mamonas*, Graecorum [p. 165] more, recto casu solet dicere contra Marcionem, lib. 4: *Est creator enim dominus, quia Deus, et utique magis Dominus quam mamonas*;¹ ibidem saepe *mamonam*, accusandi casu, usurpat: *Si ergo haec non cadunt in creatorem, sed in Mamonam etc, et irridebant denique Pharisaei pecuniae cupidi, quod intellexissent scilicet 'mamonam' de nummo*^[1] *dictum*;² ibidem: *Duos enim dominos nominavit 'Deum' et 'mamonam', 'creatorem' et 'nummum'*.³ [2]

D<iuus> Ambrosius in D<iuum> Lucam: *Pulchre autem iniquum mamonam dixit, quia uariis diuitiarum illecebris auaritiae tentat affectus, ut uelimus seruire diuitiis*.⁴ Si neutrum esset *mamona*, casu accusandi dixissent.

Pascha quidam a uerbo Graeco *πάσχω*, quod 'pati' significat, deduxerunt, unde ad tertiam declinationem spectare more Graecorum in *-a* exeuntium crediderunt, cum non 'passionem' sed 'transitum' significet, a uerbo Hebraeo *pasach*, quod 'transire' significat. Vide D<iuum> Hierony<num>, tomo 4, de celebratione Paschae.^[3]

| | |
|---|---|
| Nomen in <i>-a</i> ternae neutrum est, ceu <i>stigma</i> , <i>toreuma</i> . | 1 |
| <i>-E</i> Latiale petit neutrum, uelut <i>acre</i> , <i>monile</i> . | 2 |
| Foemineum est <i>aloe Rhodopeque</i> et caetera Graeca. | 3 |
| Accedunt <i>cete</i> ac <i>tempe</i> pluralia neutris. | 4 |

1) *-A* finita tertiae declinationis neutra sunt, ut *stigma -tis*, *toreuma -tis*. 2) Et terminata in *-e* Latina, ut *monile -is*, *caepe*, *gausape*. Vltima item nominum adiectiuorum terminatio in *-e*, ut *breue*, *acre*.

3) Nomina Graeca finita in *-e* foemina sunt, ut *aloe -es*, *Rhodope -es*, *mastiche -es*, etc.

4) Neutris adduntur duo Graeca pluralis numeri, *cete* ac *tempe*, et *mele*, quod minus usitatum^[4] est.

Schol. 12. De nominibus finitis in *-e*

-E litera finita, si sint Latina, neutra sunt et tertiae declinationis, ut *conclauē -is*, *nouale -is*; sin Graeca, primae sunt declinationis et generis foemini, ut *aloe -es*. Cels., lib. 2, c. 12: *Medicamenta stomachum fere laedunt, ideoque omnibus cathartici aloe miscenda est*; ⁵ idem, lib. 5, c. 8: *Super ulcus spargenda est arida aloe*.⁶ [5]

¹Tert., *Adv. Marc.* 4,33 ²Tert., *Adv. Marc.* 4,33 ³Tert., *Adv. Marc.* 4,33 ⁴Ambr., *In Luc.* 7,245 ⁵Cels., *Med.* 2,12,1b ⁶Cels., *Med.* 5,28,3d.

[1]'nummo' *scrip.*] 'numo' *E'* [2]'nummum' *scrip.*] 'numum' *E'* [3]Schol. 11 [p. 164] ... 'Paschae' *E'*] *om. E²* [4]quod...usitatum *E'*] sed inusitatum *E²* [5]Schol. 12... 'aloe' *E'*] *om. E²*.

Tertuliano, em *Contra Marcionem*, liv. 4, costuma escrever *mamonas* no caso nominativo à maneira grega [p. 165]: *Est creator enim dominus quia Deus, et utique magis Dominus quam mamonas*; na mesma obra usa várias vezes *mamonam*, no caso acusativo: *Si ergo haec non cadunt in creatorem, sed in Mamonam, etc., et irridebant denique Phariseae pecuniae cupidi, quod intellexissent scilicet 'mamonam' de nummo dictum*; ibidem: *Duos enim dominos nominavit 'Deum' et 'mamonam', 'creatorem' et 'nummum'*.

Santo Ambrósio, no comentário a S. Lucas, escreveu *pulchre iniquum mamonam, quia uariis diuitiarum illecebris auaritia tentat affectus, ut uelimus seruire diuitiis*. Se *mamona* fosse neutro, estes autores teriam usado o caso acusativo.

Pascha foi derivado, por alguns autores, do verbo grego *πάσχω*, que significa 'sofrer' – pelo que entenderam que pertencia à terceira declinação, a exemplo dos nomes gregos terminadas em *-a* –, embora, na verdade, não signifique 'sofrimento', mas sim 'passagem', porque deriva do verbo hebraico *pasach*, que significa 'passar'. Vide São Jerónimo, tomo 4, a respeito da celebração da Páscoa.

| | |
|---|---|
| Nome em <i>-a</i> da terceira é neutro, como <i>stigma, toreuma</i> . | 1 |
| O <i>-e</i> do Lácio requer o neutro, como <i>acre, monile</i> . | 2 |
| Femininos são <i>aloe</i> e <i>Rhodope</i> e outros nomes gregos. | 3 |
| Juntam-se ainda aos neutros os plurais <i>cete</i> e <i>tempe</i> . | 4 |

1) Nomes da terceira declinação terminados em *-a* são neutros, como *stigma -tis, toreuma -is*.

2) E também os nomes latinos terminados em *-e*, como *monile -is, caepe, gausape*; e ainda a última terminação³⁶ dos nomes adjetivos: *breue, acre*.

3) Nomes gregos terminados em *-e* são femininos, como *aloe -es, Rhodope -es, mastiche -es*, etc.

4) Juntam-se aos neutros dois nomes gregos do número no plural: *cete* e *tempe*; e ainda *mele*, que é menos usado.

Escólio 12. Nomes terminados em *-e*

Os nomes terminados na letra *-e*, se forem latinos, são neutros e da terceira declinação, como *conclauae -is, nouale -is*; mas, se forem gregos, são da primeira declinação e do género feminino, como *aloe -es*. Celso, liv. 2, c. 12: *Medicamenta stomachum fere laedunt, ideoque omnibus catharticiis aloe miscenda est*; idem, liv. 5, c. 8: *Super ulcus spargenda est arida aloe*.

Cete, tempe et mele, quod rarius est, neutra sunt et pluralis numeri a Graecis κήτεια, τέμπεα, μέλεα, unde κήτη, τέμπη, μέλη facta sunt, duabus uocalibus in unam contractis.

Caepe, posteriore breui, et neutrum est et declinationis expers. Iuuenal<is>, saty. 15: *Porrurum et caepe nefas uiolare ac frangere morsu*.¹ Sic, apud Pers<ium>, saty. 4.²

Sinape eiusdem generis inuenies. Colum., lib. 11, c. 3: *Sinape et coriandrum nec minus eruca* etc.³ Celsus quoque lib. 5, c. 18, *sinapis contriti*⁴ dixit.

Mille substantium neutrum est, quod pluraliter declinatur *millia, millium*, etc. *Mille* adiectiuum est omnis generis neque declinatur.^[1]

| | |
|---|---|
| -I neutris tribue. -O maribus finita dabuntur. | 1 |
| Est -io foemineum, fuerit si corporis expers. | 2 |
| Huc spectant <i>legio, possessio, potio</i> , quamuis corpora significant aliquando. Adiungitur illis <i>portio</i> item, <i>regio</i> atque <i>caro, coenatio</i> ; nomen [p. 166] -do, -go finitum. Neutris adscribito <i>pondo</i> . <i>Harpago, cudo, ordo</i> , mas, <i>udo, cardo ligoque</i> . | 4 |
| | 5 |

1) Substantia singularis numeri quae finiuntur in -i neutra sunt, ut *cappari, gummi, sinapi*.

2) Nomina finita in -o masculinis adnumerantur, ut *pugio, turbo, scorpio, uespertilio, unio* pro *margarita*.

3) Quae uero terminantur in -io uel in syllabis -do, -go foeminae sunt, ut *oratio, lectio, dulcedo, imago*. Foemininis etiam adduntur *legio*, siue pro 'numero militum', siue pro 'ipsis militibus'; *potio* etiam pro 're quae potatur'; *possessio* pro 'bonis quae possidentur'; et *ambulatio* pro 'loco in quo ambulatur accepta'. *Regio* item, *caro, coenatio* et *portio*.

4) *Pondo* semper est neutrum, siue pro *pondere*, siue pro *libra* sumatur.

5) Masculina sunt *harpago*, etc.

¹Iuu., Sat. 15,19 ²Pers., Sat. 4,31 ³Colum., Rust. 11,3,29 ⁴Cels., Med. 5,18,12.

[1] 'Cete' ... declinatur E¹] om. E².

Cete, tempe e mele (este último mais raro) são neutros e do plural; têm origem nos nomes gregos κήτεα, τέμπεα e μέλεα, dos quais se formaram, por contração das duas vogais, κήτη, τέμπη e μέλη.

Caepe, com a última vogal breve, é neutro e indeclinável. Juvenal, sátira 15: *Porrurum et caepe nefas uiolare ac frangere morsu*. E também em Pérsio, sátira 4.

Sinape, encontrá-lo-ás no mesmo género. Columela, liv. 11, c. 3: *Sinape et coriandrum nec minus eruca* etc. Celso também escreveu, no liv. 5, c. 18, *sinapis contriti*.

Mille é um substantivo neutro que, no plural, se declina *millia, millium*, etc. O adjetivo *mille* é de todo o género e não se declina.

| | |
|---|---|
| Terminados em <i>-i</i> , atribui-os aos neutros; em <i>-o</i> , aos masculinos. | 1 |
| <i>-Io</i> é feminino, se for coisa desprovida de corpo ³⁷ . | 2 |
| Aqui se incluem <i>legio, possessio, potio</i> , apesar de, por vezes, significarem corpo. Acrescenta-se-lhes ainda <i>portio, regio</i> e <i>caro, coenatio</i> ; e nome que [p. 166] termine em <i>-do, -go</i> . Aos neutros seja atribuído <i>pondo</i> . | 3 |
| <i>Harpago, cudo, ordo, udo, cardo</i> e <i>ligo</i> são masculinos. | 4 |
| | 5 |

1) Substantivos do número singular que terminam em *-i* são neutros: e.g. *cappari, gummi, sinapi*.

2) Nomes terminados em *-o* sejam enumerados entre os masculinos: e.g. *pugio, turbo, scorpio, uespertilio*, e *unio* na aceção de ‘pérola’.

3) Mas os que terminam em *-io* ou nas sílabas *-do* e *-go* são femininos: e.g. *oratio, lectio, dulcedo, imago*. Acrescentam-se ainda aos femininos *legio*, quer na aceção de ‘conjunto de soldados’, quer na aceção dos próprios soldados; e também *potio*, na aceção da ‘coisa que se bebe’; e *possessio*, na aceção de ‘bens que se possuem’; e *ambulatio*, na aceção do ‘lugar em que se passeia’. Também *regio, caro, coenatio* e *portio*.

4) *Pondo* é sempre neutro, quer na aceção de ‘peso’, quer na aceção de ‘balança’.

5) Masculinos são *harpago*, etc.

Schol. 13.^[1] De nominibus in -i, -o et -io

Sinapi, gummi, cappar neutra sunt; at *sinapis, gummis, cappar*, foeminina. Pallad<ius>, mense octob<bri>: *Hoc mense sinapim seremus*;¹ Colum., lib. 10: *Seque lacessenti fletum factura sinapis*;² idem, lib. 12, c. 50: *Existimaruntque satius esse noua dolia liquida gummi perluere*.³ Vnde et *gummium*, genituo multitudinis. Plin., lib. 24, c. 11: *Gummium genera diximus*.⁴ Quod autem foeminino usus fuerit ex sequentibus manifestum est: *Quae*, inquit, *ex amygdala amara est*;⁵ et paulo post: *Creduntur et colorem gratiorem facere cum passo potae*;⁶ item, lib. 12, c. 8: *Est autem mel in arundinibus collectum, gummi modo candidum*;⁷ Colum., lib. 11, c. 3: *Cultu aut nullo, aut leuissimo [cappar] contenta est*;⁸ ibid.: *Cappar serenda est*.⁹

Neutro genere dixit Cels., lib. 4, c. 9: *Multisque modis huic rei cappar aptum est*;¹⁰ ibid.: *Ipsum cappar cum melle contritum imponi expedit*.¹¹

Pro *cappar* *cappar*, litera *i* detracta, usurpauit Pallad., lib. 11: *Caepulae seruntur etiam hoc mense et cappar mensis initio*.¹²

Caeterum, *sinapi* longe est usitatissimum. Plin., lib. 20, c. 22: *Sinapi ad dentium dolorem manditur, stomacho utilissimum*.¹³

Nec uero minus huc ea spectant quae per ypsilon efferuntur. Stat., *Theb.* 4: ... *summis ingestum montibus Aepy*.¹⁴ Item, illa quibus probati quoque auctores utuntur: *moly molyos, sory soryos, misy misyos*, etc.; Ouid., *Met.* 14: *Moly uocant superi*;¹⁵ Plin., lib. 25, c. 10: *Contra haec omnia erit illud Homericum moly*;¹⁶ idem, lib. 34, c. 12: *Sory Aegyptium maxime laudatur*;¹⁷ ibid.: *Misy aliqui tradiderunt fieri exusto lapide in scrobibus*;¹⁸ rursum ibid.: *Et misy est lapidosius*.¹⁹ Hisce duobus, cum metalli genera quaedam significet, etiam posteriori pro quodam tuberis genere usus est lib. 19, c. 3: *Simile (inquit) est quod in Cyrenaica prouincia uocant 'misy', praecipuum suauitate odori et saporis, sed carnosius*.²⁰ Ita et Cels., lib. 5, c. 9.^[21]

Frugi et *nihili* ait Probus esse omnis generis. Priscianus addit *nauci, mancipi*, quae 'aptota' a grammaticis appellantur, hoc est, sine casibus. Alii putant casus esse obliquos figurateque iungi cum omnibus casibus et generibus. Vide Priscian<um>, lib. 5 et 6.

¹Pallad., *Agr.* 11,11 ²Colum., *Rust.* 10,1,1 ³Colum., *Rust.* 12,52,16 ⁴Plin., *Nat.* 24,105 ⁵Plin., *Nat.* 24,105 ⁶Plin., *Nat.* 24,106 ⁷Plin., *Nat.* 12,32 ⁸Colum., *Rust.* 11,3,55 ⁹Colum., *Rust.* 11,3,17 ¹⁰Cels. *Med.* 4,16,4 ¹¹Cels., *Med.* 4,16,4 ¹²Pallad., *Agr.* 11,11 ¹³Plin., *Nat.* 20,237 ¹⁴Stat., *Theb.* 4,180 ¹⁵Ou., *Met.* 14,292 ¹⁶Plin., *Nat.* 25,127 ¹⁷Plin., *Nat.* 34,120 ¹⁸Plin., *Nat.* 34,121 ¹⁹Plin., *Nat.* 34,120 ²⁰Plin., *Nat.* 19,36 ²¹Cels. *Med.* 5,9,1.

[1]Schol. 13 ... animo amplectemur [p. 167] E¹] om. E².

Escólio 13. Nomes em *-i*, *-o* e *-io*

Sinapi, *gummi*, *cappari* são neutros; mas *sinapis*, *gummis*, *capparis* são femininos. Paládio³⁸, no mês de outubro: *Hoc mense sinapim seremus*; Columela, liv. 10: *Seque lacessenti fletum factura sinapis*; idem, liv. 12, c. 50: *Existimaruntque satius esse noua dolia liquida gummi perluere*. O genitivo plural *gummium* provém desta última forma. Plínio, liv. 24, c. 11: *Gummium genera diximus*. Que Plínio usou o feminino é óbvio a partir dos exemplos que se seguem: *Quae ex amygdala amara est*; e pouco depois: *Creduntur et colorem gratiorem facere cum passo potae*; e também, liv. 12, c. 8: *Est autem mel in arundinibus collectum, gummium modo candidum*; Columela, liv. 11, c. 3: *Cultu aut nullo, aut leuissimo [capparis] contenta est*; *ibid.*: *Capparis serenda est*.

Celso, liv. 4, c. 9, escreveu-o no gênero neutro: *Multisque modis huic rei cappari aptum est*; *ibid.*: *Ipsum cappari cum melle contritum imponi expedit*.

Paládio, liv. 11, usou *cappar* em vez de *cappari*, retirando-lhe a letra *-i*: *Caepulae seruntur etiam hoc mense et cappar mensis initio*.

Por último, *sinapi* é de longe o mais usado. Plínio, liv. 20, c. 22: *Sinapi ad dentium dolorem manditur, stomacho utilissimum*.

Não se enquadram menos aqui as palavras que se escrevem com *-y*. Estácio, *Theb.* 4: ... *summis ingestum montibus Aepy*. O mesmo se diga dos seguintes nomes, usados pelos melhores autores: *moly molyos*, *sory soryos*, *misy misyos*, etc.; Ovídio, *Met.* 14: *Moly uocant superi*; Plínio, liv. 25, c. 10: *Contra haec omnia erit illud Homericum moly*; idem, liv. 34, c. 12: *Sory Aegyptium maxime laudatur*; *ibid.*: *Misy aliqui tradiderunt fieri exusto lapide in scrobibus*; e de novo, *ibid.*: *Et misy est lapidosius*. Embora Plínio use estas duas palavras³⁹ para se referir a alguns tipos de metal, contudo também usou a última na aceção de um determinado ‘gênero de túbera’, no liv. 9, c. 3: *Simile est quod in Cyrenaica prouincia uocant ‘misy’, praecipuum suauitate odori et saporis, sed carnosius*. Assim também Celso, liv. 5, c. 9⁴⁰.

Frugi e *nihili*, diz Probo, são de todo o gênero⁴¹. Prisciano acrescenta *nauci* e *mancipi*, nomes a que os gramáticos chamam ‘aptotos’, isto é, sem casos. Outros pensam que têm casos oblíquos e que figuradamente se ligam a todos os casos e gêneros. Vide Prisciano, livros 5 e 6⁴².

diuorti iusserat; idem, *ibid.*: ... *angiporta haec certum est consecrari*. Com base nessa forma, Cícero escreveu *angiportis*, em *Verr. 4: Vt omnibus in angiportis praedonis improbissimi statuae ponantur*. O próprio Plínio, no mesmo passo, diz que *hic angiportus* é da segunda declinação; contudo, em Cícero, *liv. 1, De diu.*, é da quarta: *Ex horreis direptum effusumque frumentum uias omnes angiportusque constrauerat*; Horácio, *Carm. 1*, escreveu *solo angiportu*. Também Plauto, em *Mostel.*: *Ostium quod in angiportu est* etc.

Capricornus é da segunda declinação. Cícero, em *Aratus*, escreve *Tum magni curuus Capricorni corpora propter / delphinus iacet*, não obstante *cornus* ser da quarta. Plínio, *liv. 10, c. 70*: *Cornus ceruini odore franguntur serpentes*; idem, *liv. 28, c. 11*: *Dentes mobiles confirmat ceruini cornus cinis*; Lucano, *7*: ... *cornu tibi cura sinistri*. Existem ainda outros que, propositada e refletidamente, deixo de lado. Na verdade, quem suportaria de bom grado que se acrescentassem mais exemplos?

Alteruter, no gênero feminino e neutro, compõe-se apenas de um nominativo. Os autores arcaicos também diziam *altera utra* e *alterum utrum*, segundo afirma Prisciano, *liv. 6*. *Alteriusutrius* escreveu-o Cícero, em *Protag.*: *Quae igitur potest esse indignitas uoluptatis ad molestiam, nisi in magnitudine aut longitudine alteriusutrius posita?*; idem, *Att. 10*: *Ego uero Solonis, popularis tui, legem negligam, qui capite sanxit, si qui in seditione non alterutrius partis fuisset*. Neste último passo, há alguns autores que leem *alteriusutrius*.

PRIMEIRA DECLINAÇÃO

| | |
|---|---|
| A primeira declinação latina flete os nomes latinos terminados em <i>-a</i> como <i>palma</i> e os gregos como <i>pompa</i> e <i>Thalia</i> . | 1 |
| A Grécia dá a Roma os que terminam ou em <i>-as</i> ou em <i>-es</i> . | 2 |
| Sirvam-te de exemplos <i>Lysiades</i> e <i>Boreas</i> . Aqueles que têm terminações variadas no número singular, nota que, no plural, devem ser declinados à maneira dos nomes latinos. | |

1) Os nomes da primeira declinação terminam em *-a*, *-as*, *-es*. Os que terminam na letra *a* [p. 199] tanto são gregos como latinos: e.g. *palma*, *uictoria*, *familia*, *pompa*, *Maia*, *Thalia*.

2) Os que terminam nas sílabas *-as* e *-es* são apenas gregos, como *Aeneas*, *Etesias*, *Tiaras*, *Lysiades*, *Anchises*, *cometes*, *planetes*; e declinam-se deste modo: N. *Boreas*, G. *Boreae*, D. *Boreae*, A. *Borean*, V. *O Borea*, Abl. *A Borea*; N. *Lysiades*, G. *Lysiadae*, D. *Lysiadae*, A. *Lysiaden*, V. *O Lysiade*, Abl. *A Lysiade*. No número plural, seguem os nomes latinos da primeira ordem: *Boreae Borearum*, etc.; *Lysiadae Lysiadarum*, etc.

| | |
|--|---|
| Primus in <i>-as</i> etiam fiebat patrius olim | 1 |
| Ausonius, composta sibi quem pauca reseruant. | |
| <i>Aulai</i> et similes metrum usurpauit in <i>-ai</i> . | 2 |
| <i>-An</i> dedit in quarto Graecis aliquando poeta, | 3 |
| in quibus <i>-a</i> rectum claudit, ceu <i>Maian</i> et <i>Ossan</i> . | |

1) Priscis temporibus genitiuus singularis Latinus^[1] etiam in *-as* syllabam terminabatur; unde etiam nunc dicitur *paterfamilias*, *materfamilias*, *filiusfamilias*.

2) *Aulai*, *pictai* et his similes interrogandi casus interdum apud poetas leguntur pro *aulae*, *pictae*.

3) A *Maia*, *Ossa*,^[2] *Aegina* et aliis huiusmodi^[3] nominibus foemininis accusatiuus per *-an* syllabam aliquando apud poetas exit, ut *Maian*, *Ossan*,^[4] *Aeginan*.

| | |
|--|---|
| Prima gradum recto similem dat norma uocantem. ^[5] | 1 |
| <i>-S</i> , uelut <i>Anchise</i> , <i>Borea</i> , perit ultima Graiis. | 2 |
| Exit in <i>-is</i> ternus pluralis. Tolle <i>duabus</i> | 3 |
| et simul <i>ambabus</i> tolles; adiunge <i>deabus</i> | |
| quaeque alii propter generis ^[6] discrimina fingunt. | 4 |

1) Vocatiuus similis est nominatiuo: *o musa*, *o Maia*.

2) Graeca *-s* literam deponunt: *o Aenea*, *o Borea*, *o Anchise*, *o Lysiade*.

3) Datiuus multitudinis *-is* syllaba finitur, praeter *duabus*, *ambabus* et *deabus*.

4) Et nonnulla alia eiusdem exitus, quae a uiris doctis sexus discernendi gratia usurpantur, qualia sunt *animabus*, *conseruabus*, *equabus*, *filiabus*, *libertabus*.

| | |
|---|---|
| <i>-E</i> litera finita secundae declinationis Graecorum ^[7] | |
| <i>-E</i> , uelut <i>Andromache</i> , <i>Libye</i> , finita Pelasgum | 1 |
| <i>-es</i> patrio donant; <i>-en</i> quarto; <i>-e</i> litera recti | |
| casibus in reliquis numero manet ultima primo; | |
| prima Latinorum numero regit ista secundo. | |
| Si tamen <i>-e</i> Graecum Latium mutetur in alpha, | 2 |
| more Latinorum numero flectentur utroque. | |

^[1]Latinus *E²*] Latinis *E¹* ^[2]‘Ossa’ *E¹*] om. *E²* ^[3]Graecis post huiusmodi *add. E²* ^[4]‘Ossan’ *E¹*] om. *E²* ^[5]gradum ... uocantem *E¹*] iubet recto similem casum esse uocandi *E²* ^[6]generis *E¹*] sexus *E²* ^[7]*E* litera ... Graecorum *E²*] om. *E¹*.

- Outrora o genitivo latino arcaico também se fazia em *-as*, 1
 terminação que poucos compostos mantêm.
 A poesia usou *Aulai* e outros semelhantes em *-ai*. 2
 Por vezes o poeta deu *-an* ao acusativo dos nomes gregos 3
 cujo nominativo termina em *-a*, como *Maian* e *Ossan*.

1) Nos tempos arcaicos, o genitivo latino do singular também terminava na sílaba *-as*, razão pela qual atualmente ainda se diz *paterfamilias*, *materfamilias*, *filiusfamilias*.

2) *Aulai*, *pictai* e outros genitivos semelhantes leem-se por vezes nos poetas, em vez de *aulae*, *pictae*.

3) Nos poetas, o acusativo dos nomes femininos *Maia*, *Ossa*, *Aegina* e de outros do mesmo tipo termina, por vezes, na sílaba *-an*: *Maian*, *Ossan*, *Aeginan*.

- A primeira declinação dá honra igual ao nominativo e ao vocativo. 1
 Nos nomes gregos desaparece o *-s* final²¹, como em *Anchise*, *Borea*. 2
 Termina em *-is* o dativo do plural. Excetua *duabus* 3
 E também *ambabus*; acrescenta-lhes *deabus*
 e aqueles que outros autores forjam em ordem à distinção de género. 4

- 1) O vocativo é igual ao nominativo: *o musa*, *o Maia*.
 2) Os gregos deixam cair a letra *-s*: *o Aenea*, *o Borea*, *o Anchise*, *o Lysiade*.
 3) O dativo do plural termina na sílaba *-is*, com exceção de *duabus*, *ambabus* e *deabus*.
 4) Excetua-se ainda alguns outros da mesma terminação que são usados pelos homens doutos para distinguir os sexos, tais como *animabus*, *conseruabus*, *equabus*, *filiabus*, *libertabus*.

Nomes da segunda declinação grega terminados na letra *-e*

- Nomes gregos terminados em *-e*, como *Andromache*, *Libye*, 1
 dão ao genitivo a terminação *-es*; ao acusativo, *-en*; a letra *-e* do
 nominativo mantêm-se como última nos restantes casos do singular;
 A primeira declinação latina rege a declinação destes nomes no plural.
 Se, porém, o *-e* grego mudar para o *-a* latino, 2
 declinam-se ambos os números à maneira latina.

<1> Nomina Graeca secundae declinationis *-e* littera finita sic declinantur: N. *musice*, G. *musices*, D. *musice*, A. *musicen*, V. *o musice*, Abl. *a musice*. Numero plurali Latinam declinationem sequuntur. Ad hunc modum declinantur *mastiche*, *grammatice*, *rhetorice*, *dialectice*, *arithmetice*,^[1] *Libie*.

<2> Quorum ultima uocalis, si in *-a* litteram mutetur, Latine declinantur, ut *grammatica -ae*, et caet.

[p. 200] Schol. 2.^[2] De nom<inibus> ad primam declinat<ionem> pertinentibus

Veteres, Graecas positiones uehementer reformidantes, malebant Latina forma dicere *Sosia*, *Birria*, *Clinia*, *Birria*, *Geta*, *Sármata*, *Poëta* quam *Birrias*, *Clinias*, *Getes*, *Sarmates*, *poetes*. Hoc idem docet Quintil., lib. 1, c. 5: *Ne in -a quidem atque -s litteras exiere temere masculina Graeca nomina recto casu patiebantur, ideoque et apud Coelium legimus "Pelias cincinnatus" et apud Messalam, "Benefecit Euthia", et apud Ciceronem, "Hermagora", ne miremur quod ab antiquorum plerisque "Aenea" et "Anchisa" sit dictus.*¹ Haec ille. Plautus *Apella* dixit uocandi casu in *Poenul.*: *o Apella, o Zeuxis pictor*;² Senec., *Troad.*, act. 3, *Laerta* pro *Laertes* aperte dicit;³ Liu. quoque decad. 5, lib. 4, *Leucata* pro *Leucate*: *Praetor superato Leucata Corinthium sinum inuectus* etc.;⁴ Cic. quoque *De fato*, *Philocteta* pro *Philoctete*: *Nondum [inquit] exulcerato serpentis morsu Philocteta*;⁵ idem, ad *Tiron*, lib. 16: *Scripta iam epistula Hermia uenit*;⁶ et *Pro Rabir. Posth.* casu recto dixit: *Glaucia solebat populum monere*.⁷ Idem tamen *Ariopagites*, per *-es*, dicit *Philipp.* 5: *Quaero igitur si Lysides citatus iudex non responderit, excusetur Ariopagites esse* etc.⁸ Martial tamen *Glaucias*, Graeco ritu, effert lib. 6: *Hoc sub marmore Glaucias humatus*;⁹ Plin., ad *Nepotem*, lib. 3: *Cum Thraxea gener eius deprecaretur, ne mori pergeret*;¹⁰ Liu., *Bel. Maced.* 8: *Eorum maxime opera deuictus Xyboea est*;¹¹ Gell., lib. 7, c. 3, *Persa*, ablatiuo casu, quam *Perse* dicere maluit: *Persa [inquit] Philippi filio, Macedonum rege* etc. *amico usus est*.¹² At *Perses*, nempe gentile, pro *Persa* dixit Curt., lib. 6: *Oxytades erat nobilis Perses, qui a Dario capitali supplicio destinatus cohibebatur in uinculis*.¹³ Denique Propertius, quodam loco, *Atrida*, nominandi casu, pro *Atrites* dixit; et Horat., 2 *Serm.*, saty. 3, *Atrida*, casu uocandi: *Nequis humasse uelit Aiace, Atrida, uetas cur?*;¹⁴ idem, saty. 1, *Scipiadam*¹⁵ a nominatiuo *Scipiada*; Curt., lib. 4, Latina termin<atione>, *Lyncesta*,¹⁶ et, lib. 7, *Lyncestes*,¹⁷ utrobique nominandi casu, dixit.

¹Quint., *Inst.* 1,5,61 ²Plaut., *Poen.* 1271 ³Sen., *Troad.* 700 ⁴Liu., *AVC* 44,1,4 ⁵Cic., *Fat.* 36 ⁶Cic., *Fam.* 16,15,2 ⁷Cic., *Rab. Posth.* 14 ⁸Cic., *Phil.* 5,14 ⁹Mart., *Epig.* 6,28,4 ¹⁰Plin., *Epist.* 3,16,10 ¹¹Liu., *AVC* 38,16,9 ¹²Gell., *NA* 6,3,2 ¹³Curt., 6,2,11 3 ¹⁴Hor., *Sat.* 2,3,187 ¹⁵Hor., *Sat.* 2,1,17 ¹⁶Curt., *Alex.* 13,28 ¹⁷Curt., *Alex.* 7,1,5.

[1] 'arithmetice' *scrip.*] 'arithmetice' *E'*] *om. E'* [2] Schol. 2 ... 'Moses' scribunt [p. 204] *E'*] *om. E'*.

1) Os nomes gregos da segunda declinação terminados na letra *-e* declinam-se assim: N. *musice*, G. *musices*, D. *musice*, A. *musicen*, V. *o musice*, Abl. *a musice*. No número plural seguem a declinação latina. Declinam-se desta forma *mastiche*, *grammatice*, *rhetorice*, *dialectice*, *arithmetice*, *Libie*.

2) Nestes nomes, se a última vogal mudar para *-a*, declinam-se como os nomes latinos: e.g. *grammatica -ae*, etc.

[p. 200] Escólio 2. Nomes que pertencem à primeira declinação

Os autores antigos, fortemente avessos às terminações gregas (*Birrias*, *Clinias*, *Getes*, *Sarmates*, *poetes*), preferiam as latinas. Isto mesmo o diz Quintiliano, liv. 1, c. 5: «Tinham até relutância em permitir que os nomes gregos masculinos terminassem em *-as* no caso nominativo, razão pela qual lemos *Pelia cincinnatus*, em Célio, *Benefecit Euthia*, em Messala, e *Hermagora*, em Cícero; não nos admiremos, pois, que a maioria dos autores antigos tenha escrito *Aenea* e *Anchisa*.» São estas as suas palavras. Plauto escreveu *Apella* no caso vocativo, em *Poenul.*: *O Apella*, *O Zeuxis pictor*; Séneca, *Troad.*, ato 3, escreve claramente *Laerta* em vez de *Laertes*; também Lívio, década 5, liv. 4, escreve *Leucata* em vez de *Leucate*: *Praetor superato Leucata Corinthium sinum inuectus* etc.; também Cícero, *De fato*, escreve *Philocteta* em vez de *Philoctete*: *Nondum exulcerato serpentis morsu Philocteta*; idem, *ad Tironem*, liv. 16: *Scripta iam epistula Hermia uenit*; e, *Pro Rabir. Posth.*, escreveu, no caso nominativo, ***Glaucia*** *solebat populum monere*. O mesmo autor, no entanto, escreve *Ariopagites* com *-es*, em *Philipp.* 5: *Quaero igitur si Lysiades citatus iudex non responderit, excuseturne Ariopagites esse*, etc. Contudo, Marcial, liv. 6, escreve *Glaucias* à maneira grega: *Hoc sub marmore Glaucias humatus*; Plínio, liv. 3, em carta a Nepos: *Cum Thrasea gener eius deprecaretur, ne mori pergeret*; Lívio, *Bel. Maced.* 8: *Eorum maxime opera deuictus Xyboea est*; Gélio, liv. 7, c. 3, preferiu dizer *Persa*, no caso ablativo, em vez de *Perse*: *Persa Philippi filio, Macedonum rege, etc. amico usus est*. E *Perses*, usado como gentílico, escreveu-o Cúrcio, liv. 6, em vez de *Persa*: *Oxytades erat nobilis Perses, qui a Dario capitali supplicio destinatus cohibebatur in uinculis*. Por fim, Propércio, em dado passo, escreveu *Atrida* no caso nominativo, em vez de *Atrides*; e Horácio, *Serm.* 2, sátira 3, escreveu *Atrida*, no caso vocativo: *Nequis humasse uelit Aiacem, Atrida, uetas cur?*; idem, sátira 1, fez *Scipiadam* a partir do nominativo *Scipiada*; Cúrcio escreveu ambos os casos nominativos: *Lyncesta*, com a terminação latina, no livro 4, e *Lyncestes*, no livro 7.

Multa *-es* syllaba finita etiam tertiae declinationis fiunt, maxime apud oratores, ut *Euripides -is*, *Aristides -is*, *Orestes*, *Pylades*, *Perses*, *Herodes*, *Timarchides*, et alia id genus, unde exit accusatiuus in *-em*. Cic., 2 *De finib.*: *Aut, Pylades cum sis, dices te esse Orestem, ut moriari pro amico? aut, si esses Orestes, Pyladem refelleres, ne indicares?*¹ Vide Prisc., lib. 6 et 7. Idem, lib. 6, inter caetera testimonia, haec affert, quibus docet genitiuum etiam in *-as* fuisse priscis usitatum. Ennius, 7 *Ann.*, *Dux ipse uias*,² pro *uiae*; Liu., in *Odyss.*, *Mercurius cumque eo filius Latonas*,³ pro *Latonae*.

Paterfamiliae etiam a doctis usurpatur. Liu., 1 *Ab Vrb.*: *Bos in Sabinis nota cuidam patrifamiliae dicitur miranda magnitudine ac specie*;⁴ Cic., *Pro Sex. Rosc.*: *Homines paene operarios ex Amerina disciplina patris familiae rusticani*.⁵ Eodem utitur Colum., Valer., Plin., Senec. Et in numero multitudinis *patres*, *matres*, *fili familiae* seu *familiarum* apud optimos auctores inuenies.

Genitiuis in *-ai* utitur Cicero in *Arato* et frequentissime Lucretius. Virgilius, antiquitatis amator, aliquoties iisdem est usus 3 *Aen.*: *Aulai in medio libabant pocula Bacchi*;⁶ *ibid.*, 6: *Aethereum sensum atque aurai simplicis ignem*;⁷ et <*ibid.*> 9, *Pictai uestis*;⁸ et <*ibid.*> 2, *aquai*,⁹ pro *aquae* dixit. [p. 201] Item, Pers., *Saty.* 6: *Lunai portum, est operae, cognoscite, ciues*;¹⁰ Lucret., lib. 3: *Hunc uexare pudorem, hunc uincula amicitiai / rumpere*.¹¹ Apud eundem inuenies *aquái*, *ferái*, *fugái*, *maturái*, *notitiái*, *purpureái*, *uitái* et complura alia, sed haec iam exoleuerunt. Quare doceantur pueri potius admonitionem esse quam praeceptionem. Quod idem de genitiuo *Latonas* aliisque *-as* syllaba finitis dictum sit.

Altera, alia, sola, tota, una, ulla, nulla, neutra nunc genitiuum *-ius* amant; apud priscos etiam in *-ae* diphthongum exhibant; unde apud Cic<eronem> et Terent<ium> quaedam reperiuntur. Cic., *Pro M. Tullio*, apud Prisc<ianum>, lib. 6: *Hoc iudicium sic exspectatur, ut non unae rei statui, sed omnibus constitui putetur*;¹² idem, 2 *De diu.*: *Sed si eadem hora aliae pecudis iecur nitidum atque plenum est, aliae horridum et exile etc.*;¹³ Liu., *Bel. Pun.* 4: *Quid aliae partis hominibus animi accideret*;¹⁴ Cato, *De re rust.*, c. 19: *Vnae fabulae locum facito*;¹⁵ auctor ad Heren.: *Non res tota totae rei necesse est similis sit*;¹⁶ Terent., *Eunuch.*: *Mihi solae ridiculo fuit*;¹⁷ idem, *Heaut.*: ... *hoc ipsa in itinere alterae / dum narrat, forte audiui*;¹⁸ Colum., lib. 5, cap. 11: *Vt alterae delibratae parti conueniat*;¹⁹ sic Gell., lib. 6, c. 7; idem, lib. 9, c. 4: *Nulli aliae causae obnoxia*;²⁰ idem, lib. 2, c. 28: *An cuius aliae rei causa alteriusue etc.*²¹ Plura, sed priscorum, inuenies apud eumd Prisc<ianum> lib. eodem.

¹Cic., *Fin.* 2,79 ²Enn., *Ann.* 17,430 ³Liu. Andr., *Carm.* frg. 21 ⁴Liu., *AVC* 1,45,4 ⁵Cic., *Sex. Rosc.* 120 ⁶Verg., *Aen.* 3,354 ⁷Verg., *Aen.* 6,747 ⁸Verg., *Aen.* 9,26 ⁹Verg., *Aen.* 7,464 ¹⁰Pers., *Sat.* 6,9 ¹¹Lucr., *DRN* 3,83-4 ¹²Cic., apud Prisc. *Inst.* 6 (*GLK* II 197) ¹³Cic., *Diu.* 2,30,14 ¹⁴Liu., *AVC* 24,27,8 ¹⁵Cato, *Agr.* 19,1 ¹⁶*Rhet. Her.* 4,48,61 ¹⁷Ter., *Eun.* 1004 ¹⁸Ter., *Heaut.* 271-2 ¹⁹Colum., *Rust.* 5,11,10 ²⁰Gell., *NA* 9,4,8 ²¹Gell., *NA* 2,28,1.

Muitos nomes terminados na sílaba *-es* também se tornam, sobretudo nos oradores, da terceira declinação, como *Euripides -is*, *Aristides -is*, *Orestes*, *Pylades*, *Perses*, *Herodes*, *Timarchides* e outros do mesmo tipo, razão pela qual o acusativo termina em *-em*. Cícero, *De finib.* 2: *Aut, Pylades cum sis, dices te esse Orestem, ut mori pro amico? aut, si esses Orestes, Pyladem refelleres, ne indicares?* Vide Prisciano, livros 6 e 7. O mesmo autor, liv. 6, entre outras abonações com as quais demonstra que o genitivo em *-as* também foi frequentemente usado pelos autores arcaicos, aduz as seguintes: Ênio, *Ann.* 7, *Dux ipse uias*, em vez de *uiae*; Lívio Andronico, em *Odyss.*, *Mercurius cumque eo filius Latonas*, em vez de *Latonae*.

Paterfamiliae também é usado por autores cultos. Lívio, *Ab Urb.* 1: *Bos in Sabinis nota cuidam patrifamiliae dicitur miranda magnitudine ac specie*; Cícero, *Pro Sex. Rosc.*: *Homines paene operarios ex Amerina disciplina patris familiae rusticani*. Columela, Valério, Plínio e Séneca usam a mesma forma. *E patres, matres, filii familiae* ou *familiarum* (no número plural) encontram-se nos melhores autores.

Cícero usa o genitivo em *-ai* no *Aratus* e também, muito frequentemente, Lucrécio. Virgílio, amante dos arcaísmos, usou-os algumas vezes: *Aen.* 3, *Aulai in medio libabant pocula Bacchi*; *ibid.*, 6, *Aethereum sensum atque aurai simplicis ignem*; e *ibid.*, 9, *Pictai uestis*; e, no segundo livro, escreveu *aquai* em vez de *aquae*. [p. 201] De igual forma, Pérsio, sátira 6: *Lunai portum, est operae, cognoscite, ciues*; Lucrécio, liv. 3: *Hunc uexare pudorem, hunc uincula amicitiai / rumpere*. Encontrarás, no mesmo autor, *aquae, ferai, fugai, maturae, notitiae, purpureae, uitai* e muitos outros genitivos deste tipo, que já se tornaram obsoletos. Por essa razão, ao ensinarem-se os alunos, isto seja mais uma observação do que matéria propriamente dita. Diga-se o mesmo acerca do genitivo *Latonas* e de outros terminados na sílaba *-as*.

Altera, alia, sola, tota, una, ulla, nulla, neutra preferem atualmente o genitivo *-ius*; entre os autores arcaicos também apresentavam o ditongo *-ae*, razão pela qual se encontram alguns em Cícero e em Terêncio. Cícero, *Pro M. Tullio*, citado por Prisciano, liv. 6: *Hoc iudicium sic exspectatur, ut non unae rei statui, sed omnibus constitui putetur*; *idem, De diu.* 2: *Sed si eadem hora aliae pecudis iecur nitidum atque plenum est, aliae horridum et exile etc.*; Lívio, *Bel. Pun.* 4: *Quid aliae partibus hominibus animi accideret*; Catão, *De re rust.*, c. 19: *Vnae fabulae locum facito*; o autor de *Ad Heren.*: *Non res tota totae rei necesse est similis sit*; Terêncio, *Eunuch.*: *Mihi solae ridiculo fuit*; *idem, Heaut.*: *... hoc ipsa in itinere alterae / dum narrat, forte audiui*; Columela, liv. 5, c. 11: *Vt alterae delibratae parti conueniat*; também Gélio, liv. 6, c. 7; *idem, liv. 9, c. 4: Nulli aliae causae obnoxia*; *idem, liv. 2, c. 28: An cuius aliae rei causa alteriusue etc.* Na obra de Prisciano, no mesmo livro, encontrarás mais exemplos, embora de autores arcaicos.

O acusativo grego termina na letra *n*. Virgílio, 8: *Accipite Aenean et tandem arcete periclis*; Ovídio, *Epist.* 1: *Respice Laerten, ut iam sua lumina*

Graecus accusatiuus *n* litera terminatur. Virg., 8: *Accipite Aenean et tandem arcete periculis*;¹ Ouid., *Epist.* 1: *Respice Laerten, ut iam sua lumina condas*;² Stat., *Theb.* 1: *Quique bibit Gangen aut nigrum occasibus intrat / Oceanum*.³

Si uero fiant Latina Graeca nomina *m* finiuntur. Terent., *Andr.*: ... *forte ibi huius uideo Pirriam*;⁴ idem, *Adelph.*:^[2] ... *sed eccum Demeam*;⁵ idem, *Phorm.*:^[3] ... *sed ubinam Getam inuenire possum?*⁶

– *Maian, Aeginan* (ab undis); Ouid., 4 *Fast.*: *Maian et Electram Taygetamque Ioui*.⁷ Horum meminimus quoniam usui sunt futura, cum de syllabarum dimensione agemus.

Vocatiui *Achille, Vlysse* huc etiam spectant; nam Latini poetae *Dores* imitantur, qui Graeca *-ευς* syllaba finita per *-ης* dicunt, pro *Ὅρφευς, Ὅρφης, τὸν Ὅρην, ὃ Ὅρην*; pro *Τυδεύς, Τύδης, ὃ Τύδη*. Hoc est, pro *Orpheus Orphes*, accusatiuo *Orphen*, <uocatiuo> *o Orphe*; sic, pro *Tydeus Tydes, o Tyde*; eodem modo, pro *Achilleus Achilles, o Achille*; pro *Vlysseus Vlysses, o Vlysse*. Ouid., 13 *Met.*: *Tuque tuis armis, nos te poteremur, Achille*;⁸ ibid.: *Quaque ruit, non tu tantum terreris, Vlysse, / sed fortes etiam*;⁹ Senec., *Troad.*: *Si uis, Vlysse, cogere Andromacham metu*;¹⁰ ibid.: *Quid agis Vlysse?*¹¹

O Chreme, o Lache etiam huius sunt ordinis. Haec enim Graeci et per tertiam et per primam declinant: *Χρέμης Χρέμετος* et *Χρέμης Χρέμου*; *Chremes Chremetis* et *Chremes Chremae*. Terent., *Andr.*: *Quis hic loquitur? o Chreme, per tempus aduenis*;¹² idem, *Eunuch.*: ... *nihil opus est istis Chreme*;¹³ ibid.: ... *o mi Chreme, te ipsum exspectabam*;¹⁴ idem, *Hecyr.*: ... *itidem nunc dico Lache*.¹⁵

O Chremes, o Laches uocatiui sunt tertiae declinationis. Terentius fere semper utitur uocatiuo *Chreme*, sed [p. 202] *Lache* raro. Idem, *Hecyr.*: ... *salue Laches*;¹⁶ ibid.: *Vos uidete iam, Laches et tu Pamphile*.¹⁷ Non tamen utitur genitiuo aut accusatiuo Graeco, sed Latino, *Chremis, Chremem* aut *Chremetem*. Idem, *Andr.*: ... *etiam puerum inde abiens conueni Chremis*;¹⁸ idem, ibid.: ... *egomet continuo ad Chremem*.¹⁹

Virgilius utroque accusandi casu Graeco lib. 5 est usus: *Praecipitemque Daren ardens agit aequore toto. [...] Sed finem imposuit pugnae fessumque Daretam / eripuit*.²⁰

¹Verg., *Aen.* 8,73 ²Ou., *Epist.* 1,113 ³Stat., *Theb.* 1,686-7 ⁴Ter., *Andr.* 357 ⁵Ter., *Ad.* 890 ⁶Ter., *Phorm.* 827 ⁷Ou., *Fast.* 4,174 ⁸Ou., *Met.* 13,130 ⁹Ou., *Met.* 13,83-4 ¹⁰Sen., *Troad.* 576 ¹¹Sen., *Troad.* 607 ¹²Ter., *Andr.* 783 ¹³Ter., *Eun.* 765 ¹⁴Ter., *Eun.* 743 ¹⁵Ter., *Hec.* 722 ¹⁶Ter., *Hec.* 732 ¹⁷Ter., *Hec.* 664 ¹⁸Ter., *Andr.* 368 ¹⁹Ter., *Andr.* 361 ²⁰Verg., *Aen.* 5,456 et 463-4.

[¹¹Adelph. *scrip.*] *Phorm.* *E'* [¹²Phorm. *scrip.*] *ibid.* *E'* .

condas; Estácio, *Theb.* 1: *Quique bibit Gangen aut nigrum occasibus intrat / Oceanum.*

Se, pelo contrário, os nomes gregos se latinizam, terminam em *-m*. Terêncio, *Andr.*: ... *forte ibi huius uideo Pirriam*; idem, *Adelph.*: ... *sed eccum Demeam*; idem, *Phorm.*: ...*sed ubinam Getam inuenire possum?*

Maian e *Aeginan* (a ilha). Ovídio, *Fast.* 4: *Maian et Electram Taygetamque Ioui*. Fazemos aqui menção destes nomes, porque os usaremos mais adiante, quando tratarmos da quantidade das sílabas.

Os vocativos *Achille* e *Vlysse* também se integram aqui; na verdade, os poetas latinos imitam os Dóricos, que escreviam a sílaba grega terminada em *-ευσ* com *-ης*; em vez de Ὀρφευς, escrevem Ὀρφης, τὸν Ὀρφην, ὃ Ὀρφη²²; em vez de Τυδεύς, escrevem Τύδης, ὃ Τύδη. Isto é, os latinos, em vez de escreverem *Orpheus*, escrevem *Orphes*, e *Orphen* no acusativo, e *o Orphe* no vocativo; e, em vez de *Tydeus*, escrevem *Tydes*, *o Tyde*; do mesmo modo, em vez de *Achilleus*, escrevem *Achilles*, *o Achille*; e, em vez de *Vlysseus*, escrevem *Vlysses*, *o Vlysse*. Ovídio, *Met.* 13: *Tuque tuis armis, nos te poteremur, Achille*; ibid.: *Quaque ruit, non tu tantum terreris, Vlysse, / sed fortes etiam*; Séneca, *Troad.*: *Si uis, Vlysse, cogere Andromacham metu*; ibid.: *Quid agis Vlysse?*

O Chreme, *o Lache* também pertencem a esta declinação. Com efeito, os gregos declinam-nos, quer na terceira, quer na primeira declinação: Χρέμης Χρέμετος e Χρέμης Χρέμου²³; *Chremes Chremetis* e *Chremes Chremae*. Terêncio, *Andr.*: *Quis hic loquitur? o Chreme, per tempus aduenis*; idem, *Eunuch.*: ... *nihil opus est istis Chreme*; ibid.: ... *O mi Chreme, te ipsum exspectabam*; idem, *Hecyr.*: ... *itidem nunc dico Lache*.

O Chremes, *o Laches* são vocativos da terceira declinação. Terêncio usa quase sempre o vocativo *Chreme*, mas [p. 202] *Lache* raramente. Idem, *Hecyr.*: ... *salue Laches*; ibid.: *Vos uidete iam, Laches et tu Pamphile*. Não usa, todavia, o genitivo e o acusativo gregos, mas os latinos *Chremis*, *Chremem* ou *Chremetem*. Idem, *Andr.*: ... *etiam puerum inde abiens conueni Chremis*; idem, ibid.: ... *egomet continuo ad Chremem*.

Virgílio, no livro 5, usou ambos os casos gregos no acusativo: *Praecipitemque Daren ardens agit aequore toto. [...] Sed finem imposuit pugnae fessumque Dareta / eripuit.*

Vide Priscian<um>, lib. 6. Ne mireris, si quando apud Latinos legeris *o Socrate*, nam Attici propria nomina primae declinationis contractorum, ut *Σοκράτης*, *Socrates*, accusandi ac uocandi casu instar nominum primae declinant: τὸν Σοκράτην, ὃ Σοκράτη, *Socraten*, *o Socrate*. Cic., in *Protagora*, apud Prisc<ianum>, eodem lib.: *Quid tu, unde tandem appares, o Socrate? An quidem dubium est, quin ab Alcibiade.*¹

De dandi casu in *-abus* finito haec Phocas tradit: *Pauca sunt primae declinationis nomina quae contra regulam datiuum et ablatiuum numeri pluralis in -abus syllabas mittunt discernendae ambiguitatis, id est, sexus causa: 'his' et 'ab his deabus', 'filiabus', 'mulabus', 'equabus', 'libertabus', 'natabus', 'asinabus', quae a uiris peritis usurpata sunt.*² Diomedes *deabus*, *filiabus*, *libertabus* et quicquid huiusmodi est discernendi sexus causa contra rationem et praeceptum est. Donatus, 2 edit<ione>: *Necesse est autem contra hanc regulam, ut declinentur et nomina, in quibus genera discernenda sunt, ut 'his' et 'ab his deabus', ne si 'diis' dixerimus, 'deos' non 'deas' significare uideamur.*³ Sergius, in hunc Donati locum, ait haec inuenta esse propter testamentorum necessitatem. *Nec nos debemus [inquit] ad istorum similitudinem alia declinare; ea enim, quae arte carent, sola auctoritate firmantur.*⁴

Deabus utitur Cic., in orat<ione> *Pro Rabir.* et *Pro Cornel.* prima, ut Prisc., lib. 6, docet. M. Cato, in *Origin.*, apud eumd, lib. 7: *Dotes filiiabus suis non dant.*⁵ Quem Liu., lib. 4, dec. 3, imitatus est: *In sacrarium ad penates confugit cum duabus filiiabus uirginibus.*⁶ Item, Trogius siue Iustinus, lib. 7: *Adhibitis in conuiuium suum filiis et uxoribus et filiiabus;*⁷ Palladius, mense Martio, tit. 13, ubi de equorum partibus et coloribus egit: *Eadem [inquit] in equabus consideranda sunt* etc.;⁸ Scaeuola, lib. *Pandect.* 31: *Praediolum meum "dari uolo libertis libertabusque meis"* etc.;⁹ idem, lib. 34: *Omnibus libertis libertabusque fundos [dari iusserat];*¹⁰ idem, *Pandect.* 33, de fundo instructo, *reliquis conseruabus* dixit;¹¹ Senec., *Declamat.* lib. 2, declamatione 2: *Quaedam se maritorum amore rogis ardentibus miscuerunt. Quaedam animabus suis redemerunt maritorum suorum salutem solitudine breui.*¹² Sic habent libri correctissimi. Idem, *Controuers.* lib. 4, controu. 22, *dominabus* dixit.¹³ Non negamus Ciceronem dixisse *duabus animis suis*; Plinium, lib. 11, c. 41, de lacte, *tenuissimum camelis, mox equis;*¹⁴ sic enim est in libris correctis, non *equabus*; idem, eod. lib. c. 40: *Asinis mammae a foetu dolent;*¹⁵ Ennius etiam et Plaut<um>, *filiis*. Sed cum Phocas, Diomedes

¹Cic., apud Prisc. *Inst.* 6 (GLK II 247) ²Phoc., *Ars* (GLK V 412) ³Don., *Ars maior* 3 (GLK IV 378) ⁴Seru., *Gramm.* (GLK IV 434) ⁵Cato, *Orig.* apud Prisc., *Inst.* 7 (GLK II 293) ⁶Liu., *AVC* 24,26,2 ⁷Iust., *Epit.* 7,3,3 ⁸Pall., *Agr.* 4,13 ⁹Iust. *Dig.* 31,1,88,6 ¹⁰Iust., *Dig.* 34,1,16,1 ¹¹Iust., *Dig.* 33,7,27,1 ¹²Sen., *Decl.* ¹³Sen., *Contr. excerpt.* 2,2,1 ¹⁴Plin., *Nat.* 11,237 ¹⁵Plin., *Nat.* 11,233.

^[1]Vide Priscian<um> ... Phocas *E'*] om. *E*².

Vide Prisciano, livro 6²⁴. Não te admires se alguma vez leres *o Socrate* nos autores latinos, pois os autores áticos declinam os nomes próprios da primeira declinação dos contractos (como Σωκράτης²⁵, *Socrates*) no caso acusativo e vocativo exatamente como os nomes da primeira declinação²⁶: τὸν Σωκράτην, ὦ Σωκράτη, *Socraten, o Socrate*. Cícero, em *Protagoras*, citado por Prisciano, no mesmo livro: *Quid tu, unde tandem appares, o Socrate? An quidem dubium est, quin ab Alcibiade.*

Sobre o caso dativo terminado em *-abus*, Focas explica o seguinte: «Poucos são os nomes da primeira declinação que, ao arrepio da regra, fazem o dativo e ablativo do número plural nas sílabas *-abus*, de forma a desfazerem a ambiguidade, isto é, a ambiguidade de sexo: *his* e *ab his deabus, filiabus, mulabus, equabus, libertabus, natabus, asinabus*, formas que são usadas pelos autores cultos. Segundo Diomedes *deabus, filiabus, libertabus* e outros do mesmo tipo, forjados para fazer a distinção de sexo, são contra a *ratio*²⁷ e contra a norma. Donato, na *Secunda Editio*: «É necessário, no entanto, que, contrariamente a esta regra, também os nomes nos quais os géneros precisam de ser distinguidos se declinem a exemplo de *his* e *ab his deabus*²⁸, para que, se dissermos *diis*, demos a entender que se trata ‘deuses’ e não de ‘deusas’.» Sérgio, ao comentar este passo de Donato, diz que estas formas foram inventadas por exigência dos testamentos²⁹, acrescentando: «E nós não devemos declinar outras palavras à semelhança destas: na verdade, as coisas que carecem de fundamento teórico são validadas somente pela autoridade.»

Deabus é usado por Cícero, no discurso *Pro Rabir.*; e no primeiro discurso de *Pro Cornel.*, como testemunha Prisciano, liv. 6³⁰. M. Catão, em *Origin.*, citado pelo mesmo Prisciano, liv. 7: *Dotes filiabus suis non dant*. Lívio imitou-o, liv. 4, década 3: *In sacrarium ad penates confugit cum duabus filiabus uirginibus*. Também Trogo ou Justino, liv. 7: *Adhibitis in conuiuium suum filiis et uxoribus et filiabus*; Paládio, no mês de Março, título 13, onde tratou das partes³¹ e das cores dos cavalos, diz: *Eadem in equabus consideranda sunt* etc.; Cévola, *Pandect.*, liv. 31: *Praediolum meum “dari uolo libertis libertabusque meis”* etc.; idem, liv. 34: *Omnibus libertis libertabusque fundos [dari iusserat]*; idem, *Pandect.*, 33, *De fundo instructo*, escreveu *reliquis conseruabus*; Séneca, *Declamat.*, liv. 2, declamação 2: *Quaedam se maritorum amore rogis ardentibus miscuerunt. Quaedam animabus suis redemerunt maritorum suorum salutem sollicitudine breui* (assim o apresentam as edições mais expurgadas). Idem, *Controuers.*, liv. 4, controvérsia 22, escreveu *dominabus*. Não negamos que Cícero escreveu *duabus animis suis*; e que Plínio, liv. 11, c. 41, ao falar do leite, escreveu *tenuissimum camelis, mox equis* (*equis* é o que consta das edições expurgadas, e não *equabus*); idem, mesmo livro, c. 40: *Asinis mammae a foetu dolent*; e que também Ênio e Plauto escreveram *filiis*. Mas, não vejo por que razão não havemos de confiar em Focas, Diomedes, Donato, Prisciano e em outros Antigos, que leram muitos autores arcaicos cujos nomes não chegaram até nós, sobretudo se tivermos em

Donatus, Priscianus aliique ueteres multos legerint auctores, quorum ne nomina quidem ad nos peruenerunt, non uideo cur eis non habeamus fidem, maxime cum etiam nunc aliquot exsint [p. 203] exempla, unde possimus et alia fuisse coniecere. Priscianus eadem affert quae Phocas. Quod uero Prisc., lib. 7, ait uetustissimos non esse imitandos, intelligit *deabus* pro *diis*, *dextrabus* pro *dextris* et aliis quibus antiquissimi usi sunt. Si enim res ita tulerit, ut necesse sit *filiabus*, *libertabus*, *equabus* dicere, non uideo cur tantopere haec nobis reformidanda sint. Cato, *De re rust.*, c. 152, nulla constrictus necessitate, *eabus* dixit: *Scopas uirgeas alligato eabusque latera doliis intrinsecus usque bene perfricato*;¹ Plautus, *ibus* pro *iis* in *Milit.*: *Vt in tabellis* [inquit] *quos consignauit hic heri / latrones, ibus dinumerem stipendium*² (id est, *iis*) idem, *Curcul.*: *Eodem hercle uos pono et paro; parissimi estis hibus*.³ Sed in hoc Plauti loco posteriore, *hibus* pro *his* atque genere masculino in utroque accipitur.

Nomina *-e* litera terminata quorum genitiuus *-es* syllaba finitur ad nullam omnino Latinorum declinationem numero singulari spectant; neque enim primae sunt, cuius symbolum ac nota est *ae* diphthongus. Probus tres tantum positiones *-a*, *-as*, *-es* huic declinationi tribuit; totidem Priscianus. Idem Probus docet *-e* finita foeminina Graeca esse et Graece declinari; quod si *e* in *a* mutetur ad primam nostram spectare, ut *Helene -es*, *Helena -ae*. Plin., lib. 37, c. 8, Latine maluit quam Graece declinare: *Ex hac [insula] primum importatam Berenicae reginae*, etc;⁴ idem, lib. 4, c. 11: *Maiores Haemo, minores Rhodopae subditi*;⁵ Lucret., lib. 2: *stactaeque liquorem*;⁶ Sil., lib. 17, *Libyae* dixit;⁷ et Propert., lib. 3: *Sacrae Cybellae*;⁸ et Plaut., *Epid.*: *Hanc asserua Circam, Solis filiam*.⁹ Alii *Circen*, Graecorum ritu, dicere solent.

Ablatiuo Graecae declinationis utuntur, quamuis Graeci hoc casu careant, non solum poetae, ut Priscianus lib. 7 putat, sed etiam oratores. Quintil., lib. 8, c. 1: *Sed ea quae de ratione Latine atque emendate loquendi fuerant dicenda in lib. 1, cum de grammaticae loqueremur, exsecuti sumus*;¹⁰ idem, lib. 2, cap. 15: *Excludunt a rhetorice malos*;¹¹ idem, lib. 1, cap. 18: *Num igitur hi sine musice*?¹² Quod idem de ablatiui eorum quae *-es* syllaba nominandi casu finiuntur dictum sit. Idem, lib. 3, c. 4: *Plato in Sophiste iudicali et concionali tertiam adiecit*, etc.¹³

Adam, *Abraham* et alia eiusdem positionis peregrina duos tantum casus interrogandi et dandi primae declinationis admittunt: *Adae*, *Abrahae*; caeteri peregrinitatem retinent. Qui uero haec latinitate donare uolunt *Adamus*, *Abrahamus* declinant. Iustinus, lib. 36, Hebraeis positionibus contentus fuit,

¹Cato, *Agr.* 152,1 ²Plaut., *Mil.* 73-4 ³Plaut., *Curc.* 506 ⁴Plin., *Nat.* 37,108 ⁵Plin., *Nat.* 4,41
⁶Lucret., *DRN* 2,847 ⁷Sil., *Pun.* 17,173 ⁸Prop., *Eleg.* 3,4,11 ⁹Plaut., *Epid.* 604 ¹⁰Quint., *Inst.* 8,1,2 ¹¹Quint., *Inst.* 2,15,36 ¹²Quint., *Inst.* 1,10,29 ¹³Quint., *Inst.* 3,4,10.

conta que atualmente subsistem ainda alguns exemplos [p. 203] que nos permitem conjecturar que teria havido mais. Prisciano aduz os mesmos exemplos que Focas. Quanto ao facto de Prisciano dizer, no livro 7, que os mais arcaicos não devem ser imitados, ele refere-se ao uso de *deabus* (em vez de *diis*), de *dextrabus* (em vez de *dextris*) e de outros que os autores mais arcaicos usaram. Se, no entanto, o contexto exigir que se escreva *filiabus*, *libertabus*, *equabus*, não vejo por que razão tenhamos de os temer tanto. Catão, *De re rust.*, c. 152, sem estar constrangido por qualquer necessidade, escreveu *eabus*: *Scopas uirgeas alligato eabusque latera doliis intrinsecus usque bene perfricato*; Plauto escreve *ibus*, em vez de *iis*, em *Miles*: *Vt in tabellis quos consignavi hic heri / latrones, ibus dinumerem stipendium* (isto é, *iis*); idem, *Curcul.*: *Eodem hercle uos pono et paro; parissimi estis hibus*. Mas, neste último passo de Plauto, note-se que *hibus* é usado em vez de *his*; todavia, em ambos os passos, *ibus* e *hibus* são tomado no género masculino.

Nomes terminados na letra *-e*, cujo genitivo, no número singular, termina na sílaba *-es*, não se integram definitivamente em nenhuma declinação latina; com efeito, não são sequer da primeira, porquanto o símbolo e marca desta declinação é o ditongo *ae*³². Probo atribui apenas três terminações a esta declinação: *-a*, *-as*, *-es*; e Prisciano outras tantas. O mesmo Probo diz que os femininos terminados em *-e* são gregos e que se declinam à maneira grega; mas, se o *-e* mudar para *-a*, integram-se na nossa primeira declinação, a exemplo de *Helene -es* > *Helena -ae*. Plínio, liv. 37, c. 8, preferiu declinar à maneira latina do que à grega: *Ex hac [insula] primum importatam Berenicæ reginæ*, etc; idem, liv. 4, c. 11: *Maiores Haemo, minores Rhodopæ subditi*; Lucrécio, liv. 2: *stactæque liquorem*; Sílio, liv. 17, escreveu *Libyæ*; e Propércio, liv. 3: *Sacræ Cybellæ*; e Plauto, *Epid.*: *Hanc asserua Circam, Solis filiam*. Outros costumam escrever *Circen*, à maneira grega.

O ablativo da declinação grega, não obstante o grego carecer deste caso, é usado não só pelos poetas, como considera Prisciano no livro 7, mas também pelos oradores. Quintiliano, liv. 8, c. 1: *Sed ea quæ de ratione Latine atque emendate loquendi fuerant dicenda in lib. 1, cum de grammaticæ loqueremur, exsecuti sumus*; idem, liv. 2, c. 15: *Excludunt a rhetorice malos*; idem, liv. 1, c. 18: *Num igitur hi sine musice?* E, o mesmo se diga do ablativo daqueles nomes que no caso nominativo terminam na sílaba *-es*. Idem, liv. 3, c. 4: *Plato in Sophiste iudicali et concionali tertiam adiecit*, etc.

Adam, *Abraham* e outros nomes estrangeiros da mesma terminação admitem apenas dois casos na primeira declinação, o genitivo e o dativo: *Adæ*, *Abrahæ*; os restantes retêm a forma estrangeira. Quem prefere conferir-lhes um carácter latino declina-os *Adamus* e *Abrahamus*. Justino, liv. 36, admitiu apenas as terminações hebraicas *Abraham* e *Ioseph*. Alguns são

Abraham et Ioseph. Quidam adeo sunt Attici, ut nisi *Abrahamum, Iosephum* dicas, te minime audiendum putent. Alii contra usque eo Hebraicis positionibus syllabisque adherescunt, ut *Iesua*h, non *IESVS* scribendum putent, cum Iosephus Hebraeus, Hebraeae linguae peritissimus, lib. 18 *Antiquit<atum>*, *IESVS* non *Iesua*h scripserit: *Γίνεται δὲ τοῦτον χρόνον Ἰησοῦς,*^[2] *σὸφος ἀνὴρ, εἶγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή.*¹ *Fuit eodem tempore IESVS, uir sapiens, si tamen*^[1] *uirum eum appellare aequum est.* Neque a diuo Mattheo, Marco, Luca, Ioanne, a diuo Paulo, cuius epistolae dulcissimo ac santissimo hoc nomine plenae sunt, *Iesua*h unquam, sed *IESVS* uocatur. Quis obscuro caput aperiat, quis genu flectat si te legentem [p. 204] *Iesua*h audiat? Ne Hebraeus quidem te intelligat, cum apud Hebraeos ultima litera non *ha* siue *he*, ut Hebraei loquuntur, sit, sed litera quaedam peregrina, cui nulla in Europa respondet, quam Arabes etiam hodie ab Hebraeis acceptam retinent, figura tamen diuersa, quam imo gutture sonant, licet eam Hebraei in Europa nati aut omnino supprimant, aut naribus expriment.

Μωσῆς siue *Μουσοῦς*, *Moses* siue *Moyses*, *Philon* et *Iosephus* declinant ut *Anchises*, excepto genitiuo *Μωσέως* siue *Μουσέως*, *Moseos* siue *Moysesos*. Apud *Septuaginta* interpretes genitiuus et datiuus in *η*, hoc est, *e* longo, terminatur; Latine, *Moyses*, *Moysi* uel *Moysis*, *Moysi*, *Moysen*, *o Moyses*, a *Moyse*, aut *Moses*, *Mosis*, *Mosi*, *Mosen* uel *Mosem*, *Moses*, *Mose*. Iust., lib. 36, *Moses* casu nominandi, *Mosen* accusandi dixit; Iuuenal., satyr. 14: *Iudaicum ediscunt et seruant ac metuunt ius / tradidit arcano quocumque uolumine Moses;*² Iosephus et *Septuaginta* *Μουσοῦς*, *Moyses*; *Philon* tum *Μουσοῦς*, *Moyses*, tum *Μωσοῦς*, *Moses*; Romani *Moses* scribunt.^[3]

SECUNDA DECLINATIO

| | |
|---|--------|
| - <i>Er</i> uel - <i>ir</i> , - <i>ur</i> fines, - <i>us</i> et - <i>um</i> dedit altera recto, ut <i>populus</i> , <i>bellum</i> , <i>coluber</i> , <i>satur</i> atque <i>triumuir</i> . | 1 |
| - <i>Eus</i> , - <i>os</i> et - <i>on</i> Graecis, uelut <i>Ilion</i> , <i>Arctos</i> et <i>Orpheus</i> aequalem recto patrium dat norma secunda. ^[4] | 2 3 |
| <i>Celtiber</i> accrescit cum <i>presbyter</i> , ^[5] <i>asper</i> ibidem, <i>dexter</i> , <i>Iber</i> , <i>socer</i> atque <i>gener</i> cum <i>prosper</i> , <i>adulter</i> , cumque <i>uiro</i> , <i>lacer</i> atque <i>puer</i> , <i>tener</i> ; adice <i>liber</i> et <i>gibber</i> , <i>miser</i> atque <i>satur</i> cum <i>treuir</i> . Et orta a <i>gero</i> , siue <i>fero</i> , uelut <i>armiger</i> . Obuia fient | 4 5 |
| caetera sollicitè ueterum monumenta legenti. | |

¹Ioseph., *AI* 18,63 ²Iuu., *Sat.* 14,101-2.

^[1]tamen *scrip.*] tamem *E'* ^[2]Ἰησοῦς *scrip.*] Ἰησοῦς *E'* ^v[³Schol. 2 [p. 200] ... scribunt. *E'*] *om.* *E'* ^[4]dat ... secunda *E'*] norma altera fingit *E'* ^[5]'presbyter' *E'*] 'presbyter' *E'* .

tão puristas que nem te prestarão atenção se não escreveres *Abrahamum*, *Iosephum*. Outros, pelo contrário, são a tal ponto partidários das terminações e das sílabas hebraicas que consideram que se deve escrever *Iesua*, e não *IESVS*, ainda que o judeu Josefo, profundo conhecedor da língua hebraica, tenha escrito *IESVS*, e não *Iesua*, em *Antiquit.*, liv. 18: Γίνεται δὲ τοῦτον χρόνον Ἰησοῦς, σόφος ἀνὴρ, εἶγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή (*Fuit eodem tempore IESVS, uir sapiens, si tamen uirum eum appellare aequum est*). Aliás, São Mateus, São Marcos, São Lucas, São João e até São Paulo, cujas epístolas estão cheias deste dulcíssimo e santíssimo nome, nunca se referem a Jesus como *Iesua*, mas sim como *IESVS*. Quem descobriria a cabeça, pergunto, quem fletiria o joelho, se te ouvisse ler [p. 204] *Iesua*? Nem sequer um judeu te perceberia, uma vez que em hebraico, a última letra, tal como eles pronunciam, não é *-ha* nem *-he*, mas uma letra estranha que não tem qualquer correspondência na Europa e que os Árabes, que a receberam do hebraico, ainda hoje mantêm, embora com uma grafia diferente, e pronunciam com o fundo da garganta, ao passo que os Judeus nascidos na Europa a suprimem totalmente ou a realizam com o nariz.

Fílon e Josefo declinam Μωσῆς ou Μωσῆζ, *Moses* ou *Moyses*, como *Anchises*, exceto o genitivo Μωσέος ou Μουσέως, *Moseos* ou *Moysesos*. Na tradução dos *Setenta*, o genitivo e o dativo terminam em *-η*, isto é, *-e* longo; em latim: *Moyses, Moysi* ou *Moysis, Moysi, Moysen, o Moyses, a Moyses*, ou, alternativamente, *Moses, Mosis, Mosi, Mosen* ou *Mosem, Moses, Mose*. Justino, liv. 36, escreveu *Moses* no caso nominativo, *Mosen* no acusativo; Juvenal, sátira 14: *Iudaicum ediscunt et seruant ac metuunt ius / tradidit arcano quocumque uolumine Moses*; Josefo e os *Setenta* escrevem Μωσῆζ, *Moyses*; Fílon ora escreve Μωσῆζ, *Moyses*, ora Μωσῆς, *Moses*; os Romanos escrevem *Moses*.

SEGUNDA DECLINAÇÃO

- | | |
|---|---|
| A segunda deu ao nominativo terminações em <i>-er</i> ou <i>-ir</i> , <i>-us</i> e <i>-um</i> , | 1 |
| a exemplo de <i>populus, bellum, coluber, satur</i> e <i>triumuir</i> ; | |
| a segunda declinação dá aos nomes gregos em <i>-eus</i> , <i>-os</i> e <i>-on</i> , | 2 |
| como <i>Ilion, Arcetos</i> e <i>Orpheus</i> , caso nominativo igual ao genitivo. | 3 |
| <i>Celtiber, presbyter, asper, dexter, Iber, socer</i> e <i>gener, prosper, adulter</i> | 4 |
| e ainda <i>uir, lacer, puer</i> e <i>tener</i> acrescem em uma sílaba ³³ ; | |
| acrescenta-lhe <i>liber, gibber, miser, satur</i> e <i>treuir</i> ; e os derivados | |
| de <i>gero</i> ou <i>fero</i> , como <i>armiger</i> . Os outros tornam-se óbvios | 5 |
| para quem ler com atenção as grandes obras dos Antigos. | |

1) Latina nomina secundae declinationis in syllabis *-er, -ir, -ur, -us, -um* exeunt, ut *faber, uir, satur, populus, bellum*.^[1]

2) Graeca in *-os, -on, -eus*, ut *Arctos, Delos, Androgeos, Pelion, Ilion, Tydeus, Orpheus*.

3) Genitiuus fere aequalis est nominatiuo syllabarum numero, ut *populus populi*.

4) Praeter, *Iber Iberi, Celtiber Celtiberi, liber liberi, Treuir Treuiri, satur saturi*.

5) Composita item a uerbis *gero* et *fero* *-er* syllaba finita, ut *armiger armigeri, signifer signiferi* et nonnulla alia. *Androgeos* non solum *Androgei*, sed etiam *Androgeo*, more Attico, facit genitiuo.

| | |
|--|---|
| Quartus ab <i>-os</i> ueniens fit in <i>-on</i> , uelut <i>Arton, Abydon</i> . | 1 |
| Praeter <i>Athon, o</i> seruat <i>Athos</i> , quod Graecia finxit. | 2 |
| Quintus habet fines, ut <i>uir, satur</i> atque <i>magister</i> | 3 |
| omnino primo similes. <i>-Vs</i> habentia recto | 4 |
| illud in <i>e</i> mutant. <i>DEVS</i> immutabile perstat. | 5 |
| <i>Filius i</i> mauult. In <i>-ius</i> cum propria fiunt, | 6 |
| <i>-us</i> , uelut <i>Antoni, gradui</i> rapuere uocandi. | |

[p. 205] 1) Accusatiuus a Graecis in *-os* literam *s* mutant in *n*, ut *Arctos, Arcton, Abydos, Abydon, Delos, Delon, Menelaos, Menelaon*.

2) *Athos, Athon* uel *Atho* more Attico.

3) Vocatiuus similis est nominatiuo: *o uir*,^[2] *o satur, o magister*.^[3]

4) Nomina *-us* syllaba finita mutant *us* in *e*: *populus, o popule, fluuius, o fluuie, tabellarius, o tabellarie*.

5) Excipitur *DEVS*, quod similiter exit in uocatiuo: *o DEVS*.

6) Item, *filius* et nomina propria in *-ius*, quae *us* syllabam deponunt, ut *o fli, o Antoni, o Pompei*.

| | |
|--|---|
| Si recto diphthongus inest, perit ultima Graiis <i>s</i> quinti: <i>o Tydeu</i> dices, <i>o maxime Panthu</i> . | 1 |
| Graeca per <i>-eus</i> etiam ^[4] nostrorum tertia flectit | 2 |
| in patrio et quarto praesertim ad carminis usum; | 3 |
| <i>Tydeos</i> hinc nomen <i>Tydeus</i> et <i>Tydea</i> profert. | |
| Nomen in <i>-us</i> Danaum, quod ab <i>-os</i> traxere Latini | |
| <i>e</i> tulit in casu, ueluti <i>Ptolemaee</i> , uocandi. | |
| <i>O meus</i> in quinto <i>populus fluuiusque</i> Latinos | 4 |
| dicere nonunquam uerborum euphonia cogit. | |

^[1]'bellum' *E*¹] 'praemium' *E*² ^[2]'o puer' post 'uir' *E*² ^[3]'o magister' *E*¹] *om. E*² ^[4]etiam *E*¹] etim *E*².

1) Os nomes latinos da segunda declinação terminam nas sílabas *-er*, *-ir*, *-ur*, *-us*, *-um*: e.g. *faber*, *uir*, *satur*, *populus*, *bellum*.

2) Os nomes gregos terminam em *-os*, *-on*, *-eus*: e.g. *Arctos*, *Delos*, *Androgeos*, *Pelion*, *Ilion*, *Tydeus*, *Orpheus*.

3) O genitivo é geralmente igual ao nominativo em número de sílabas: *populus populi*.

4) Excetuam-se *Iber Iberi*, *Celtiber Celtiberi*, *liber liberi*, *Treuir Treuiri*, *satur saturi*.

5) Excetuam-se também os compostos dos verbos *gero* e *fero* terminados na sílaba *-er*: e.g. *armiger armigeri*, *signifer signiferi* e muitos outros. *Androgeos* faz não só o genitivo *Androgei*, mas também *Androgeo*, à maneira grega.

| | |
|---|---|
| O acusativo de um nome em <i>-os</i> faz-se em <i>-on</i> , como <i>Arton</i> , <i>Abydon</i> . | 1 |
| Mas <i>Athos</i> , além de <i>Athon</i> , mantém a forma em <i>-o</i> , que a Grécia criou. | 2 |
| O vocativo tem terminações completamente iguais ao primeiro: | 3 |
| <i>uir</i> , <i>satur</i> e <i>magister</i> . Os que têm <i>-us</i> no nominativo | 4 |
| mudam-no para <i>-e</i> . <i>DEVS</i> conserva-se imutável. | 5 |
| <i>Filius</i> prefere a terminação <i>-i</i> . Nomes em <i>-ius</i> , quando próprios, | 6 |
| tiram o <i>-us</i> ao caso do vocativo, como <i>Antoni</i> . | |

[p. 205] 1) O acusativo de nomes gregos em *-os* muda a letra *-s* para *-n*: e.g. *Arctos Arcton*, *Abydos Abydon*, *Delos Delon*, *Menelaos Menelaon*.

2) *Athos* tem os acusativos *Athon* ou *Atho*, à maneira grega.

3) O vocativo é igual ao nominativo: *o uir*, *o satur*, *o magister*.

4) Nomes terminados na sílaba *-us* mudam esse *-us* para *-e* no vocativo: *populus*, *o popule*, *fluuius*, *o fluuie*, *tabellarius*, *o tabellarie*.

5) Excetua-se *DEVS*, que no vocativo termina da mesma maneira: *o DEVS*.

6) De igual modo, *filius* e os nomes próprios em *-ius* perdem a sílaba *us*: *o fili*, *o Antoni*, *o Pompei*.

Se o nominativo tem um ditongo nos nomes gregos, cai o último 1
s do vocativo: dirás *o Tydeu*, *o maxime Panthu*.

Os nomes gregos em *-eus* também se fletem segundo a nossa terceira 2
no genitivo e no acusativo, sobretudo para o uso poético; 3
daí que o nome *Tydeos* dê origem a *Tydeus* e *Tydea*.

Nome em *-us*, que o latim derivou de nome em *-os* grego,
leva *-e* no caso vocativo, como *Ptolemaee*.

A eufonia das palavras obriga a que os latinos digam por vezes 4
o meus e *populus fluuius* no quinto caso.

1) Graeca quae in *-eus* et in *-ovς*, hoc est, *-us* diphthongum exeunt, deponunt s uocatiui: *Tydeus*, *o Tydeu*, *Panthus*, *o Panthu*.

2) Graeca *-eus* syllaba finita etiam genitiuo faciunt *-eos* et accusatiuo *-ea*, maxime apud poetas, sed tunc ad tertiam declinationem spectant, ut *Tydeus*, *Tydeos*, *Tydea*, *Tereus*, *Tereos*, *Terea*.

3) Vocatiuus Graecorum nominum quae *-os* in *-us* mutant etiam in *e* literam exit et a generali regula non discedit, ut *Timotheus*, *Pamphilus*, *o Timothee*, *Pamphile*, *Anthaeus*, *Thymbraeus*, *Ptolomaeus*, *o Anthaeae*, *Thymbraee*, *Ptolomaeae*.

4) Latini interdum uel euphoniae causa uel Atticos imitantes uocatiuum faciunt similem nominatiuo: *o populus*, *o fluuius*, *o meus*.

| | |
|---|---|
| Exit in <i>-i</i> rectus numeri pluralis, ut <i>Euri</i> . | 1 |
| <i>-Ei</i> diphthongus erat rectis pluralibus olim. | |
| <i>-Is</i> tandem attribuit ^[1] pluralibus ista datiuus. | 2 |

1) Nominatiuus multitudinis *-i* litera terminatur, ut *captiui*, *dei* uel *dii*. Priscis temporibus *-ei* diphthongo terminabatur, ut *captiuei*.

2) Datiuus pluralis *-is* syllaba finitur, ut *captiuus*, *deis* uel *diiis*.

Schol. 3.^[2] De nom<inibus> ad secundam declinationem spectantibus

Multa sunt *-os* syllaba finita quibus Latini utuntur, ut *Tenedos*, *Delos*, *Lesbos*, *Alydos*, *Ilios*, *Arctos*, etc. Virg., 2 *Aen.*: *Primus se Danaum magna comitante caterua / Androgeos offert nobis*.¹

-On finita pauciora sunt. Ouid., 5 *Fast.*: *Pelion Aemoniae mons est obuersus in Austros*.²

Nomina in *-ius*, per *i* uocalem disyllaba, potius uocatiuo *e* faciunt, *us* in *e* mutata: *pius*, *o pie*. Si fuerit *i* consonans, in *i*, ut *Caius*, *Geneius*, *Cai*, *Gnei*.

-Eus diphthongo terminata sunt quam plurima, ut *Orpheus*, *Theseus*, *Perseus*, *Pentheus*, *Typhoeus*, etc., quae apud Graecos quintae sunt declinationis, quae tertiae nostra [p. 206] respondet. Apud nostros tamen, excepto interrogandi et accusandi casu, quibus etiam interdum more Graecorum utuntur, item uocandi, qui fere Graeco ritu exit, haec ferme secundi sunt ordinis. Liu., lib. 5, dec. 5: *Persei partibus fauimus*;³ ibid.: *Haec Graeco sermone Perseo; Latine deinde suis*;⁴ Plaut., *Mercat.*: *Pentheum diripuisse aiunt Bacchas*;⁵ Plin., lib. 7, c. 56: *Post Theseum tyrannus primus fuit Phalaris Agrigenti*;⁶ Liu., lib. 10, dec. 4: *Perseum filium cum modica manu circummisit*;⁷ Virg., in *Culice*: *... uicta furore / uenit Nyctileum fugiens Cadmeis Agaue*.⁸

¹Verg., *Aen.* 2,371-2 ²Ou., *Fast.* 5,381 ³Liu., *AVC* 45,22,10 ⁴Liu., *AVC* 45,8,6 ⁵Plaut., *Merc.* 469 ⁶Plin., *Nat.* 7,200 ⁷Liu., *AVC* 40,22,13 ⁸Ps. Verg., *Cul.* 110-11.

^[1]attribuit *E'* attribuit *E'* ^[2]Schol. 3 ... poetae frequenter [p. 209] *E'* om. *E'* .

1) Os nomes gregos que terminam nos ditongos *-eus* e *-ους* (isto é, *-us*³⁴) perdem o *s* do vocativo: *Tydeus*, o *Tydeu*, *Panthus*, o *Panthu*.

2) Os nomes gregos terminados na sílaba *-eus* também fazem o genitivo em *-eos* e o acusativo em *-ea*, sobretudo nos poetas, mas, quando assim é, integram-se na terceira declinação: e.g. *Tydeus*, *Tydeos*, *Tydea*, *Tereus*, *Tereos*, *Terea*.

3) O vocativo dos nomes gregos que mudam *-os* para *-us* também termina na letra *e*, sem se afastar da regra geral: e.g. *Timotheus*, *Pamphilus*, o *Timothee*, *Pamphile*, *Anthaeus*, *Thymbraeus*, *Ptolomaeus*, o *Anthae*, *Thymbraee*, *Ptolomae*.

4) Por vezes, o latim, por causa da eufonia ou para imitar o grego, faz o vocativo igual ao nominativo: o *populus*, o *fluuius*, o *meus*.

| | |
|--|---|
| O nominativo termina em <i>-i</i> no número plural, como <i>Euri</i> . | 1 |
| Outrora, o caso nominativo do plural tinha o ditongo <i>-ei</i> . | |
| Esta declinação atribui <i>-is</i> aos dativos do plural. | 2 |

1) O nominativo do plural termina na letra *-i*: e.g. *captiui*, *dei* ou *dii*. Nos tempos arcaicos terminava no ditongo *-ei*: *captiuei*.

2) O dativo do plural termina na sílaba *-is*: e.g. *captiuis*, *deis* ou *diis*.

Escólio 3. Nomes que pertencem à segunda declinação

Existem muitos nomes terminados na sílaba *-os*, usados em latim: e.g. *Tenedos*, *Delos*, *Lesbos*, *Alydos*, *ilios*, *Arctos*, etc. Virgílio, *Aen.* 2 : *Primus se Danaum magna comitante caterua / Androgeos offert nobis*.

Os terminados em *-on* são em menor número. Ovídio, *Fast.* 5: *Pelion Aemoniae mons est obuersus in Austros*.

Os nomes dissílabos em *-ius*, com *i* vocálico, fazem preferencialmente o vocativo em *-e*, mudando o *-us* para *-e*: *pius*, o *pie*. Se o *i* for consonântico, faz o vocativo em *-i*, como *Caius*, *Gneius*, *Cai*, *Gnei*.

Os que terminam no ditongo *-eus* são imensos (e.g. *Orpheus*, *Theseus*, *Perseus*, *Pentheus*, *Typhoeus*, etc.); em grego são da quinta declinação, à qual corresponde a nossa terceira [p. 206]. Contudo, na nossa língua latina, com exceção dos casos genitivo e acusativo, que também se usam por vezes com a forma grega, e ainda do caso vocativo, que termina quase sempre à maneira grega, quase todos estes nomes pertencem à segunda declinação. Lívio, liv. 45, década 5: *Persei partibus fauimus*; *ibid.*: *Haec Graeco sermone Perseo; Latine deinde suis*; Plauto, *Mercat.*: *Pentheum diripuisse aiunt Bacchas*; Plínio, liv. 7, c. 56: *Post Theseum tyrannus primus fuit Phalaris Agrigenti*; Lívio, liv. 10, década 4: *Perseum filium cum modica manu circummisit*; Virgílio, em *Culex*: *...uicta furore / uenit Nyctileum fugiens Cadmeis Agaue*.

Accusatio Graeco *Persea* passim utitur idem Liuus lib. 5, dec. 5: *Hic finis belli, cum quadriennium bellatum esset inter Romanos et Persea fuit*;¹ Val. Max., lib. 5, cap. 3: *Thesea paruulo in scopulo sepeliri coegisti*;² Quintil., lib. 2, c. 4: *Circa Demetrium Phalerea* etc.³

Item, *Perseo*, ablatiuo casu. Liu., dec. 5, lib. 2: *Ex eo [hospitio] notitia ei cum Perseo fuerat*.⁴ Illud Ouid<ii> *In ibin, Strimoniae matres Orpheon esse ratae*,⁵ unde quidam putarunt nomina in *-eus* etiam in *-on* desinire accusatio casu, <quod> adeo nouum et inauditum est, ut quidam suspicentur esse mendum legendumque esse *Orphea te esse ratae*.

Genitiuus *-eos* syllaba finitus frequentissimus est apud poetas. Stat., *Theb.* 11: ... *nusquam reuerentia nostri / o furor, o homines dirique Prometheus*¹¹ *artes*;⁶ Ouid., 4 *Fast.*: *Alta iacet uasti super ora Tiphoeos Aetna*.⁷ Sic et Brutus ad Cic<eronem>, in *Epist. ad Brutum: Tibi Glycona, qui sororem Achilleos nostri in matrimonio habet, diligentissime commendo*.⁸ Recto *Aquilleus* idem usus est, ut Priscianus ait, quamuis Probus dicat posse *Tydee, Penthee* dici. Id quod uerum esse coniciet ex illo Ouid<ii>, *Met.* 12: ... *quamuis / terga fugae dederas, uulnus Crenaeae tulisti*,⁹ ubi penultima e, remanens ex diphthongo *eus* nominatiui, longa est.

Graecus uocatiuus *Perseu, Theseu, Tydeu* aliique huius generis usitatissimi sunt, praecipue apud poetas. Liu., lib. 10, dec. 4: *Oportuit autem, Perseu, si proditor ego patris regnique eram* etc.;¹⁰ Ouid., 4 *Met.*: “*Aspice, ait, Perseu, nostrae primordia gentis*”;¹¹ idem, 7: ...*te maxime, Theseu*.¹² Illud Lucani lib. 4, *Huc, Antaeae, cades*,¹³ et 9, *Te, Ptolemaee, feram*,¹⁴ non huc spectant; cum non fiant ab *eus* diphthongo, sed ab *αιος* (*Ἀνταῖος, Πτολεμαῖος*) et *os* in *us* mutata (*Antaeus, Ptolemaeus*). Sic *Alcaeus; Peneus* dicitur enim *Πηνελίος* Graecis. Itaque, ne decipiaris, Graecos consule.

Perseus etiam declinatur *Perses, Persis, Persen* uel *Persem, o Perses, a Perse*. Eod modo, praeter accus<atium> *Persen*, qui primam declinat<ionem> respicit, flectuntur *Achilles, Vlysses*, quorum genitiuus *Persei, Achillei, Vlysssei* a nominatiuo *Perseus, Achilleus, Vlysseus* fit. Manil., lib. 2: *Persei et Andromedae poenas matremque dolentem*.¹⁵ Sic frequenter Seneca in uoce *Theseus*. Idem, *Troad.*: *Pelion regnum Prothei superbum*;¹⁶ idem, *Hippol.*: *Sileantur aliae; sola coniux Aegei*;¹⁷ Horat., *Epod.*: *Heu peruicacis ad pedes Achillei*;¹⁸ idem, *Epist.*, lib. 1: *Haud male Telemachus, proles patientis Vlysssei*;¹⁹ Propert., lib. 2: *Nec tibi si Persei mouerit ala pedes*;²⁰ *ibid.*: *Aut Capanei magno grata ruina Ioui*;²¹ Stat., *Theb.* 6: *Et casus Phlegyae mouet et fortuna Menesthei*.²²

¹Liu., *AVC* 45,9,2 ²Val. Max. *Mem.* 5,3 (ext.) 3.1 ³Quint., *Inst.* 2,4,41 ⁴Liu., *AVC* 42,17,4 ⁵Ou., *Ib.* 600 ⁶Stat., *Theb.* 11,467-8 ⁷Ou., *Fast.* 4,491 ⁸Cic., *Ad Brut.* 14,2 ⁹Ou., *Met.* 12,312-3 ¹⁰Liu., *AVC* 40,12,9 ¹¹Ou., *Met.* 5,190 ¹²Ou., *Met.* 7,433 ¹³Luc., *BC* 4,649 ¹⁴Luc., *BC* 9,1076 ¹⁵Manil., *Astr.* 2,28 ¹⁶Sen., *Troad.* 829 ¹⁷Sen., *Phaed.* 563 ¹⁸Hor., *Epod.* 17,14 ¹⁹Hor., *Epist.* 1,7,40 ²⁰Prop., *Eleg.* 2,30a 4 ²¹Prop., *Eleg.* 2,34,40 ²²Stat., *Theb.* 7,706.

[¹¹‘Prometheus’ *scrip.*] ‘Drometheus’ *E*’.

O mesmo Lívio usa frequentemente o acusativo grego *Persea*. Lívio, década 5, liv. 5: *Hic finis belli, cum quadriennium bellatum esset inter Romanos et Persea fuit*; Valério Máximo, liv. 5, c. 3: *Thesea paruulo in scopulo sepeliri coegisti*; Quintiliano, liv. 2, c. 4: *Circa Demetrium Phalerea* etc.

Usa, de igual forma, *Perseo* no caso ablativo: Lívio, década 5, liv. 2, *Ex eo [hospitio] notitia ei cum Perseo fuerat*. Baseados no passo de *Ibis* (*Strimoniae matres Orpheon esse ratae*) de Ovídio, alguns julgaram que os nomes em *-eus* também terminavam em *-on* no caso acusativo, o que, por ser coisa tão nova e inaudita, levou outros autores a suspeitar de que se tratava de uma lição errada e a considerar que o passo se deveria ler *Orphea te esse ratae*.

O genitivo terminado na sílaba *-eos* é muito frequente entre os poetas. Estácio, *Theb.* 11: ... *nusquam reuerentia nostri / o furor, o homines dirique Prometheos artes*; Ovídio, *Fast.* 4: *Alta iacet uasti super ora Tiphoeos Aetna*. Também Bruto, em carta a Cícero: *Tibi Glycona, qui sororem Achilleos nostri in matrimonio habet, diligentissime commendo*. O mesmo Bruto também usou *Aquilleus* no caso nominativo; Probo, segundo refere Prisciano, já tinha afirmado que se podia dizer *Tydee, Penthee*³⁵. Que isto é verdade poderás concluí-lo daquele passo de Ovídio, *Met.* 12: ... *quamuis / terga fugae dederas, uulnus Crenae tulisti*, onde o penúltimo *e*, remanescente do ditongo *-eus* do nominativo, é longo.

Os vocativos gregos *Perseu, Theseu, Tydeu* e outros do mesmo género são muitíssimo usados, principalmente nas obras dos poetas. Lívio, década 4, liv. 10: *Oportuit autem, Perseu, si proditor ego patris regnique eram* etc.; Ovídio, *Met.* 4³⁶: “*Aspice, ait, Perseu, nostrae primordia gentis*”; idem, 7: ... *te maxime, Theseu*. Os passos do livro 4 de Lucano (*Huc, Antaeae, cades*) e do livro 9 (*Te, Ptolemaee, feram*) não podem ser citados a este respeito, porque esses vocativos não resultam do ditongo *eus*³⁷, mas de αιος (Αντῆαιος, Πτολεμαῖος); e, nestes nomes, o *-os*³⁸ muda para *-us* (*Antaeus, Ptolemaeus*). Assim também acontece com *Alcaeus* e com *Peneus* (que, em grego, se diz Πηνεῖος). Em suma, para não te enganares, verifica o grego.

Perseus também se declina *Perses, Persis, Persi, Persen* ou *Persem, o Perses, a Perse*. Com exceção do acusativo (que, como *Persen*, também pertence à primeira declinação), *Achilles* e *Vlysses* fletem-se da mesma maneira; os seus genitivos (*Persei, Achillei* e *Vlyssei*) resultam dos nominativos *Perseus, Achilleus* e *Vlysseus*. Manílio, liv. 2: *Persei et Andromedae poenas matremque dolentem*. Assim declina frequentemente Séneca a palavra *Theseus*. Idem, *Troad.*: *Pelion regnum Prothei superbum*; idem, *Hippol.*: *Sileantur aliae; sola coniux Aegei*; Horácio, *Epod.*: *Heu peruicacis ad pedes Achillei*; idem, *Epist.*, liv. 1: *Haud male Telemachus, proles patientis Vlyssei*; Propércio, liv. 2: *Nec tibi si Persei mouerit ala pedes*; ibid.: *Aut Capanei magno grata ruina Ioui*; Estácio, *Theb.* 6: *Et casus Phlegyae mouet et fortuna Menesthei*.

Nonnumquam uocales *ei, ea, eo* apud poetas in [p. 207] unam coeunt. Horatius,¹¹ 1 *Epist.*: ... *remigium uitiosum Ithacensis Vlyssei*;¹ Virg., 2 *Aeneid.*: ...*comes infelicis Vlyssei*;² idem, in *Culice*: ... *et turba ferarum / blanda uoce sequax regionem insederat Orphei*;³ Ouid., 13 *Met.*: *Nec quo centimanum deiecerit igne Thyphoea*;⁴ idem, 6: *Degeneras, scelus est pietas in coniunge Tereo*.⁵

E in obliquis horum nominum corripitur, nisi more Ionico declinentur; tunc enim non *ε* sed <*η*> habent, hoc est, non *e* breue sed longum. Virg., 1 *Aen.*: *Ilionea petit dextra laeuaque Serestum (Ιλιονῆα)*;⁶ idem, 3: *Idomeneia ducem, desertaque littora Cretae (Ιδομενῆα)*.⁷

Inuenitur etiam recto casu *e* ante *us* ex diphthongi solutione correptum. Idem, in *Culice*: ... *tantum non Orpheus Hebrum* etc.;⁸ ibid.: *et nunc manet Orpheus in te*;⁹ Ouid.: *Quid iuuat, ad surdas si cantet Phineus aures*.¹⁰

Adiectiua quae fiunt a nominibus in *-εως (-eus)* habent penultima longam, ut *Achilleus -a -um, Pentheus -a -um*, etc. Ouid., *Met.* 13: *Maenades Orphei titulum rapuere theatri*;¹¹ et lib. 4: *Quidque furor ualeat, Penthea caede satisque / ac super ostendit*;¹² Stat., *Theb.* 3: *Quid me Persei secreta ad culmina montis / ire gradu trepido* etc.¹³

Achilli et *Vlyssi* docet Quintil., lib. 1, c. 5, genitiuum esse priscum. Prisc., lib. 6, ait ueteres frequentissime datiuo pro genitiuo nominum in *-es*, quae a Graecis ad nostros migrarunt, ut *Achilli, Vlyssi, Timarchidi, Oronti, Thucydidi, Euripidi*, pro *Achillis, Vlyssis*, etc., usos fuisse. Vt cumque sit, *Achilli* et *Vlyssi* saepe apud poetas leguntur. Quid si primum *Achillei, Vlyssei* per *ei* diphthongum, deinde per *i* literam scripta sunt, ut apud priscos *captiuei*, deinde *captiui*.

Non enumerauimus omnia nomina quae genitiuo crescunt, quod etiam rudes, antequam hoc praeceptum attingant, inter declinanda nomina iam ea didicerint.

Iber etiam tertiae declinationis est diciturque a regione Iberiae, quae iuxta Pontum est, inter Colchos et Armeniam.

Liger non est huius loci, cum sit tertii ordinis. Virg., lib. 10: ... *uesano talia late / dicta uolant Ligeri*.¹⁴ *Exter* usus est Papin<ianus>, 31 *Pandect.*, ut supra diximus in Rudim<entis>, Schol. 6. *Liber liberi*, id est, *filius* numero singulari, rarum est, de quo in Anom<alia>, Schol. 8. Item *gibber*, tum substantiuum tum adiectiuum. Varro, *De re rust.*, lib. 2, c. 5, de vaccis: *Vt sint bene compositae, gibberi spina, leuiter remissa, apertis naribus* etc.;¹⁵ Plin., lib. 10, c. 26: *Africae hoc est gallinarum genus gibberum, uariis sparsum plumis*;¹⁶ Senec., epist. 102: *Tuber adstrue gibberum, / ludibricos*

¹Hor., *Epist.* 1,6,63 ²Verg., *Aen.* 3,613 et 691 ³Ps. Verg., *Cul.* 278-9 ⁴Ou., *Met.* 3,303 ⁵Ou., *Met.* 6,635 ⁶Verg., *Aen.* 1,611 ⁷Verg., *Aen.* 3,122 ⁸Ps. Verg., *Cul.* 117 ⁹Ps. Verg., *Cul.* 269 ¹⁰Ou., *Am.* 3,7,61 ¹¹Ou., *Met.* 11,22 ¹²Ou., *Met.* 4,429-30 ¹³Stat., *Theb.* 3,633-4 ¹⁴Verg., *Aen.* 10,583-4 ¹⁵Varro, *Rust.* 2,5,7 ¹⁶Plin., *Nat.* 10,74.

¹¹Horatius scrip.] Idem *E'*.

Por vezes, as vogais *-ei*, *-ea* e *-eo* [p. 207] reduzem-se, nos poetas, a uma. Horácio, *Epist.* 1: ... *remigium uitiosum Ithacensis Vlyssei*; Virgílio, *Aeneid.* 2: ... *comes infelicis Vlyssei*; idem, em *Culex*: ... *et turba ferarum / blanda uoce sequax regionem insederat Orphei*; Ovídio, *Met.* 13: *Nec quo centimanum deiecerit igne Thyphoea*; idem, 6: *Degeneras, scelus est pietas in coniunge Tereo*.

A vogal *e* nos casos oblíquos destes nomes abrevia, a não ser que se declinem à maneira jónica; nesse caso, não têm ϵ mas η , isto é, não têm *e* breve, mas sim *e* longo. Virgílio, *Aen.* 1: *Ilionea petit dextra laeuaque Serestima* (Ἰλιονῆα); idem, 3: *Idomenea ducem, desertaque littora Cretae* (Ἰδομενῆα).

No caso nominativo, encontra-se também *e* breve antes de *-us*, por hiatização do ditongo. Idem, em *Culex*: ... *tantum non Orpheus Hebrum* etc.; ibid.: *et nunc manet Orpheus in te*; Ovídio: *Quid iuuat, ad surdas si cantet Phineus aures*.

Os adjetivos que se fazem a partir dos nomes em $\epsilon\upsilon\varsigma$ (*-eus*) têm a penúltima longa, como *Achilleus*, *a, um*, *Pentheus*, *a, um*, etc. Ovídio, *Met.* 13: *Maenades Orphei titulum rapuere theatri*; e liv. 4: *Quidque furor ualeat, Penthea caede satisque / ac super ostendit*; Estácio, *Theb.* 3: *Quid me Persei secreta ad culmina montis / ire gradu trepido* etc.

Quintiliano, liv. 1, c. 5, diz que os genitivos *Achilli* e *Vlyssi* são arcaicos³⁹. Prisciano, liv. 6, diz que, nos nomes em *-es* que migraram do grego para o nosso idioma, os autores antigos usavam muito frequentemente a desinência do dativo para formarem o genitivo: *Achilli*, *Vlyssi*, *Timarchidi*, *Oronti*, *Thucydidi*, *Euripidi*, em vez de *Achillis*, *Vlyssis*⁴⁰, etc. Seja como for, nos poetas lê-se muitas vezes *Achilli* e *Vlyssi*. E que importa se no início se escreveu *Achillei* e *Vlyssei*, com o ditongo *ei*, e depois se passou a escrever com a letra *i*? Nos autores arcaicos também se escrevia *captiuei* e depois passou a escrever-se *captiu*⁴¹.

Não enumerámos todos os nomes que aumentam no genitivo⁴², porque até os principiantes, antes de chegarem a esta regra, já os aprenderam juntamente com as declinações.

Iber, que também se encontra como nome da terceira declinação⁴³, é o nome com que se designa a região da Ibéria que fica ao longo do Ponto⁴⁴, entre a Cólquida e a Arménia.

Liger não pertence a este lugar, uma vez que é da terceira declinação. Virgílio, liv. 10: ... *uesano talia late / dicta uolant Ligeri*.

Exter, como dissemos acima nos Rudimentos, escólio 6, foi escrito por Papiniano, *Pandect.* 3.

Liber liberi, isto é, ‘filho’, é raro no número singular e dele falaremos nos nomes anómalos, escólio 8. O mesmo se diga de *gibber*, que ora é substantivo ora adjetivo. Varrão, *De re rust.*, liv. 2, c. 5, ao falar acerca das vacas: *Vt sint bene compositae, gibberi spina, leuiter remissa, apertis naribus* etc.; Plínio,

quate dentes etc.;¹ Varro, 3 *De re rust.*, c. 9: *Gallinae Africanae sunt grandes, uariae, gibberae.*² *Gibber gibberis* etiam declinatur, unde Plin., lib. 8, c. 45: *Syriaci [bubus] non sunt palearia, sed gibber in dorso;*³ Apuleius, 2 *Florid.*: *Cumque inter scapulum retexisset, quod erat aucto gibbere.*⁴ Illud uero Iuuenalis, ... *attritus gibbere nasus, nusquam esse arbitror, sed attritus gibbus, saty.* 6: *Attritus galea mediisque in naribus ingens / gibbus et acre malum semper stillantis ocelli.*⁵ *Dexter dexteri uel dextri* usitatum est. Cic., 6 *De Rep.*, ut ait Prisc., lib. 6, *prosperus dixit pro prosper: Deinde est hominum generi [p. 208] prosperus et salutaris.*⁶ *Aspris* pro *asperis* dixit Virg., 2 *Aen.*: *Improuisum aspris ueluti qui sentibus anguem / pressit.*⁷ Sed quid his diutius immoramur?

Cum nomina quorum genitiuus exit in *-ius* et datiuus in *-i* literam in ipso grammatices uestibulo ediscenda pueris fuerint proposita, non putauimus hic excipienda.

Prisci *alii, alio, neutri, neutro*, etc. etiam declinauerunt, unde grammatici *neutri generis* maluerunt dicere quam *neutrius*. Lege Prisc<ianum>, lib. 6 et 13, ubi exempla inuenies. *Neutrius* usitatus est quam *neutri*, etiamsi Priscianus iisdem libris aliter doceat. Solemus tamen *neutri generis*, more Varronis et Probi, ueterum grammaticorum, potius quam *neutrius* dicere. Terent., *And.*: ... *quandoquidem tam iners, tam nulli consili sum;*⁸ Plin., 31, c. 8: *Haec obiter indicata sint desiderii uitae et ipsa tamen nonnulli usus in medendo;*⁹ Catull.: ...*nec pili facit uni;*¹⁰ Varro, *De re rust.*, lib. 1, c. 2: *Ad alii dei aram hostia adduceretur, ad alii non sacrificaretur;*¹¹ Vitru., lib. 8, c. 3: *In quem lacum pars siue harundinis, siue alii generis si demissa fuerit;*¹² Porc. Latr., *In Catil.*: *Non modo non poenituit, sed rursus alio furori accessit;*¹³ Curt., lib. 6: *Vestis non toto amazonum corpori obducitur;*¹⁴ Plin., lib. 2, c. 5: *Vitalem hunc et per cuncta rerum meabilem totoque confertum;*¹⁵ Sall., *Iug.*: *Rati noctem et uictis sibi munimento fore et, si uicissent, nullo impedimento, quod locorum scientes erant;*¹⁶ Propert., lib. 3, eleg. 10: *Septem urbs alta iugis, toto quae praesidet orbi.*¹⁷

Androgei, Latino casu, usus est Virg., *Aen.* 2,¹⁸ et Atticum usurpauit *Aen.* 6: *In foribus lethum Androgeo.*¹⁹

Accusatiuus Graecus frequens est, potissimum apud poetas. Ouid., 13 *Met.*: ...*me credite Lesbon / et Tenedon Chrisenque et Cillan, Appollinis urbes / et Syron cepisse.*²⁰ *Athos*, apud Pomp<onium> Mel<am>, *Atho* facit datiuo, lib. 2: *Atho monti Lemnos obuersa.*²¹ *Athon* et *Atho* accusatiuo. Idem, ibidem: *Inter Athon et Palenen;*²² Valer. Max., lib. 1, c. 6, *De prodigiis*:

¹Sen., *Epist.* 101,11 ²Varro, *Rust.* 3,9,18 ³Plin., *Nat.* 8,179 ⁴Apul., *Flor.* 14,9 ⁵Iuu., *Sat.* 6,108-9 ⁶Cic., *Rep.* 6,17 et apud Prisc., *Inst.* 6 (GLK II 225) ⁷Verg., *Aen.* 2,379-80 ⁸Ter., *And.* 608 ⁹Plin., *Nat.* 31,96 ¹⁰Catull., *Carm.* 17,17 ¹¹Varro, *Rust.* .1,2,19 ¹²Vitr., *Arch.* 8,3,9 ¹³Port. Latr., *Cat.* 24 ¹⁴Curt., *Alex.* 6,5,27 ¹⁵Plin., *Nat.* 2,10 ¹⁶Sall., *Iug.* 97,3 ¹⁷Prop., *Eleg.* 3,11,57 ¹⁸Verg., *Aen.* 2,392 ¹⁹Verg., *Aen.* 6,20 ²⁰Ou., *Met.* 13,173-5 ²¹Mela., *Chor.* 2,106 ²²Mela., *Chor.* 2,30.

liv. 10, c. 26: *Africae hoc est gallinarum genus gibberum, uariis sparsum plumis*; Séneca, epístola 102: *Tuber adstrue gibberum, / lubricos quate dentes etc.*; Varrão, *De re rust.* 3, c. 9: *Gallinae Africanae sunt grandes, uariae, gibberae*. Também se declina *gibber gibberis*, o que explica o passo de Plínio, liv. 8, c. 45: *Syriacis [bubus] non sunt palearia, sed gibber in dorso*; e de Apuleio, *Florid.* 2: *Cumque inter scapulum retexisset, quod erat aucto gibbere*. E, no que respeita ao seguinte passo da sátira 6 de Juvenal, *attritus gibbere*, segundo creio, não se encontra em nenhuma edição, mas sim *attritus gibbus*: *Attritus galea mediisque in naribus ingens / gibbus et acre malum semper stillantis ocelli. Dexter dexteri ou dextri* é muito usado. Cícero, *De Rep.* 6, segundo testemunha Prisciano, liv. 6, escreveu *prosperus*, em vez de *prosper*: *Deinde est hominum generi [p. 208] prosperus et salutaris*. Virgílio, *Aen.* 2, escreveu *aspris* em vez de *asperis*: *Improuisum aspris ueluti qui sentibus anguem / pressit*. Mas, para quê demorarmos-nos mais nestes nomes?

Como os nomes cujo genitivo termina em *-ius* e cujo dativo termina na letra *-i* foram dados a aprender aos alunos no início da gramática, julgamos que não devem ser excluídos daqui.

Os autores arcaicos também declinaram *alii, alio, neutri, neutro*, etc., razão pela qual os gramáticos preferiram dizer *neutri generis*, em vez de *neutrius*. Lê Prisciano, liv. 6 e 13, onde encontrarás exemplos. *Neutrius* é mais usado do que *neutri*, embora Prisciano, nos livros citados, defenda o contrário. No entanto, costumamos escrever *neutri generis*, na linha de Varrão e Probo, gramáticos arcaicos, em detrimento de *neutrius*. Terêncio, *And.*: ... *quandoquidem tam iners, tam nulli consili sum*; Plínio, 31, c. 8: *Haec obiter indicata sint desideriiis uitae et ipsa tamen nonnulli usus in medendo*; Catulo: ... *nec pili facit uni*; Varrão, *De re rust.*, liv. 1, c. 2: *Ad alii dei aram hostia adduceretur, ad alii non sacrificaretur*; Vitrúvio, liv. 8, c. 3: *In quem lacum pars siue harundinis, siue alii generis si demissa fuerit*; Pórcio Latrão, *In Catil.*: *Non modo non poenituit, sed rursus alio furori accessit*; Cúrcio, liv. 6: *Vestis non toto amazonum corpori obducitur*; Plínio, liv. 2, c. 5: *Vitalem hunc et per cuncta rerum meabilem totoque confertum*; Salústio, *Iug.*: *Rati noctem et uictis sibi munimento fore et, si uicissent, nullo impedimento, quod locorum scientes erant*; Propércio, liv. 3, elegia 10: *Septem urbs alta iugis, toto quae praesidet orbi*.

Androgei, na forma latina, é usado por Virgílio, *Aen.* 2; o mesmo autor usou a forma ática em *Aen.* 6: *In foribus lethum Androgeo*.

O acusativo grego é frequente, sobretudo nos poetas. Ovídio, *Met.* 13: ... *me credite Lesbon / et Tenedon Chrisenque et Cillan, Appollinis urbes / et Syron cepisse. Athos*, em Pompónio Mela, faz o dativo *Atho* (eg. livro 2: *Atho monti Lemnos obuersa*); e o acusativo *Athon* e *Atho*. Idem, ibidem: *Inter Athon et Palenen*; Valério Máximo, liv. 1, c. 6, *De prodigiis*: *Eidem montem Athon iuxta Idam transgresso etc.*; Plínio, liv. 7, c. 2: *Qui Athon montem incolant. Atho* é o acusativo grego, pois o grego clássico terminava todos os casos singulares

Eidem montem Athon iuxta Idam transgresso etc.;¹ Plin., lib. 7, c. 2: *Qui Athon montem incolant.*² *Atho* accusatiuus est Atticus, ueteres enim Attici omnes casus singulares nominum huius positionis *o* litera terminabant, nominandi et uocandi excepto. Liu., lib. 5, dec. 5: *Maritimas quoque opportunitates ei praebent portus ad Toronen ac montem Atho*;³ Cic., 3 *De Rep.*, ut Prisc. lib. 6 docet, *Athonem* dixit: *Quid ergo illa sibi uult absurda exceptio, nisi quis Athonem pro monumento uult funditus efficere? Quis enim est Athos aut Olympus tantus?*⁴ *Athonem* fecit Cicero a nominatiuo *Athos*, caeteri, ab *Atho*. Liu., lib. 4, dec. 5: *Eminet namque in altum lingua in qua sita est, nec minus quam in altum magnitudine Atho mons excurrit.*⁵ *Athones* etiam numero multitudinis dixit Lucilius, apud Gell<ium>, lib. 16, c. 9, ut aiunt: *Montes Aetnae omnes atque asperi Athones.*⁶

Sic Sall. a *Minos*, quod etiam, ut *Androgeos* et *Athos*, ab Atticis declinatur, fecit genitiuum *Minonis* lib. 5 *Histor.*: *Daedalum ex Sicilia profectum, quo Minonis iram atque opes fugerat.*⁷ Et Propert., lib. 2, ab *Androgeo* fecit *Androgeonis*; inde accusatiuum *Androgeona*: *Et deus extinctum [p. 209] Cressis Epidaurius herbis / restituit patriis Androgeona focus.*⁸

Sacer interpres, 1 ad Corinth., c. 3, etiam usus est positione Latina *Apollo*, quamuis Graece sit *τίς δὲ Ἀπολλῶς*, *Apollós*. Idem Attice declinauit ibidem: *Cum enim quis dicat "Ego sum Pauli", alius autem "Ego, Apollo", nonne homines estis?*⁹ et ad Titum, c. 3: *Zenam legisperitum et Apollo solicite praemitte, ut nihil illis desit.*¹⁰ Si quis uero Latine declinare uelit, dicet *Apollo*, *Apollonis*, *Apolloni*, *Apollonem*, etc., ut *Atho Athonis* et *Mino Minonis*. Ablatiuo *Atho* usus est Cic., 2 *De fin.*: *Athone perfosso*;¹¹ Liu., lib. 4, dec. 5: *Sub Atho monte.*¹²

O Tyrinthie, Olmie, Euie, Sperchie, quae apud Statium leguntur, quamuis sint propria, non tamen faciunt contra praeceptum, fiunt namque a Graecis positionibus *Tyrrinthios*, *Olmēios*, *Euios*, *Spercheios* neque enim Graeci Latinorum leges seruant. Latini, uel Atticos imitantes, apud quos uocatiuus semper similis est nominatiuo, uel euphoniae causa, uel metri, ut inquit Prisc., lib. 7, nominatiuo *-us* syllaba finito utuntur pro uocatiuo. Lucan., lib. 2: *Degener o populus*;¹³ sic Ouid., *Fast.* 4: *I, pete uirginea, populus, suffimen ab ara*;¹⁴ Liu., 1 *Ab Vr.*: *Audi tu, populus Albanus*;¹⁵ et ibid. 8: *Agedum, pontifex publicus populi Romani, praei uerba, quibus me pro legionibus*

¹Val. Max. *Memor.* 1,6, (ext) 1,14 ²Plin., *Nat.* 7,27 ³Liu., *AVC* 45,30,4 ⁴Cic., *Rep.* 3 (fr.) 5,2, apud Prisc., *Inst.* 6 (*GLK* II 255) ⁵Liu., *AVC* 44,11,3 ⁶Lucil., *Sat.* frag. 3,113, apud Gell., *NA* 19,9,6 ⁷Sall., *Hist.* 2,7 ⁸Prop., *Eleg.* 2,1,61-2 ⁹Paul., *Ad Corint.* 1,3,4 ¹⁰Paul., *Ad Tit.* 3,14 ¹¹Cic., *Fin.* 2,212 ¹²Liu., *AVC* 44,28,3 ¹³Lucan., *BC* 2,116 ¹⁴Ou., *Fast.* 4,731 ¹⁵Liu., *AVC* 1,24,7.

dos nomes desta declinação com a letra *o*, com exceção do nominativo e do vocativo⁴⁵. Lívio, liv. 5, década 5: *Maritimas quoque opportunitates ei praebent portus ad Toronen ac montem Atho*; segundo testemunho de Prisciano, no livro 6, Cícero, no *De Rep.* 3, escreveu *Athonem*: *Quid ergo illa sibi uult absurda exceptio, nisi quis Athonem pro monumento uult funditus efficere? Quis enim est Athos aut Olympus tantus? Athonem* fê-lo Cícero a partir do nominativo *Athos*; e os restantes casos a partir de *Atho*. Lívio, década 5, liv. 4: *Eminet namque in altum lingua in qua sita est, nec minus quam in altum magnitudine Atho mons excurrit*. Segundo dizem, Lucílio, citado em Gélío, liv. 16, c. 9, escreveu *Athones* no número plural: *Montes Aetnae omnes atque asperi Athones*.

Também Salústio, *Histor.* 5, fez o genitivo *Minonis* a partir de *Minos*, porque, tal como *Androgeos* e *Athos*, este nome segue a declinação grega: *Daedalum ex Sicilia profectum, quo Minonis iram atque opes fugerat*. E Propércio, liv. 2, fez *Androgeonis* a partir de *Androgeo*; daí o acusativo *Androgeona*: *Et deus extinctum [p. 209] Cressis Epidaurius herbis / restituit patriis Androgeona focus*.

O tradutor sagrado⁴⁶, na epístola aos Coríntios 1, c. 3, também usou a terminação latina na palavra *Apollo*⁴⁷, não obstante em grego se ler *τίς δὲ Ἀπολλῶς* (*Apollós*). O mesmo autor declinou, na mesma epístola, a palavra em grego: *Cum enim quis dicat "Ego sum Pauli", alius autem "Ego, Apollo", nonne homines estis?*; e, na epístola a Tito, c. 3: *Zenam legisperitum et Apollo sollicite praemitte, ut nihil illis desit*. Se alguém quiser declinar à maneira latina, escreverá *Apollo*, *Apollonis*, *Apolloni*, *Apollonem*, etc., como *Atho Athonis* e *Mino Minonis*. Cícero usou o ablativo *Atho*, em *De fin.* 2: *Athone perfosso*; Lívio, década 5, liv. 4: *Sub Atho monte*.

O Tyrinthie, *Olmie*, *Euie*, *Sperchie*, que se leem em Estácio, embora sejam nomes próprios, contudo não podem ser vistos como uma exceção à regra latina⁴⁸, uma vez que se declinam a partir das terminações gregas (*Tyrinthios*, *Olmeios*, *Euios*, *Spercheios*) – e os nomes gregos não seguem, na verdade, as regras dos latinos. Os autores latinos, ou para imitarem o grego, no qual o vocativo é sempre igual ao nominativo, ou por razões de eufonia, ou de metro, como diz Prisciano, liv. 7, usam como vocativo a forma de nominativo terminada na sílaba *-us*. Lucano, liv. 2: *Degener o populus*; também Ovídio, *Fast.* 4: *I, pete uirginea, populus, suffimen ab ara*; Lívio, *Ab Urb.* 1: *Audi tu, populus Albanus*; e *ibid.* 8: *Agedum, pontifex publicus populi Romani, praei uerba, quibus me pro legionibus deuoueam*; Plauto, *Curcul.*:

deuoueam;¹ Plaut., *Curcul.*: ... *male mihi morigerus, tace*;² Virg., *Aen.* 6: *Proiice tela manu, sanguis meus*;³ Senec., *Hercul. fur.*: *Stantes sacrificus comas / dilecta tege populo*.⁴

Phocas *Appellatiua*, inquit, *quae in -ius desinunt, uocatiuum in -e mittunt, ut 'fluuius' 'o fluuie', 'socius' 'o socie', quem ueteres iuxta nominatiuum proferebant. Virg.: "Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum"*.⁵ *Quae, consonante praelata, in eandem syllabam mittunt; si quidem sunt accidentia (hoc est, adiectiua) uel deriuatiua, uocatiuum in -e mittunt, ut 'doctus' 'docte', 'sanctus' 'sancte', 'Romanus' 'Romane', 'Hispanus' 'Hispane'. Caetera in -us potius quam in -e syllabam exeunt. Sic Lucan., "Degener o populus"⁶ et "o popule" lectum est; 'lucus' 'o lucus'. Quae a ueteribus, propter asperitatem uocis, minime usitata sunt, adeo ut rara huiusmodi declinationis reperiantur exempla: 'haec myrtus' 'o myrte' [...] et te proxima myrte.⁷ Haec ille.*

A Gellio, lib. 14, c. 5, refertur lepida concertatio inter duos grammaticos, quorum alter contendebat uocandi casu dicendum esse *uir egregi*; alter, *uir egregie*.

Veteres genitiuum singularem per *i* literam scribebant, pluralem nominatiuum, per *ei*. Nigidius, apud Gell<ium>, lib. 13, c. 24: "*Si 'huius', inquit, 'amici', uel 'huius magni' scribas, unum i facito extremum; sin uero 'hi magnei', 'hi amicei', casu multitudinis recto, tum ante 'I' scribendum erit 'e'; atque id ipsum facies in similibus*".⁸ Quint., lib. 1, c. 7: *Diutius durauit, ut 'e' 'i' iungendis eadem ratione, qua Graeci ei uterentur; ea casibus, numeris discreta sunt, ut Lucilius praecipit*.⁹ "*Iam 'puerei uenere' e postremum facito atque i, / ut puerei plures fiant.*"¹⁰ Vide caetera, si uacat. Hinc Plauti comoedia *Captiuei* inscribitur.

Di et dis pro dii et diis utuntur poetae frequenter.^[1]

¹Liu., *AVC* 8,9,4 ²Plaut., *Curc.* 169 ³Verg., *Aen.* 6,835 ⁴Sen., *Herc. f.* 893-4 ⁵Verg., *Aen.* 8,77

⁶Lucan., *BC* 2,116 ⁷Phoc., *Ars* 3 (GLK V 425) ⁸Nigid, *Gramm.* 10, apud Gell., *NA* 13,26,4 ⁹Quint., *Inst.* 1,7,15 ¹⁰Lucil., *Sat.* fr. 9,364.

[1]Schol. 3 [p. 205] ... poetae frequenter *E¹* | om. *E²* .

... *male mihi morigerus, tace*; Virgílio, *Aen.* 6: *Proiice tela manu, sanguis meus*; Séneca, *Hercul. fur.*: *Stantes sacrificus comas / dilecta tege populo*.

Focas diz o seguinte: «os nomes apelativos que terminam em *-ius* fazem o vocativo em *-e*, como *fluuius, o fluuie, socius, o socie*, vocativos que os autores antigos escreviam como o nominativo. Virgílio: *Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum*. Estes nomes, se tiverem uma consoante a preceder essa mesma terminação, terminam na mesma sílaba; se são acidentés (isto é, adjetivos) ou derivativos, fazem o vocativo em *-e*, como *doctus docte, sanctus sancte, Romanus Romane, Hispanus Hispane*. Os restantes terminam preferencialmente em *-us*, e não na sílaba *-e*. Assim, Lucano escreve *Degener o populus*, que também foi lido *o popule*; e *lucus* faz *o lucus*. Aqueles vocativos⁴⁹, por causa da aspereza do som, são muito pouco usados pelos autores antigos, de tal forma que raramente se encontram exemplos deste tipo de declinação: *haec myrtus, o myrte [...] et te proxima myrte*.» São estas as suas palavras.

Gélio, liv. 14, c. 5, menciona uma alegre disputa entre dois gramáticos: um deles afirmava que, no caso vocativo, se devia dizer *uir egregi* e o outro, *uir egregie*.

Os arcaicos escreviam o genitivo do singular com a letra *i* e o nominativo plural com *ei*. Nigídio, citado em Gélio, liv. 13, c. 24, diz o seguinte: «Se escreveres *huius amici* ou *huius magni*, fá-lo com um *i* final; se, pelo contrário, escreveres *hi magnei, hi amicei* no caso nominativo do plural, então antes do *i* dever-se-á escrever *e*; e farás isto mesmo em vocábulos semelhantes». Quintiliano, liv. 1, c. 7: «a prática de juntar *e* e *i* durou mais tempo pela mesma razão que durou mais tempo o ditongo *ei* em grego; com ele, distinguíam-se casos e números, como ensina Lucílio: “os rapazes já chegaram; ‘rapazes’ termine com *e* e *i*, para que assim os rapazes sejam muitos”⁵⁰.» Vide o resto da citação, se houver tempo. Por essa razão é que a comédia de Plauto se intitula *Captiuei*.

Os poetas usam frequentemente *di* e *dis*, em vez de *dii* e *diis*⁵¹.

[p. 210] TERTIA DECLINATIO

Tertia multiplices habeat cum regula fines,
 finis in *-is* patrii tamen est Latialibus idem.
-A ternae sibi poscit *-atis*, ceu *dogma, poema*.
-E petit *-is* neutrum neque crescit, ut *omne, cubile*.
-Y Danaum generavit *-ios*, uelut *Aepyos Aepy*.

Etsi tertiae declinationis quam plurimae sunt^[1] positiones, genitiuus tamen Latinorum nominum in *-is* syllabam exit, qui nominatiuo modo est aequalis numero syllabarum, ut *navis navis*; modo una syllaba longior, ut *turbo turbinis, unedo unedonis*; modo duabus, ut *iter itineris, biceps bicipitis, supellex supellectilis*.

-A finita genitiuum in *-atis* habent, ut *dogma dogmatis, poema -atis*.

Neutra in *-e* mutant ipsum *-e* nominatiui in *-is*, ut *omne omnis, cubile cubilis*.

In ypsilon^[2] finita (quae omnia a Graecis Latini mutantur) genitiuum in *-yos* Graecum retinent: *Aepy Aepyos, Misy Misyos, Moly -yos*.

-O finita *-onis* capiunt. *-Inis* accipit omne *-do, -go* finitum muliebre, ut *grando, siligo*^[3] *turboque*, non proprium. Sic *ordo* et *margo, cupido*, sic *homo*, sic *cardo, nemo*, sic poscit *Apollo*.
Vnedo uult *-onis*. *Nerio* uariatur in *-enis* atque *Anio*. *Caro carnis* habet. Muliebre *Pelasgum -us* habet; *-o* reliquis, ut *Manto*, in casibus esto.
Lactis et *halecis* tibi *lac* inflectit et *halec*.

Quae in *-o* terminantur *-onis* accipiunt in genitiuo, ut *Agamemno -onis, Macedo -onis, umbo -onis, harpago -onis*.

Finita uero in syllabis *-do, -go* foeminina faciunt in *-inis*, ut *arundo -inis, grandio -inis, siligo -inis*. Sic *turbo turbinis* appellatiuum nam, cum proprium gladiatoris est nomen, *Turbonis* habet et a communi regula non discedit. Item *ordo -inis, margo -inis*, etc.

Vnedo, cum sit foemininum in *-do* finitum, *unedonis* habet; *Nerio Nerienis* et *Anio -enis*.

Manto, Callisto, Alecto, Calypso et caetera id genus Graeca *-us* faciunt genitiuo, ut *Mantus, Calypsus*. Alii uero sequentes casus nominatiuo sunt similes: *Manto Manto*, etc. Haec Latinam declinationem raro admodum patiuntur, ut *Dido Didonis*.

^[1]sunt *E²*] sint *E¹* ^[2]ypsilon *scrip.*] *y*, psilon *E¹* ^[3]siligo' *E¹*] 'silago' *E²* .

[p. 210] TERCEIRA DECLINAÇÃO

Embora a terceira declinação tenha múltiplas terminações⁵², contudo os nomes latinos têm sempre a terminação *-is* no caso genitivo.

Nome em *-a* da terceira exige *-atis*, como *dogma* e *poema*.

Nome neutro em *-e* pede *-is*, sem acréscimo de sílabas, como *omne* e *cubile*.

Nome grego em *-y* gerou *-ios*, como *Aepy Aepyo*⁵³.

Apesar de serem muitíssimas as terminações da terceira declinação, contudo o genitivo dos nomes latinos termina na sílaba *-is*, caso que ora é igual ao nominativo em número sílabas (e.g. *navis navis*), ora é uma sílaba mais longo (e.g. *turbo turbinis*, *unedo unedonis*), ora duas (e.g. *iter itineris*, *biceps bicipitis*, *supellex supellectilis*).

Nomes terminados em *-a* têm o genitivo em *-atis*: e.g. *dogma dogmatis* e *poema -atis*.

Neutros em *-e* mudam esse *-e* do nominativo para *-is*⁵⁴: e.g. *omne omnīs*, *cubile cubilis*.

Os nomes terminados em *-y* (que, na sua totalidade, são tomados de empréstimo ao grego pelo latim) mantêm o genitivo grego *-yos*: *Aepy Aepyo*, *Misy Misyos*, *Moly -yos*.

Nomes terminados em *-o* recebem *-onis*. Recebe a terminação *-inis* todo o nome feminino terminado em *-do*, *-go*, como *grando*, *siligo* e *turbo* (quando não é nome próprio). Assim o pedem *ordo*, *margo*, *cupido*, *homo*, *cardo*, *nemo*, *Apollo*.

Vnedo requer *-onis*. *Nerio* muda para *-enis* e

também *Anio*. *Caro* tem *carnis* no genitivo. Nome grego de mulher apresenta *-us* e *-o* nos restantes casos, como *Manto*.

Lac e *halec* fletem *lactis* e *halecis*.

Os nomes que terminam em *-o* recebem a terminação *-onis* no genitivo: e.g. *Agamemno -onis*, *Macedo -onis*, *umbo -onis*, *harpago -onis*.

Porém, os nomes femininos terminados nas sílabas *-do* e *-go* fazem o genitivo em *-inis*, como *arundo -inis*, *grando -inis*, *siligo -inis*. O apelativo *turbo* também faz o genitivo *turbinis*; mas, quando é o nome próprio de um gladiador, apresenta o genitivo *Turbonis*, e não se afasta da regra comum. Da mesma forma, *ordo -inis*, *margo -inis*, etc.

Vnedo, apesar de ser feminino e terminado em *-do*, apresenta *unedonis*; *Nerio Nerienis* e *Anio -enis*.

Manto, *Callisto*, *Alecto*, *Calypso* e outros nomes gregos do mesmo tipo fazem genitivo em *-us*: e.g. *Mantus*, *Calypsus*. Os casos seguintes, no entanto, são semelhantes ao nominativo: *Manto*, *Manto*, etc. Estes nomes raramente admitem declinação latina semelhante à de *Dido Didonis*.

Duo peregrina *Bogud* et *Dauid*, Latina declinatione donata, *Bogudis* et *Dauidis* acceperunt.

Semper *-is* augetur post *l*, uelut *exulis exul*.
L duplici *mel mellis* habet; *fel fellis* habeto.
 Crescit *-is* in patrio post *-n*, ita *sindonis* edit
sindon; interdum, ut *Phaeton*, *-on*, exit in *-ontis*.
-N suscipit *-inis* neutrum, uelut *agminis agmen*,
 et tua nata *cano*, ut *tubicen*, cum *pectine flamen*
 additur *-is* patrio post *r*, uelut *Anxuris Anxur*;
r geminum *far farris* habet; tulit *hepatis hepar*.

Nomina finita in *-l* addunt *-is* genitio, ut *Annibal -alis*, *Daniel -elis*, *uigil uigilis*, *sol solis*, *consul -ulis*.

At *mel* et *fel*, *mellis*, *fellis* habent, altero *l* adhibito in obliquis.

Quae in *-n* terminantur *-is* genitio [p. 211] superaddunt, ut *Paeon -anis*, *siren -enis*, *Salamin -inis*, *alcyon -onis*, *Babylon -onis*, *Palaemon -onis*.

Graecorum uero quaedam *-on* habentium in recto in *-ontis* exeunt, ut *Acheron*, *Bison*, *Bellerophon*, *Charon*, *chamaleon*, *Demophon*, *horizon*, *Laocoon*, *Phlegethon*, *scazon*, *Xenophon*, *Acherontis*, *bisontis* et sic in aliis.

Neutra in *-n* finita *-inis* in genitio sibi uindicant, ut *abdomen -inis*, *carmen -inis*. Item, composita a uerbo *cano*, ut *tibicen -inis*, *tubicen -inis*, *cornicen -inis*, *flamen -inis*, *pecten -inis*.

Terminata in *-r*, addita syllaba *-is*, formant genitiuum, ut *Lar laris*, *uer ueris*, *Mulciber -eris*, *Gadir Gadiris*, *Hector -oris*, *Anxur Anxuris*.

Mouilium *-cer* rectus habens *-cris* format, ut *acer*.
Imber et inde ortum dat *-bris*; quibus adde *saluber*
 ac *celeber*. *-Ter* nomen habens *-tris* habere Latinum
 ambit, ut *accipiter*; *mater* cum *patre* iungatur
 ac *linter*. *Later* optat *-eris*. *Cor cordis* habeto.
 Seruat *iter* quod priscum *itiner* de iure recepit.
 Ast *-oris* optat *ebur*, *femur* et *iecur*; adiiice *robur*.

A nominibus adiectiuis terminatis in *-cer* fit genitiuus in *-cris*, ut *acer acris*: *alacer alacris*, *uolucer uolucris*. *Acer* substantiuum *aceris* habet, ut caetera quae a communi regula non recedunt.

Imber imbris facit,^[1] et ex eo composita, ut *october -bris*, *september -bris*.

^[1]facit *E¹*] om. *E²*.

Bogud e *Dauid*, dois nomes estrangeiros, receberam os genitivos *Bogudis* e *Dauidis*, depois de lhes ser dada uma declinação latina.

Acrescenta-se sempre *-is* depois de *l*, como *exul exulis*.

mel mellis tem *l* duplo; *fel* apresenta *fellis*.

No caso genitivo, depois de *n*, acrescenta-se *-is*: *sindon*

sindonis; por vezes nome em *-on* termina em *-ontis*, como *Phaeton*.

Nome neutro em *-n* recebeu *-inis*, como *agmen agminis*,

e os teus filhos⁵⁵, ó *cano*, como *tubicen*; e ainda *flamen* e *pecten*.

Acrescenta-se *-is* no genitivo depois de *r*⁵⁶, como *Anxur Anxuris*;

Far farris tem *r* duplo; *hepar* deu *hepatis*.

Nomes terminados em *-l* acrescentam *-is* ao genitivo: e.g. *Annibal -alis*, *Daniel -elis*, *uigil uigilis*, *sol solis*, *consul -ulis*.

Mas, *mel* e *fel* apresentam os genitivos *mellis* e *fellis*, acrescentando-se-lhes um segundo *l* nos casos oblíquos.

Aos nomes que terminam em *-n*, acrescenta-se-lhes *-is* no genitivo [p. 211]: e.g. *Paeon -anis*, *siren -enis*, *Salamin -inis*, *alcyon -onis*, *Babylon -onis*, *Palaemon -onis*.

Contudo, alguns nomes gregos que apresentam *-on* no caso nominativo terminam em *-ontis* no genitivo: e.g. *Acheron*, *Bison*, *Bellerophon*, *Charon*, *chamaleon*, *Demophoon*, *horizon*, *Laocoon*, *Phlegethon*, *scazon*, *Xenophon* (que fazem *Acherontis*, *bisontis*, etc.) e outros semelhantes.

Os neutros terminados em *-n* requerem *-inis* no genitivo: e.g. *abdomen -inis*, *carmen -inis*; e assim também os compostos do verbo *cano* (e.g. *tibicen -inis*, *tubicen -inis*, *cornicen -inis*), *flamen -inis* e *pecten -inis*.

Os nomes terminados em *-r* formam o genitivo acrescentando a sílaba *-is*: e.g. *Lar laris*, *uer ueris*, *Mulciber -eris*, *Gadir Gadiris*, *Hector -oris*, *Anxur Anxuris*.

Em nomes adjetivos, nominativo em *-cer* forma *-cris*⁵⁷, como *acer*.

Imber e os seus derivados dão *-bris*, a que deve acrescentar *saluber*

e *celeber*. Nome latino que apresenta *-ter* pede *-tris* no genitivo,

como *accipiter*; junte-se-lhes *mater*, *pater*

e *linter*. *Later* prefere *-eris*. *Cor* apresentará *cordis*.

Iter há de manter o antigo *itiner* que recebeu de direito.

Mas *ebur*, *femur* et *iecur* preferem *-oris*; acrescenta-lhes *robur*.

O genitivo dos nomes adjetivos terminados em *-cer* faz-se em *-cris*: e.g. *acer acris*, *alacer alacris*, *uolucer uolucris*. O substantivo *acer* apresenta *aceris*, bem como todos os restantes que não se afastam da regra comum.

Imber faz *imbris*, bem como os seus compostos: e.g. *October -bris*,

A nominibus Latinis in *-ter* finitis formatur genitiuus in *-tris*, ut *accipiter -tris*, *frater -tris*, *uenter -tris*,^[1] *uter -tris*. Sic adiectiua ut *campester*, *equester*, *pedester*, *paluster*, *siluester*. Item ex Graecis nominibus *pater*, *mater*, *linter*.

Alia Graeca in *-ter* finita communem regulam sequuntur, ut *crater -eris*, *character -eris*, *aether -eris*. Ex Latinis *later lateris* habet; *iter* uero *itineris*, quem genitiuum accepit a prisco recto *itiner*.

In *-oris* exeunt horum quatuor genitiui: *ebur*, *femur*, *iecur*, *robur*: *eboris*, *femoris*, *iecoris*, *roboris*. Genitiuus *iocinoris* a recto *iocinus* inusitato, cum caeteris omnibus obliquis deducitur.

Postulat *-as -atis*. *Vadis*, *hic uas* fundito; neutrum *uasis* habeto. *Maris* det *mas*. *As* exigat *assis*.
Mascula in *-antis* erunt ut *Atlas*. Muliebre Pelasgum *-dis* ferat, ut *lampas*; uel *-dos*. Capit *arcas* utrumque.

Ex nominibus in *-as* genitiuus in *-atis* deducitur, ut *anas anatis*, *honestas -atis*, *Maecenas -atis*, *Arpinas -atis*. *Vas* tamen masculinum *uadis*; neutrum *uasis* accepit.

A Graecis in *-as* masculinis genitiuus in *-antis* deriuatur, ut *adamas -antis*,^[2] *Pallas -antis*, uiri proprium. *Arcas* uero licet masculinum sit, *arcadis* facit uel *arcados*, quemadmodum Graeca omnia foeminina tertiae declinationis, ut *Pallas Palladis* uel *Pallados*, *Hyas Hyadis* uel *Hyados*.^[3]

-Es fit *-is* in patrio, ut *cladis*, *Diomedis*. Achium *-etis* amant nonnulla. *Dares* testatur et *Hermes*; adde *seges*, *locuples*, *abies*, *interpres*; et illis adde *quies*, *hebes* atque *aries*, *teres*; adiiice *praepes*, *indiges* atque *teges*, *paries* cum *perpete*. *Vates* dat *uatis*, *Verres*, *Verris*; *Bes* accipe *bessis*.

Si nomen exeat in *-es*, genitiuus fiet in *-is*, aequalis nominatiuo, ut *clades -dis*, *Diomedes* [p. 212] *-dis*.^[4]

Graecorum nonnulla in *-etis* exeunt, ut *cres cretis*, *lebes -etis*, *magnes -etis*, *tapes -etis*, *Dares -etis*, *Hermes -etis*, *Laches -etis*. Horum aliqua etiam in *-is* reperiuntur, ut *Chremes Chremis*, *Laches Lachis*, *Dares Daris*.

^[1]‘uenter -tris’ *E¹*] *om. E²* ^[2]‘Calchas, antis’: ‘elephas, antis’ *post* ‘adamas, antis’ *add. E²*
^[3]‘Pleias, Pleiadis’, vel ‘Pleiadis’, ‘Olympias, Olympiadis’, vel ‘Olympiados’ *post* ‘hyados’ *add. E²* ^[4]‘Fames, famis’ ‘vepres, vepris’, ‘acinaces acinacis’ *post* ‘Diomedes -dis’ *add. E²*.

September -bris.

Dos nomes latinos terminados em *-ter* forma-se um genitivo em *-tris*: e.g. *accipiter -tris, frater -tris, uenter -tris, uter -tris*. O mesmo se diga dos adjetivos como *campester, equester, pedester, paluster, siluester*; e ainda dos seguintes nomes gregos⁵⁸: *pater, mater, linter*.

Outros nomes gregos terminados em *-ter* seguem a regra geral, como *crater -eris, character -eris, aether -eris*. Entre os nomes latinos, *later* apresenta *lateris*; *iter*, porém, apresenta *itineris*, um genitivo que recebeu do antigo caso nominativo *itiner*.

Em *-oris* terminam os genitivos destes quatro nomes: *ebur, femur, iecur, robur* (*eboris, femoris, iecoris, roboris*). O genitivo *iocinoris*, formado a partir do caso nominativo caído em desuso *iocinus*, estende-se a todos os outros casos oblíquos.

-As exige *-atis*. Este⁵⁹ *uas* desdobre-se em *uadis*; mas, se for neutro, apresentará *uas*. Mas dá *maris*. *As* exija *assis*.

Masculinos serão em *-antis*, de que é exemplo *Atlas*. Feminino grego levará *-dis*, como *lampas*; ou então *-dos*; *Arcas* admite ambos.

O genitivo dos nomes em *-as* estende-se para *-atis*: e.g. *anas anatis, honestas -atis, Maecenas -atis, Arpinas -atis*. Mas *uas*, masculino, recebeu o genitivo *uadis*; o neutro recebeu o genitivo *uas*.

Dos nomes gregos masculinos em *-as* deriva-se um genitivo em *-antis*: e.g. *adamas -antis, Pallas -antis* (nome próprio de homem). *Arcas*, embora seja masculino, faz *arcadis* ou *arcados*, da mesma maneira que todos os femininos gregos da terceira declinação: e.g. *Pallas Palladis* ou *Pallados, Hyas Hyadis* ou *Hyados*.

-Es torna-se *-is* no genitivo, a exemplo de *cladis, Diomedis*.

Alguns nomes gregos preferem *-etis*. Atestam-no *Dares* e *Hermes*; acrescenta *seges, locuples, abies, interpres*; a estes acrescenta *quies, hebes, aries* e *teres*; junta *praepes, indiges, teges, paries* e *perpes*. *Vates* dá *uatis, Verres, Verris*; *Bes* recebe *bessis*.

Se o nome terminar em *-es*, o genitivo faz-se em *-is* (é igual ao nominativo⁶⁰): e.g. *clades -dis, Diomedes [p. 212] -dis*.

Alguns nomes gregos terminam em *-etis*, como *cres cretis, lebes -etis, magnes -etis, tapes -etis, Dares -etis, Hermes -etis, Laches -etis*. Entre estes, ainda se encontram alguns em *-is*, como *Chremes Chremis, Laches Lachis, Dares Daris*.

Fit etiam genitiuus in *-etis* a nominibus *aries, teges, quies: arietis, tegetis, quietis*, et sic in aliis. *Requies* a *quies* compositum *requietis* habet, ut simplex, et *requiei*, sed tunc ad quintam declinationem spectat.^[1]

Caetera communis generis uel mascula finem dant *-itis*, ut *comes, antistes*, cum *gurgite palmes, sospes*; et his *merges, tudes* adiungantur et *ames*.
-Edis habet *merces; pes, praes* comitantur et *haeres*.
 At *Cereris* creat alma *Ceres*. *Aes* protulit *aeris*.
 Fert *-idis* a *sedeo* genitum, uelut *obsidis obses*.

Caetera appellatiua Latina praeter iam enumerata, siue masculina, siue communia, tam duorum quam trium generum, *-itis* habent in genituo. Masculina, ut *Cocles, eques, gurges, fomes, limes, pedes, poples, stipes, termes, trames, ueles*. Communia duorum <generum>, ut *antistes, comes, hospes, miles, satellites*. <Communia> trium generum, ut *ales, diues, sospes* ac *superstes*. *Ames* etiam, *merges* et *tudes*, licet foeminina sint, *amitis, mergitis, tuditis* habent, ut superiora. Dixi ‘appellatiua Latina’ propter Graeca nomina propria, quorum permulta generalem regulam sequuntur, ut *Aristoteles, Socrates, Vlysses*; et neutra, ut *cacoethes, hippomanes, soloecophanes*.

Genitiuus in *-edis* fit a nominibus *merces, praes, haeres* et *pes*. Composita quoque *cohaeres, exhaeres, cornipes, bipes, tripes, quadrupes* a suis simplicibus non degenerant. Composita uero a uerbo *sedeo -idis* habent in genit<iuo>, ut *deses -idis, reses -idis, praeses -idis*.

Nomina in *-is* patrium similem Latialia gignunt, ut *facilis*. Dat *-eris cucumis*, cum *uomere puluis* atque *cinis*. Sed *pollis -inis* cum *sanguine* promit. Dant *-idis* ista: *lapis, cuspis*; dant multa Pelasgum, ut *chlamys*. Aequalem patrium nonnulla requirunt.

-Is finita, si Latina sunt, genituum faciunt similem nominatiuo, ut *facilis facilis*.

Vomis tamen *uomeris* habet; *puluis, pulueris, cinis, cineris, cucumis, cucumeris*, qui genitiuus a recto *cucumer* potius deriuatur. Inflectitur etiam sine incremento, *cucumis cucumis*, ut caetera in *-is* a regula communi non discedentia.

^[1]spectat *E¹*] spectat *E²* .

Os nomes *aries*, *teges* e *quies* também fazem o genitivo em *-etis*: *arietis*, *tegetis*, *quietis*, e assim nos restantes⁶¹. *Requies*, composto de *quies*, apresenta *requietis* (como o respetivo simples) e *requeiei* (com esta terminação, contudo, já pertence à quinta declinação).

Os restantes de género comum ou masculinos fazem a terminação *-itis*⁶², como *comes*, *antistes*, *gurges*, *palmes*, *sospes*; junte-se-lhe *merges*, *tudes* e *ames*.
Merces apresenta *-edis*; acompanham-no *pes*, *praes* e *haeres*.
 Mas a alma⁶³ *Ceres* cria *Cereris*. *Aes* produz *aeris*.
 O que deriva de *sedeo* leva *-idis*, como *obses* *obsidis*.

Os restantes apelativos latinos, além dos já enumerados, quer sejam masculinos, quer sejam comuns, tanto de dois como de três géneros, apresentam *-itis* no genitivo. São masculinos *Cocles*, *eques*, *gurges*, *fomes*, *limes*, *pedes*, *poples*, *stipes*, *termes*, *trames*, *ueles*. Comuns aos dois géneros são *antistes*, *comes*, *hospes*, *miles*, *satelles*. E, comuns aos três géneros, *ales*, *diues*, *sospes* e *superstes*. Embora sejam femininos, *ames*, *merges* e *tudes* também apresentam *amitis*, *mergitis*, *tuditis*, tal como os anteriores. Usei a designação ‘apelativos latinos’ para evitar a confusão com os nomes próprios gregos (muitos dos quais seguem a regra geral, e.g. *Aristoteles*, *Socrates*, *Vlysses*) e com os neutros (e.g. *cacoethes*, *hippomanes*, *soloecophanes*).

A partir dos nomes *merces*, *praes*, *haeres* e *pes* forma-se um genitivo em *-edis*. Também os compostos *cohaeres*, *exhaeres*, *cornipes*, *bipes*, *tripes*, *quadrupes* não se afastam dos elementos simples de que se formaram. Já os compostos do verbo *sedeo* apresentam *-idis* no genitivo: e.g. *deses* *desidis*, *reses* *residis*, *praeses* *praesidis*.

Nomes latinos em *-is* dão origem a um genitivo igual, como *facilis*. *Cucumis* dá *-eris*, assim como *uomer*, *puluis* e *cinis*. Mas *pollis* e *sanguen* originam *-inis*. Estes dão *-idis*: *lapis* e *cuspis*; e muitos nomes gregos, como *chlamys*. Alguns exigem genitivo igual.

Nomes terminados em *-is*, se forem latinos, têm o genitivo igual ao nominativo: e.g. *facilis* *facilis*.

Vomis, porém, apresenta *uomeris*; *puluis* *pulueris*, *cinis* *cineris*, *cucumis* *cucumeris* (este genitivo deriva, mais propriamente, do caso nominativo *cucumer*). *Cucumis* *cucumis* declina-se também sem aumento de sílaba, a exemplo dos restantes nomes em *-is* que não se afastam da regra geral.

In *-idis* etiam exeunt Graecorum complura foeminina, ut *chlamys -dis*, *pyramis -dis*, *cassis -idis*, *Thetis Thetidis*, cum adspiratione in prima syllaba, *Tethys* enim, cum adspiratur in secunda, *Tethyos* facit, *tyrannis -idis*, *Coronis -idis*, *Lychnis -idis*, *alcyonis -idis*, *Atlantis*^[1] *-idis* et similia. Item masculina, ut *Alexis -idis*, *Adonis -idis*, *Daphnis -idis*, *Osiris -idis*, *Paris -idis*, *Serapis -idis* et alia, quae usu sunt comparanda.

Ex his quaedam etiam in *-is* sine incremento efferuntur, ut *Paris Paris*, *Daphnis Daphnis*, *Alexis Alexis*, *Adonis Adonis*, *Serapis Serapis*.^[2]

[p. 213] *Dis*, *lis* atque *quiris*, *Samnis* formantur in *-itis*.

Glis, *gliris*. Tibi *semis* item *semissis* adhaeret.

Vtimur interdum patrii quos lingua Pelasgum finxit in *-os*: *Taneos* testis cum *Atlantidos* esto.

-Entis habent *Simois*, *Pyrois*. *-Ys* habentia recto quaedam *-yis* accipiunt, uel *-yos*, ceu *Tethys*, *Erinnys*.

-Otis ab *-os* fiat. *Ros*, *flos* uariantur in *-oris* et *mos*; ac pariter fuit *-or*^[3] cum rectus, ut *arbor*.

Bos, *bouis*. *-Odis* habet *custos*; *os*, *oris* et *ossis*.

Thos, *Minos*, *Heros* ac *Tros* flectuntur in *-ois*.

Quatuor in *-itis* faciunt: *quiris -itis*, *Samnis -itis*, *Dis -itis*, *lis -itis*.

Graeco genit<iuo> in *-os* syllaba finito interdum utuntur Latini, ut *Atlantis Atlantidos*,^[4] *metamorphosis metamorphoseos*, *decapolis decapoleos*, *Tanis Taneos*, *Erymanthis Eymanthidos*.

Finita in *-ys* per ypsilon *-yos* uel *-yis* assumunt in genituo, ut *Tethys Tethyos* uel *Tethyis*, *Erinnys Erinnyis* uel *Erinnyos*, *Capys Capyis* uel *Capyos*, *Cotys Cotyis* uel *Cotyos*.

A nominibus in *-os* terminatis formatur in *-otis* genitiuus, ut *dos dotis*, *cos cotis*, *impos impotis*, *compos compotis*, *sacerdos -otis*, *aegoceros -otis*, *monoceros -otis*,^[5] etc.

In *-oris* formant genitiuum *ros*, *flos* et *mos*.^[6] Item nomina in *-os*, quae simul in *-or* desinunt, ut *arbos* uel *arbor*, *honos* uel *honor*, *lepos* uel *lepor*.

A nominatiuo^[7] *os*, sub diuersis significationibus, duo genitiui,^[8] *oris* et *ossis* deducuntur.

In *-ois* exeunt quatuor illa: *Thos Thoïs*, *Minos Minois*, *heros heroïs*, *Tros Troïs*.

^[1]Atlantis' E¹ 'Athlanti's E² ^[2]Serapis Serapis' E¹ om. E² ^[3]Or E¹ 'os' E² ^[4]Atlantis Atlantidos' E¹ 'Athlantis Athantidos' E² ^[5]Rhinoceros, otis' post 'monoceros otis' add. E² ^[6]'roris' post 'ros', 'floris' post 'flos', 'moris' post 'mos' add. E² ^[7]in post nominatiuo add. E² ^[8]in post nominatiui add. E².

Terminam ainda em *-idis* vários nomes femininos gregos, como *chlamys -dis*, *pyramis -dis*, *cassis -idis*, *Thetis Thetidis* (com aspiração na primeira sílaba, pois *Tethys*, com aspiração na segunda, faz *Tethyos*), *tyrannis -idis*, *Coronis -idis*, *Lychnis -idis*, *alcyonis -idis*, *Atlantis -idis* e outros semelhantes. Os masculinos *Alexis -idis*, *Adonis -idis*, *Daphnis -idis*, *Osiris -idis*, *Paris -idis*, *Serapis -idis* e outros também seguem a mesma regra e devem ser aprendidos pelo uso.

De entre esses, alguns também se formam com *-is*, sem aumento de sílabas: e.g. *Paris Paris*, *Daphnis Daphnis*, *Alexis Alexis*, *Adonis Adonis*, *Serapis Serapis*.

[p. 213] *Dis*, *lis*, *quiris*, *Samnis* formam genitivo em *-itis*.

Glis, *gliris*. A *ti semis* junta-se também *semissis*.

Por vezes, usamos genitivos que a língua grega formou em *-os*: sirva de exemplo *Taneos* e *Atlantidos*.

Têm genitivo em *-entis* *Simois* e *Pyrois*. Alguns com nominativo em *-ys*, como *Tethys* e *Erinnys*, admitem *-yis* ou *-yos*.

Da terminação *-os* forma-se *otis*. *Ros*, *flos* e *mos* declinam em *-oris*; da mesma forma, o nominativo *-or*, como *arbor*.

Bos, *bouis*. *Custos* apresenta *-odis*; *os*, *oris* e *ossis*.

Thos, *Minos*, *Heros* e *Tros* declinam em *-ois*.

Quatro nomes fazem genitivo em *-itis*: *quiris -itis*, *Samnis -itis*, *Dis Ditis*, *lis litis*.

O latim usa, por vezes, o genitivo grego terminado na sílaba *-os*: e.g. *Atlantis Atlantidos*, *metamorphosis metamorphoseos*, *decapolis decapoleos*, *Tanis Taneos*, *Erymanthis Eymanthidos*.

Terminados em *-ys*, com *y*, assumem *-yos* ou *-yis* no genitivo: e.g. *Tethys Tethyos* ou *Tethyis*, *Erinnys Erinnyis* ou *Erinnyos*, *Capys Capyis* ou *Capyos*, *Cotyis Cotyis* ou *Cotyos*.

Nos nomes terminados em *-os* forma-se um genitivo em *-otis*: e.g. *dos dotis*, *cos cotis*, *impos impotis*, *compos compotis*, *sacerdos -otis*, *aegoceros -otis*, *monoceros -otis*, etc.

Ros, *flos* e *mos* formam o genitivo em *-oris*. E também os nomes em *-os*, que alternativamente também terminam em *-or*: e.g. *arbos* ou *arbor*, *honos* ou *honor*, *lepos* ou *lepor*.

Do nominativo *os*, nos seus dois significados⁶⁴, formam-se os genitivos *oris* e *ossis*.

Em *-ois* terminam estes quatro: *Thos Thoïs*, *Minos Minois*, *heros herois*, *Tros Trois*.

Fert *-oris -us*, ueluti *pignus*, cum *foenore maius*.
 Assumunt *-eris* aucta *scelus*, cum *uellere pondus*,
ulcus, *onus*, *uetus* ac *rudus*, cum *munere sidus*.
 His et *acus*, *uenus* atque *glomus* dato; *foedus opusque*
uiscus, *olus*, *genus* atque *latus*, cum *funere uulnus*.
Tellus -uris habet, *ligus* et monosyllaba. Flectit
grus gruis. Esto *suis tibi sus*. Flectantur in *-udis*
haec pecus atque *palus*, *subscus*; imitabitur *incus*.
 Caetera, ceu *uirtus*, muliebria dantur in *-utis*.
 Sic habet *intercus*. *Laus*, *fraus* tamen *-audis* habent.
Pus genitum suscepit *-odis*. Loca certa Pelasgum
 propria, sicut *Opus*, *Amathus*, flectantur in *-untis*.

Ex nominibus in *-us* finitis genitiuus in *-oris* deducitur, qualia sunt *corpus -oris*, *decus -oris*, *dedecus -oris*, *facinus -oris*, *foenus -oris*, *frigus -oris*, *lepus -oris*, *litus -oris*, *nemus -oris*, *pignus -oris*, *tergus -oris*.^[1] *Penus* item^[2] ac *pecus*, dum neutra sunt, *penoris* et *pecoris* habent; *penus* enim^[3] foemininum ad quartam uel secundam declinationem spectat. *Pecus* uero *pecudis* habet, ut mox dicendum erit.

Comparatiua etiam, ratione terminationis in *-us*, *-oris* in genitiuo sortiuntur: *maius -oris*, *minus -oris*, *peius -oris*.

-Eris accipiunt in genitiuo nonnulla, ut *scelus -eris*, *acus -eris* neutrum masculinum enim *acus aci* ad secundam declinationem; foemininum *acus acus* ad quartam (idque sub diuersis significationibus) spectat *glomus -eris*, *uiscus -eris* et caetera.

Tellus et *ligus telluris* et *liguris* assumunt in genitiuo. Item monosyllaba, ut *crus cruris*, *ius iuris*, *mus muris*, [p. 214] *rus ruris*.

In *-udis* exeunt *palus -udis*, *subscus -udis*, *pecus -udis* foemininum.

Caetera foeminina tertiae declinationis *-utis* habent, ut *iuuentus*, *salus*, *seruitus*, *senectus*, *uirtus*.

Composita a nomine *pus*, *podus* Graeco, in *-odis* formant genitiuum, ut *apus -odis*, *chytropus -odis*, *dasyopus -odis*, *Melampus -odis*, *Oedipus -odis*, quod etiam et frequentius *Oedipus -i*, per secundam declinatur.

Aliqua urbium propria in *-untis* exeunt, ut *Amathus -untis*, *Hydrus -untis*, *Opus -untis*, *Trapezus -untis* et similia.

^[1]'oris' post 'corpus', 'decus', 'dedecus', 'facinus', 'foenus', 'frigus', 'lepus', 'litus', 'nemus', 'pignus', 'tergus' E²] om. E¹ ^[2]item E²] etiam E¹ ^[3]enim E²] etiam E¹.

-*Vs* leva *-oris*, como *pignus*, *maius* e *foenus*.

Assumem *-eris*, com mais uma sílaba, *scelus*, *pondus*, *uellus*, *ulcus*, *onus*, *uetus*, *rudus*, *sidus* e *munus*.

A estes junte-se *acus*, *uenus* e *glomus*, *foedus*, *opus*, *uiscus*, *olus*, *genus*, *latus*, *uulnus* e *funus*.

Tellus e *ligus* e os monossílabos apresentam *-uris*. *Grus* declina *gruis*. E *sus* terá *suis*. Em *-udis* declinem-se *pecus*, *palus*, *subscus*; *incus* imitá-los-á.

Os restantes femininos, como *uirtus*, dão *-utis*.

Assim apresenta *intercus*. *Laus*, *fraus*, porém, tenham *-audis*.

Pus recebe um genitivo em *-odis*. Certos nomes próprios de lugares gregos, como *Opus*, *Amathus*, declinem-se em *-untis*.

Nos nomes terminados em *-us*, o genitivo faz-se em *-oris*, com mais uma sílaba: e.g. *corpus -oris*, *decus -oris*, *dedecus -oris*, *facinus -oris*, *foenus -oris*, *frigus -oris*, *lepus -oris*, *litus -oris*, *nemus -oris*, *pignus -oris*, *tergus -oris*. *Penus* e *pecus*, quando são neutros, apresentam *penoris* e *pecoris* (como femininos, *penus*, tanto pertence à quarta como à segunda declinação; já *pecus* apresenta *pecudis*, como abaixo se dirá).

Também os comparativos, por causa da terminação em *-us*, recebem o genitivo *-oris*: *maius -oris*, *minus -oris*, *peius -oris*.

Alguns recebem *-eris* no genitivo, como *scelus -eris* e *acus -eris* (quando é neutro; quando é masculino, *acus aci*, pertence à segunda declinação; o feminino *acus acus* pertence à quarta, mesmo com diferentes significações), *glomus -eris*, *uiscus -eris*, etc.

Tellus e *ligus* assumem as formas *telluris* e *liguris* no genitivo. O mesmo se diga dos monossílabos, como *crus cruris*, *ius iuris*, *mus muris*, [p. 214] *rus ruris*.

Em *-udis* terminam *palus -udis*, *subscus -udis*, *pecus -udis* (feminino).

Os restantes femininos da terceira declinação apresentam *-utis*, como, por exemplo, *iuuentus*, *salus*, *seruitus*, *senectus*, *uirtus*.

Os compostos do nome grego *pous podos*, formam o genitivo em *-odis*, como *apus -odis*, *chytropus -odis*, *dasyopus -odis*, *Melampus -odis*, *Oedipus -odis* (nome que também, e até mais frequentemente, se declina *Oedipus Oedipi*, na segunda declinação).

Alguns nomes próprios de cidades terminam em *-untis* no genitivo, como *Amathus -untis*, *Hydrus -untis*, *Opus -untis*, *Trapezus -untis* e outros do mesmo tipo.

-*I trabs* atque *Merops*, similes et habentia fines ante -s accipiunt. Et in -i polysyllaba uertunt -e praeiens, ut *adeps adipis*. -*Cupis* accipit *auceps*. Sume *caput capitis*; -*cipitis* tua pignora forment. Ast *hiemis* sibi poscat *hiems*.^[1] *Puls* accipe *pultis*. Si uelut his, *consors*, *patiens*, erit exitus, insit syllaba *ti* patriis ante -s. Sed *euntis* habere gaudet *iens*. -*Dis* habere uolunt a *corde* profecta et *glans* ac *nefrens*; quod *pendo* et *libra* crearunt, *frons* ita pro *folio*, sic *lens* pro *uerme* recepit.

Ex nominibus literis -bs uel -ps finitis formatur genitiuus -i- medio utriusque consonantis interposita, ut *Arabs Arabis*, *stirps stirpis*, et sic in reliquis similiter desinentibus, ut *chalybs*, *urbs*, *trabs*, *cyclops*, *Dolops*, *hydrops*, *inops*, *Merops*. At *gryps gryphis* habet. Polysyllaba uero uocalem e duas illas consonantes praeuentem in i mutant in genitiuo, ut *caelebs caelibis*, *forceps forcipis*, *manceps*, *municeps*, *particeps* et similia.

Quae componuntur a nomine *caput a* mutant in i: *occiput occipitis*, *sinciput sincipitis*.

Si nomina finiuntur in -ns uel -rs, syllaba -ti- duabus illis consonantibus interponitur in genitiuo, ut *frons frontis*, *lens lentis*, *Lars Lartis*, *Aruns Aruntis*, *Tyburns Tyburtis*. *Iens* uero *euntis* habet; et composita, ut *abiens*, *exiens*, *abeuntis*, *exeuntis* et caetera.

Composita uero a *cor*, licet in recto diuersam positionem habeant, in genitiuo, -dis retinent, sicut in simplex, ut *concors*, *discors*, *concordis*, *discordis*. Item *libripens* a *pendo* et *libra* compositum, *libripendis*.

-X perit in patrio -cis, uero accrescit, ut *audax audacis*. *Grex* atque *lelex -gis* habent, *Dioryx*, *rex*, *biturix*, *lex*, *frux*, *aquilex*, cum *remige coniuix*, *Styx*^[2] et *Oryx*, *Syrinx* cum *Sphinge* et *Iazyge*, *mastix*, *strix*, *Phryx* atque *Phalax*, *coccyx*. Adhibentur^[3] *Iapyx* *Allobrogi* et regum quaedam, quibus exitus -orix.

-Ex finita, ut *apex*, patrios polysyllaba^[4] casus dant in -icis. *Veruex*, *myrmex* remouentur et *halex* atque *resex*; *senis* adde *senex*. *Nox* accipe *noctis*. *Nix niuis* exhibeat. Det -*lectilis* aucta *supellex*. -*Actis*, ut *Astyanax*, *Hipponax*, Graeca reseruent.^[5]

[1]Ast ... 'hiems' E¹] 'Gryps' det 'Gryphis'. 'Hiems', 'hiemis' E² [2]'Styx' E¹] 'Stryx' E²
 [3]Adhibentur E¹] Adhibetur E² [4]polysyllaba E²] polysyllaba E¹ [5]'Nix' ... reseruent E¹]
 'Nixque niuis'. Det 'onix onychis'. Dabit aucta 'supellex' / 'lectilis'. 'Astyanax', 'Hipponax'
 dentur in 'actis' E².

Trabs e *Merops* e outros com terminação do mesmo tipo recebem *i* antes do *-s*. Os polissílabos transformam o *e* precedente⁶⁵ em *-i*, como *adepts adipis*. Mas *auceps* recebe *-cupis*.
Caput tome *capitis*; os seus derivados formem *-cipitis*.
 Mas, *hiems* exija *hiemis*. *Puls* recebe *pultis*.
 Se a terminação for como a de *consors* e *patiens*, ponha-se a sílaba *ti* antes do *-s* nos genitivos. Mas *iens* prefere *euntis*.
 Os derivados de *cor* requerem *-dis*,
 e também *glans* e *nefrens*; e ainda o derivado de *pendo* e *libra*⁶⁶, também *frons* na aceção de ‘folha’ e *lens* na aceção de ‘verme’.

O genitivo dos nomes terminados em *-bs* ou *-ps* forma-se inserindo um *i* no meio de ambas as consoantes, a exemplo de *Arabs Arabis*, *stirps stirpis* e dos restantes nomes que terminam de forma semelhante: e.g. *chalybs*, *urbs*, *trabs*, *cyclops*, *Dolops*, *hydrops*, *inops*, *Merops*. No entanto, *gryps* apresenta *gryphis*. Nos polissílabos com vogal *e* a preceder essas duas consoantes, muda-se essa vogal para *i* no genitivo, como em *caelebs caelibis*, *forceps forcipis*, *manceps*, *municeps*, *particeps* e semelhantes.

Os compostos do nome *caput* mudam o *a* para *i*: *occiput occipitis*, *sinciput sincipitis*.

Se os nomes terminam em *-ns* ou *-rs*, insere-se, no genitivo, entre aquelas duas consoantes, a sílaba *-ti*, como sucede em *frons frontis*, *lens lentis*, *Lars Lartis*, *Aruns Aruntis*, *Tyburns Tyburtis*. No entanto, *iens* apresenta *euntis*; e também os seus compostos, como *abiens*, *exiens*: *abeuntis*, *exeuntis*, etc.

No entanto, os compostos de *cor*, apesar de apresentarem uma terminação diferente do caso nominativo, mantêm, tal como o respetivo nome simples, *-dis* no genitivo: e.g. *concors*, *discors*, *concordis*, *discordis*. O mesmo se diga de *libripens*, composto de *pendo* e de *libra*, que apresenta *libripendis*.

-X gera *-cis*, no genitivo, mas acrescenta uma sílaba, como *audax audacis*. Terão *-gis* os nomes *grex*, *lelex*, *Dioryx*, *rex*, *biturix*, *lex*, *frux*, *aquilex*, *coniux*, *remix*, *Styx* e *Oryx*, *Syrinx*, *Sphinx*, *Iazyx*, *mastix*, *strix*, *Phryx* e *Phalax*, *coccyx*. Juntem-se *Iapyx*, *Allobrox* e alguns dos nomes de reis com a terminação *-orix*.

Polissílabos terminados em *-ex*, como *apex*, dão origem a genitivos em *-icis*. Excluem-se *ueruex*, *myrmex*, *hallex* e *resex*; acrescenta-se *senex senis*. *Nox* receba *noctis*.
Nix apresente *niuis*. *Supellex* dê a forma aumentada *-lectilis*.
 Os gregos como *Astyanax*, *Hipponax* mantêm *-actis*.

Quae in -x desinunt, ipso x adempto, -cis addunt genitiuo, ut *Aiux Aiucis*, *cornix cornicis*, *uoluox uoluocis*, *Pollux Pollucis*. Nonnulla tamen -gis accipiunt, ut *grex gregis*, *lelex lelegis*, *aquilex aquilegis*, *frux frugis*, *remex remigis*, *coniux [p. 215] coniugis*, *rex regis*, *Dioryx Diorygis*; *onyx uero*, *onychys*.^[1] Ex Graecis etiam -gis habent *Styx Stygis*, *oryx orygis*,^[2] *Sphinx sphingis*, *iazyx iazygis*, *stryx strygis*,^[3] *Phryx Phrygis*, *phalanx phalangis*, *iapyx iapygis*, *Allobrox Allobrogis*. Item regum quaedam nomina quorum rectus finitur in -orix, ut *Orgentorix Orgentorigis*, *Vercingetorix -origis* et similia.

Nomina in -x plurium syllabarum e nominatiui praecedens mutant in i, ut *codex codicis*, *uertex uerticis*, *uibex uibicis*. E tamen retinent illa quatuor: *ueruex ueruecis*, *resex reseccis*, *myrmex myrmecis*, *halex -ecis*. *Suppellex* uero, *suppellectilis*, duplici augetur incremento. *Astyanax* denique et *Hipponax* *Astyanactis* et *Hipponactis* habent.

Schol. 4.^[4] De positionibus tertiae declinationis

Si cui fortasse breuiore uidebimur, Prisc<ianum> adeat, qui de positionibus atque casibus interrogandi potissimum tertiae declinationis sextum librum, de caeteris uero casibus fere septimum scripsit accuratissime. Nos de iis tantum hic putauimus agendum quae non ita trita sunt et quotidiana. Iniuria enim fit praestantissimo^[5] magistro, usui, si de iis agas quae ad ipsum maxime spectant.

Turbo -onis nomen gladiatoris est. Horat., 2 *Serm.*, saty. 3: *Corpore maiorem rides Turbonis in armis / spiritum*.¹

Prisci *itiner itineris* dixerunt. Plaut., *Mercat.*: ...*quin tu ergo intiner exsequi meum me sinis?*² ibid.: *incoeptum hoc itiner perficere exsequar*.³ Sic Lucret., lib. 1, et Manil., lib. 1, prooemio. *Iter enim iteris* faciebat Neuius: *Ignoti iteris sumus*;⁴ Accius: ...*nam te longo itere cerno uadere*.⁵ Vide Non<ium> Marc<ellum>. Vetustissimi *ancipes*, *bicipes*, *praecipes* dicebant, unde supersunt genitiui *ancipitis*, *bicipitis*, *tricipitis*. Plaut., in *Commoriantibus*: *Saliam in puteum praecipes*.⁶

Idem *supellectilis* etiam nominandi casu dicebant. Cato, aduersus *Tyberium Sempronium*: *Si posset actio fieri de artibus tuis, quasi supellectilis solet*.⁷

¹Hor., *Sat.* 2,3,310-1 ²Plaut., *Merc.* 929 ³Plaut., *Merc.* 913 ⁴Neu., *Trag.* 33 ⁵Acc., *Trag.* 499 ⁶Plaut., *Boeot.* 1,1 / *Frag. comm.* 1,1 ⁷Cato, *Orat. frag.* 201, *apud* Prisc., *Inst.* 6 (*GLK* II 279).

^[1]'Dioryx' ... 'onychys' *E*¹ 'Biturix bituriginis', 'lex legis' *E*² ^[2]'orygis' *E*¹ 'origis' *E*² ^[3]'stryx stryginis' *E*¹ 'stryx striginis' *E*² ^[4]Schol. 4 ... 'pompholygem' dixerunt [p. 216] *E*¹ *om.* *E*² ^[5]praestantissimo *scrip.* praestantissimo *E*¹.

Os que terminam em *-x*, depois de retirado esse *-x*, acrescentam *-cis* no genitivo: *Aiax Aiacis*, *cornix cornicis*, *uolux uoluocis*, *Pollux Pollucis*. No entanto, alguns admitem *-gis*, como *grex gregis*, *lelex lelegis*, *Aquilex Aquilegis*, *frux frugis*, *remex remigis*, *coniux [p. 215] coniugis*, *rex regis*, *Dioryx Diorygis*; *Onyx*, porém, apresenta *onychys*. De entre os nomes gregos, também os seguintes apresentam *-gis*: *Styx Stygis*, *oryx orygis*, *Sphinx sphingis*, *iazyx iazygis*, *stryx strygis*, *Phryx Phrygis*, *phalanx phalangis*, *iapyx iapygis*, *Allobrox Allobrogis*; e ainda alguns nomes de reis cujo caso nominativo termina em *-orix*, como *Orgentorix Orgentorigis*, *Vercingetorix -origis* e outros semelhantes.

Nomes em *-x*, com mais do que uma sílaba, mudam o *e* que precede a terminação do nominativo para *i*, como *codex codicis*, *uertex uerticis*, *uibex uibicis*. Estes quatro nomes, porém, retêm esse *e*: *ueruex ueruecis*, *resex reseccis*, *myrmex myrmecis*, *halex -ecis*. *Suppellelex suppellectilis*, por sua vez, fica com mais duas sílabas. Por último, *Astyanax* e *Hipponax* apresentam *Astyanactis* e *Hipponactis*.

Escólio 4. Terminações da terceira declinação

Se, porventura, deixarmos a alguém a impressão de termos sido demasiado breves, recomendamos que consulte Prisciano, que, no seu sexto livro, escreveu, com o maior rigor, sobre as terminações e os casos genitivos, sobretudo da terceira declinação; sobre os restantes casos escreveu ao longo do livro sétimo. Quanto a nós, entendemos tratar apenas aqueles que não são tão usuais e quotidianos. Seria uma ofensa para o mais distinto mestre, o uso, tratar aqueles que mais lhe pertencem.

Turbo -onis é um nome de gladiador. Horácio, *Serm.* 2, sátira 3: *Corpore maiorem rides Turbonis in armis / spiritum*.

Os autores arcaicos escreveram *itiner itineris*. Plauto, *Mercat.*: *...quin tu ergo intiner exsequi meum me sinis?*; *ibid.*: *incoeptum hoc itiner perficere exsequar*. Também Lucrécio, liv. 1, e Manílio, liv. 1, no prómio⁶⁷. E Névio, a partir de *iter*, fazia *iteris*: *Ignoti iteris sumus*; Áccio: *... nam te longo itere cerno uadere*. Vide Nónio Marcelo. Os autores mais antigos escreviam *ancipes*, *bicipes*, *praecipes*; destes subsistem ainda os genitivos *ancipitis*, *bicipitis*, *tricipitis*. Plauto, em *Commorientes*: *Salam in puteum praecipes*.

Os mesmos autores escreviam ainda *supellectilis* no caso nominativo. Catão, em discurso contra Tibério Semprônio: *Si posset actio fieri de artibus tuis, quasi supellectilis solet*.

Gell., lib. 13, c. 21, ait Varronem *Nerienes* dixisse uocatiue; ex quo nominandi quoque casum eundem fieri necessum est.

Prisci *Anien*, ut Priscianus docet, dixerunt. Cato: *Non minus quam XV millibus Anien abest*;¹ Stat., *Sylu.* lib. 1, *Anien* et *Anienus* dixit: *Quas praeceps Anien atque exceptura natatus / uirgo iuuat*;² et pauco ante: *Ipse Anien (miranda fides) infraque superque / saxeus*;³ et ibid.: *Illis ipse antris Anienus fonte relicto* etc.⁴

Veteres, ut ait Quintil., lib. 1, c. 5: '*Palaemo*', '*Thelamo*' et '*Plato*' (*nam sic eum Cicero quoque appellat*) *pronunciabant, quia Latinum quod 'o' et 'n' literis finiretur non reperiabant*.⁵ Cicero, *Zeno Pro Muraena*,⁶ *Meno, Pro Fundanio*,⁷ *Xeno, in Frumentaria*,⁸ *Dexo, 7 Verr.*⁹ dixit, pro *Zenon, Menon, Xenon, Dexon*. Vide Priscian<um>.

Lars, rex *Veientium*, ut *Mars*, exit in *-tis, Lartis*. Liu. 4 *Ab Vrb.*: *Daturus quod Lars Tolumnius dedisset responderi iussit*;¹⁰ ibid.: *Ad Lartem Tolumnium, Veientium regem defecere*.¹¹ Apud Cic<eronem>, *Philip.* 9, pauci admodum cum *Manutio Lartes* casu recto legunt, attamen *Lar* ex antiquissimo codice complures alii malunt esse retinendum. Prisc., lib. 5, *Lar* putat esse rectum, sed id ex [p. 216] obliquis probat.

Tyburtis et *Tyburte* minus usitatum est quam *Tyburns*. Gell., lib. 19, c. 5: *In Tyburte rus concessimus*.¹²

Hepar hepatis Graecum est ἥπαρ.

Acer aceris arbor est. Plin., lib. 24, c. 8: *Aceris radix contusa iocinoris doloribus efficacissime imponitur*.¹³

Mulciber Mulciberis et *Mulciber Mulciberi*, et, imminuto uerbo, *Mulcibri*. Cic., 2 *Tusc.*, ex poeta Aeschylo: *Iouisque numen Mulcibri adsciuit manus*.¹⁴ Iambicus est trimeter. Apud Martianum Capellam, lib. 6, c. 1, plenum est: *Dispensiaque lini perflagrata cassum deuorante Mulcibero*.¹⁵

Iocinoris putat Prisc., lib. 6, a nominatiuo *iocinus* fieri, qui in uso non est. Plin., lib. 11, c. 37: *Bina iocinora leporibus circa Biletum*;¹⁶ ibid.: *Sex uictimarum iocinora reperta sunt*.¹⁷

Graeca in *-as* masculina faciunt *-antis* genitiuo; foeminina uero *-adis*, ut *lampas -adis*, quibus *Arcas* proprium uiri et gentile additur. Prisci Latini *Calchas* uel *Calcha -ae* declinabant. Plaut., *Menaech.*: *Nouistin tu illum?* ME: *Noui cum Calcha simul*.¹⁸

¹Cato, *Orat.* 74 apud Prisc. *Inst.* 6 (GLK II 208) ²Stat., *Silu.* 1,5,26 ³Stat., *Silu.* 1,3,20 ⁴Stat., *Silu.* 1,3,70 ⁵Quint, *Inst.* 1,5,60 ⁶Cic., *Mur.* 61 ⁷*Orationum deperditarum frag.* 5,2,1 ⁸Cic., *Verr.* 2,3,55, ⁹Cic., *Verr.* 2,5,108 et 2,5,128 ¹⁰Liu., *AVC* 4,58,7 ¹¹Liu., *AVC* 4,17,1 ¹²Gell., *NA* 19,5,1 ¹³Plin., *Nat.* 24,46,9 ¹⁴Cic., *Tusc.* 2,23 ¹⁵Mart. Cap., *Nupt.* 6,576 ¹⁶Plin., *Nat.* 11,190 ¹⁷Plin., *Nat.* 11,190 ¹⁸Plaut., *Men.* 748.

Gélio, liv. 13, c. 21⁶⁸, afirma que Varrão escreveu *Nerienes* como vocativo, forma da qual se fará necessariamente um nominativo igual.

Os autores arcaicos escreveram *Anien*, segundo afirma Prisciano⁶⁹. Catão: *Non minus quam XV millibus Anien abest*; Estácio, *Sylu.* liv. 1, escreveu tanto *Anien* como *Anienus*: *Quas praeceps Anien atque exceptura natatus / uirgo iuuat*; e um pouco antes: *Ipse Anien (miranda fides) infraque superque / saxeus*; e no mesmo passo: *Illis ipse antris Anienus fonte relicto* etc.

Os Antigos, conforme diz Quintiliano, liv. 1, c. 5, «pronunciavam *Palaemo*, *Thelamo* e *Plato* (Cícero também o denominava assim⁷⁰), porque não reconheciam como latino um nome que terminasse nas letras *-on*.» Cícero, em *Pro Muraena*, escreveu *Zeno*, em *Pro Fundanio*, *Meno*, em *Frumentaria*⁷¹, *Xeno*, e, em *Verr.* 7, *Dexo* (em vez de *Zenon*, *Menon*, *Xenon*, *Dexon*. Vide Prisciano⁷²).

Lars, rei dos Veientes, tal como *Mars*, termina em *-tis*⁷³: *Lartis*. Lívio, *Ab Urb.* 4: *Daturos quod Lars Tolumnius dedisset responderi iussit*; *ibid.*: *Ad Lartem Tolumnium, Veientium regem defecere*. Em Cícero, *Philip.* 9, muito poucos editores leem, seguindo Manúcio, *Lartes* no caso nominativo; todavia a maioria afirma que a lição *Lar*, procedente de um antiquíssimo códice, deve ser mantida. Prisciano, liv. 5, considera que o caso nominativo é *Lar*, mas [p. 216] prova-o a partir dos casos oblíquos⁷⁴.

Tybertis e *Tyburte* são menos usados do que *Tyburs*. Gélio, liv. 19, c. 5: *In Tyburte rus concessimus*.

Hepar hepatis é o nome grego ἥπαρ.

Acer aceris é uma árvore. Plínio, liv. 24, c. 8: *Aceris radix contusa iocinoris doloribus efficacissime imponitur*.

Mulciber Mulciberis e *Mulciber Mulciberi* ou, na forma sincopada, *Mulcibri*. Cícero, *Tusc.* 2, citando o poeta Ésquilo: *Iouisque numen Mulcibri adsciuit manus* (este verso é um trímetro iâmbico⁷⁵). Em Marciano Capela, liv. 6, c. 1, encontra-se a forma plena: *Dispendiaque lini perflagrata cassum deuorante Mulcibero*.

Iocinoris, considera Prisciano, liv. 6, que se forma a partir do nominativo *iocinus*, que não se encontra em uso⁷⁶. Plínio, liv. 11, c. 37: *Bina iocinora leporibus circa Briletum*; *ibid.*: *Sex uictimarum iocinora reperta sunt*.

Nomes gregos masculinos em *-as* fazem o genitivo em *antis*; mas os femininos fazem-no em *-adis*, como *lampas lampadis*; nesta regra inclui-se *Arcas*, nome próprio de homem e gentílico. O latim arcaico declinava *Calchas* ou *Calcha -ae*. Plauto, *Menaech.*: *Nouistin tu illum? ME: Noui cum Calcha simul*.

De *Chremes*, *Laches* et aliis huius generis uide scholium 2 in primam declinationem.

Graeco genitio in *-dos* frequenter utuntur poetae. Ouid., 2 *Met.*: *Nexilibusque plagis syluas Erymanthidos ambit*;¹ *ibid.*, 1: *Nec superum rector mala tanta Phoronidos ultra / ferre potest*;² Stat., 12^[1] *Theb.*: ... *immites citius Busiridos aras*.³ Caeteris, rarius. Idem, *Achill.* 1: ... *sonantibus antris / Tethyos aduersae*;⁴ Mart., in Amphitheatro: *Et quem supremae Tethyos unda ferit*.⁵

Prisci *Calyponis*, *Ionis* declinabant. Vide Priscianum, lib. 6. Posterii, *Calypsus*, *Ionus*, *Mantus*. Virg., 10: *Fatidicae Mantus et Tusci filius amnis*.⁶ Qua de re sic Quintil., lib. 1, c. 5: *Nunc recentiores instituerunt Graecis nominibus Graecas declinationes potius dare. <...> Mihi autem placet Latinam rationem sequi, quousque patitur decor. Neque enim iam 'Calyponem' dixerim ut 'Iunonem', quamquam secutus antiquos C. Caesar utitur hac ratione declinandi; sed auctoritatem consuetudo superauit*.⁷ Haec ille. Iustinus, lib. 11, genitio *Didonis* usus est: *Augebat [inquit] Tyriis animos Didonis exemplum*.⁸

Io in ablatiuo Propert., lib. 2, eleg. 30: *Vt Semele est combustus, ut est deperditus Io*.⁹ *Ionem* intelligit.

Sappho in eodem casu est apud Plinium, lib. 23, c. 8: *Ob hoc et Phaonem / Lesbium dilectum a Sappho*.¹⁰

Dandi casum per *-o* exeuntem similiter usurpare licebit, quamuis exempla desiderentur. Graeco datiuo usus est Virg., 4 *Eclog.*: *Non me carminibus uincet nec Thracius Orpheus / nec Linus, huic mater quamuis atque huic pater adsit, / Orphei Calliopeia, Lino formosus Apollo*.¹¹ *Orphei* plenus est datiuus et trium syllabarum, *Orphei* siue *Orphei* imminutus et contractus; *e* enim et *i* literae in diphthongum *ei* contractae sunt.

Graeca *larynx*, *meninx*, *pharynx*, *spelynx* *-gis* assumunt in genitio; apud Latinos inusitata sunt. *lynx* *iyngis*, *ortyx* *ortygis*, *pompholyx* *-igis* inuenies apud Plinium, lib. 11, c. 46. *lynx* *sola utrinque binos habet*; lib. 21, c. 17: *Stelephuros, quam quidam 'ortyga' uocant*; lib. 34, c. 13: *Aliqui id, quod sit candidum, 'pompholygem' dixerunt*.^[2]

¹Ou., *Met.* 2,499 ²Ou., *Met.* 1,668-9 ³Stat., *Theb.* 12,155 ⁴Stat., *Ach.* 1,540-1 ⁵Mart., *Spect.* 3,6 ⁶Verg., *Aen.* 10,199 ⁷Quint., *Inst.* 1,5,63 ⁸Iust., *Epit.* 11,10,13,100 ⁹Prop., *Eleg.* 2,30b,20 ¹⁰Plin., *Nat.* 22,20 ¹¹Verg., *Ecl.* 4,55-7 ¹²Plin., *Nat.* 11,256 ¹³Plin., *Nat.* 21,101 ¹⁴Plin., *Nat.* 34,128.

^[1]12 *scrip.* 2 *E'* ^[2]Schol. 4 [p. 215] ... 'pompholygem' dixerunt *E'* om. *E'* .

Sobre *Chremes*, *Laches* e outros do mesmo tipo, vide o escólio 2 à primeira declinação.

Os poetas usam frequentemente o genitivo grego em *-dos*. Ovídio, *Met.* 2: *Nexilibusque plagis sylvas Erymanthidos ambit*; *ibid.*, 1: *Nec superum rector mala tanta Phoronidos ultra / ferre potest*; Estácio, *Theb.* 12: ... *immites citius Busiridos aras*. As restantes formas usam-nas mais raramente. Idem, *Achill.* 1: ... *sonantibus antris / Tethyos aduersae*; Marcial, em *Anfiteatro*⁷⁷: *Et quem supremæ Tethyos unda ferit*.

Os autores arcaicos declinavam *Calypsonis* e *Ionis*. Vide Prisciano, liv. 6⁷⁸. Autores posteriores declinam *Calypsus*, *Ionus*, *Mantus*. Virgílio, 10: *Fatidicæ Mantus et Tusci filius amnis*. Sobre essa questão, Quintiliano, liv. 1, c. 5, diz o seguinte: «Agora, autores mais recentes estabeleceram que, de preferência, se devem dar declinações gregas aos nomes gregos. [...] Eu, contudo, prefiro seguir a forma latina, tanto quanto o permita o decoro. Com efeito, eu jamais diria *Calypsonem* (a exemplo de *Iunonem*), embora C. César, seguindo os Antigos, tenha usado essa forma de declinação; o costume, todavia, superou a autoridade.» São estas as suas palavras. Justino, liv. 11, usou o genitivo *Didonis*: *Augebat [escreve] Tyriis animos Didonis exemplum*.

Io, no ablativo, escreve-o Propércio, liv. 2, elegia 30: *Vt Semele est combustus, ut est deperditus Io*. Propércio teve em mente *Ion*.

Sappho, no mesmo caso, encontra-se em Plínio, liv. 23, c. 8: *Ob hoc et Phaonem / Lesbium dilectum a Sappho*.

Da mesma forma, será lícito usar o caso dativo terminado em *-o*, embora faltem exemplos. O dativo grego é usado por Virgílio, *Eclog.* 4: *Non me carminibus uincet nec Thracius Orpheus / nec Linus, huic mater quamuis atque huic pater adsit, / Orphei⁷⁹ Calliopeia, Lino formosus Apollo*. *Orphei* é um dativo pleno, com três sílabas; *Orphei* (ou *Orphei*) é a forma diminuída ou contracta, já que as letras *e* e *i* foram contraídas no ditongo *ei*.

Os nomes gregos *larynx*, *meninx*, *pharynx*, *spelynx* recebem *-gis* no genitivo; em latim são raros. *Lynx iynxis*, *ortyx ortygis*, *pompholyx -igis* encontra-los em Plínio, liv. 11, c. 46. *Lynx sola utrinque binos habet*; liv. 21, c. 17: *Stelephuros, quam quidam 'ortyga' uocant*; liv. 34, c. 13: *Aliqui id, quod sit candidum, 'pompholygem' dixere*.

[p. 217] Accusatiuus

Exit in *-em* quartus. Petit *-im* sibi *rauis amussis*,
uis, tussis, cucumis, buris, sitis atque *securis*.
 Sed *nauis, puppis, febris*, cum *cannabe turris*,
 et *restis, clauis, peluis* meruistis utrumque.

Accusatiuus exit in *-em*, ut *sermonem*. *Buris, cucumis* et caetera in *-im* exeunt. *Nauis, puppis* et caetera in *-em* uel *-im* terminantur.

Accusatiuus Graecus^[1]

Quartus in *-a* fiet, ueluti *Calchanta* Pelasgum.
-Is Danaum finita, quibus finxere Latini
 aequales recto patrios, uelut *haeresis*^[2] audent
-in Graecum quarto, siue *-im*, perhibere Latinum.
-Yn^[3] tamen extremum *-ys* finita frequentius optant,
 sicut *halys*, quod fecit *halyn*, sic *Tethys* et *Atys*.

Graecus accusatiuus in *-a* exit, ut *Hectora, Calchanta*,^[4] *aëra, aethera*.

Graeca foeminina *-o* litera finita habent accusatiuum similem nominatiuo, ut *Manto, Calypso, Alecto, Argo, Clotho, Sappho, Echo*.

Graeca *-is* syllaba finita quae apud Latinos genitiuum habent similem nominatiuo, hoc est, quorum genitiuus apud Graecos in *-os* exit, nulla praecedente consonante, accusatiuo faciunt *-in* Graece, uel *-im*, Latine, ut *Charybdis Charybdim* uel *Charybdim*, *haeresis haeresin* uel *haeresim*.^[5]

-Ys finita frequentius in^[6] *-yn* quam in *-ym* exeunt, ut *Tethys Tethyn, Cotys Cotyn, Halys Halyn* uel *Halym*.

Accipiunt triplicem patrio crescentia quartum,
 quorum extrema tono minime signastis Achiui;
 idque *Isis, Paris, Iris* habent, cum *Daphnide Thyrsis*.

Quae uero genitiuo crescunt neque accentum habent in ultima in *-in* uel *-im* uel *-em* exeunt, ut *Paris Paridis, Parin* uel *Parim* uel *Paridem, Iris Iridis, Irin* uel *Irim* uel *Iridem, Isis Isidis, Isin* uel *Isim* uel *Isidem*; quae etiam in *-a* apud Graecos exeunt, ut *Parida*, etc.^[7]

^[1]Accusatiuus Graecus *E²* om. *E¹* ^[2]uelut 'haeresis' *E¹* uel 'epenthesis' *E²* ^[3]'Yn' *E¹* 'In' *E²*
^[4]'Calchanta' *E¹* 'Calchan' *E²* ^[5]'haeresis' ... 'haeresim' *E¹* om. *E²* ^[6]in *E¹* in in *E²* ^[7]etc.
E¹ 'Irida', 'Isida', etc. *E²*.

[p. 217] Acusativo

Termina em *-em* o acusativo. *Rauis, amussis, uis, tussis, cucumis, buris, sitis* e *securis* pedem *-im*.
Mas, *nauis, puppis, febris, cannabis, turris, restis, clauis* e *peluis*, vós merecesteis ambas as terminações.

O acusativo termina em *-em*: e.g. *sermonem*. *Buris, cucumis* e restantes⁸⁰ terminam em *-im*. *Nauis, puppis* e restantes terminam em *-em* ou em *-im*.

Acusativo grego

O acusativo dos nomes gregos faz-se em *-a*, como *Calchanta*.
Os nomes dos Dânaos terminados em *-is*, para os quais o latim formou genitivos iguais ao nominativo, como *haeresis*, ousam apresentar, no acusativo, a terminação grega *-in* ou a latina *-im*.
Os terminados em *-ys* preferem com mais frequência *-yn* final, como *halys*, que deu *halyn*, e também *Tethys* e *Atys*.

O acusativo grego termina em *-a*: e.g. *Hectora, Calchanta, aëra, aethera*.

Os nomes gregos femininos terminados na letra *-o* apresentam um acusativo igual ao nominativo: e.g. *Manto, Calypso, Alecto, Argo, Clotho, Sappho, Echo*.

Nomes gregos terminados na sílaba *-is* que, em latim, apresentam um genitivo igual ao nominativo, isto é, cujo genitivo em grego termina em *-os* sem qualquer consoante a precedê-lo⁸¹, fazem um acusativo grego em *-in* ou um latino em *-im*: e.g. *Charybdis Charybdin* ou *Charybdim, haeresis haeresin* ou *haeresim*.

Nomes em *-ys* terminam com mais frequência em *-yn* do que em *-ym*: e.g. *Tethys Tethyn, Cotys Cotyn, Halys Halyn* ou *Halym*.

Têm três formas de acusativo os que aumentam uma sílaba no genitivo, a última das quais, vós, ó Aqueus, não assinalastes com acento; têm essas três formas *Isis, Paris, Iris, Thyrsis* e *Daphnis*.

Os nomes que aumentam no genitivo e não têm acento na última sílaba terminam no acusativo em *-in, -im* ou *-em*, como *Paris Paridis, Parin, Parim* ou *Paridem, Iris Iridis, Irin, Irim* ou *Iridem; Isis Isidis, Isin, Isim* ou *Isidem*; em grego, estes nomes também terminam em *-a*, como *Parida*, etc.

Schol. 5.^[1] De Latinis et Graecis accusatiui positionibus

Cucumis, quando *cucumis* facit genitiuo, habet *cucumim*. Plin., lib. 20, c. 1: *Aliqui etiam ab eo scorpionum*^[2] *cucumim* uocant efficacissimum contra *scorpionum* ictus;¹ *ibid.*, ...*cucumim syluestrem esse diximus, multo infra magnitudinem satiui*;² lib. 19, c. 11, *cucumi* datiuum inuenies.³

Plaut., *Aulul.*: ...*ad rauim poscas prius*;⁴ *idem*, *Cistel.*: *Expurgabo hercle omnia ad raucam rauim*.⁵

Turris frequentius *turrim*, per tertiam uocalem, facit quam per secundam, *turrem*. Interrogatus Probus dicendum ne esset *turrim* an *turrem*, respondit interrogandam esse aurem. Vide Gell<ium>, lib. 13, c. 19. Caes., 2 *Bel. Ciuil.*: *Quem a turri lateritia ad hostium turrim murumque perducerent*;⁶ *ibid.*: *Circum turrim*;⁷ paulo post: *Ad turrim hostium*;⁸ sic *ibid.* saepius. *Idem*, 2 *Bel. Gall.*: *Tanti oneris turrim in muros sese collocare confiderent*;⁹ Virg., 2 *Aen.*: *Turrim in praecipiti stantem*.¹⁰ *Turrem* raro apud Caes<arem> inuenies, 2 *Bel. Ciuil.*: *Maiori cum fiducia ad alteram turrem aggeremque eruptione pugnaverunt*;¹¹ Vitruu., lib. 10, c. 19: *Maiorem uero turrem altam cubitorum CXX*.¹² Sic bis eodem loco. Multo tamen [p. 218] usitatius et elegantius est *turrim* et *turri* quam *turrem*, *turre*.

Securem per *e* nondum inueni; *securim*, frequenter apud Ciceronem aliosque probatos auctores. Non enim ubique *securem* inuenias, ut quidam praecepit; nam Virg., 11 *Aen.*, ...*aeratam quatiens Tarpeia securim*¹³ dixit, non *securem*; ut paulo inferius: ...*perque ossa securim*;¹⁴ et 2 *Aen.*: ...*insertam excussit ceruice securim*.¹⁵

Febrim inuenies apud Plaut<um>, in *Pseud.*,¹⁶ et Cic., lib. 7, ad Gallum,¹⁷ et 14, ad Terentiam,¹⁸ Sueton., in Tito, c. 10,¹⁹ et Horat., 2 *Serm.*, saty. 3.²⁰ *Febrem*, per *e* multo usitatius est. Martial, lib. 5: *Non habui febrem, Symache, nunc habeo*;²¹ Cic., *De fato*: *Febrem is non habet*;²² Quintil., lib. 2, c. 16: *Febrem quiete et abstinentia mitigauit*.²³

Accusatiuus *peluim* est apud Catonem, cap. 11, *De re rust.*: *Peluim unam* etc.²⁴ At *peluem*, per secundam uocalem, bis apud Cels<um>, lib. 6, c. 9: *Tum, inquit, in peluem candentes silices demitti*;²⁵ et lib. 4, c. 24: *Deinde in peluem coniiicere*.²⁶ Ablatiuum *pelue* itidem per *e* *idem* ipse, lib. 4, c. 17, extulit;²⁷ ab aliis per *i* effertur utrobique. Plin., lib. 31, c.3: *Loco peruncta pelui aerea cooperto*.²⁸

¹Plin., *Nat.* 20,8 ²Plin., *Nat.* 20,3 ³Plin., *Nat.* 19,181 ⁴Plaut., *Aul.* 336 ⁵Plaut., *Cist.* 304 ⁶Caes., *Ciu.* 2,10,1 ⁷Caes., *Ciu.* 2,9,5 ⁸Caes., *Ciu.* 2,10,7 ⁹Caes., *Gal.* 2,30,4 ¹⁰Verg., *Aen.* 2,460 ¹¹Caes., *Ciu.* 2,14,5 ¹²Vitr., *Arch.* 10,13,5 ¹³Verg., *Aen.* 11,656 ¹⁴Verg., *Aen.* 11,656 ¹⁵Verg., *Aen.* 2,224 ¹⁶Plaut., *Ps.* 643 ¹⁷Cic., *Fam.* 7,26,1 ¹⁸Cic., *Fam.* 14,8,1 ¹⁹Suet., *VC Tit.*, 10,1 ²⁰Hor., *Sat.* 2,3,294 ²¹Mart., *Epig.* 5,9,4 ²²Cic., *Fat.* 15 ²³Quint., *Inst.* 2,17,9 ²⁴Cato, *Agr.* 11,3 ²⁵Cels., *Med.* 6,9,7 ²⁶Cels., *Med.* 4,31,4 ²⁷Cels., *Med.* 4,24,2 ²⁸Plin., *Nat.* 31,46.

[¹Schol. 5 ... 'titanida Tethyn' E'] om. E² [²'scorpionum' scrip.] 'scorpionium' E¹.

Escólio 5. Terminações latinas e gregas do acusativo

Cucumis, quando faz *cucumis* no genitivo⁸², apresenta *cucumim* no acusativo. Plínio, liv. 20, c. 1: *Aliqui etiam ab eo scorpionum cucumim uocant efficacissimum contra scorpionum ictus*; *ibid.*, ...*cucumim syluestrem esse diximus, multo infra magnitudinem satiui*; no liv. 19, c. 11, encontrarás *cucumi* no dativo.

Plauto, *Aulul.*: ...*ad rauim poscas prius*; *idem*, *Cistel.*: *Expurgabo hercle omnia ad raucam rauim*.

Turris apresenta mais frequentemente *turrim*, com a terceira vogal, do que *turrem*, com a segunda. Probo, quando questionado sobre se se deveria dizer *turrim* ou *turrem*, respondeu que se deveria perguntar ao ouvido. Vide Gélio, liv. 13, c. 19⁸³. César, *Bel. Ciuil.* 2: *Quem a turri lateritia ad hostium turrim murumque perducerent*; *ibid.*: *Circum turrim*; um pouco depois: *Ad turrim hostium*; assim ocorre frequentemente nessa obra. *Idem*, *Bel. Gall.* 2: *Tanti oneris turrim in muros sese collocare confiderent*; Virgílio, *Aen.* 2: *Turrim in praecipiti stantem*. Em César, raramente encontrarás *turrem*: *Bel. Ciuil.* 2, *Maiori cum fiducia ad alteram turrem aggeremque eruptione pugnauerunt*. Vitrúvio, liv. 10, c. 19: *Maiorem uero turrem altam cubitorum CXX*. Nesse mesmo passo, encontra-se assim duas vezes. Contudo, [p. 218] *turrim* e *turri* são muito mais usuais e elegantes do que *turrem* e *turre*.

Securem, com *e*, ainda não o encontrei; *securim* é frequente em Cícero e em outros autores de referência. Na verdade, não encontrarás invariavelmente *securem*, como alguém ensina; de facto, Virgílio, *Aen.* 11, escreve ...*aeratam quatiens Tarpeia securim*, e não *securem*; e um pouco mais abaixo: ...*perque ossa securim*; e ainda, em *Aen.* 2: ...*insertam excussit ceruice securim*.

Febrim, poderás encontrá-lo em Plauto, *Pseud.*, e em Cícero, liv. 7, carta a Galo, e liv. 14, carta a Terência; em Suetónio, *Titus*, c. 10, e em Horácio, *Serm.* 2, sátira 3. *Febrem*, com *e*, é muito mais usual. Marcial, liv. 5: *Non habui febrem, Symache, nunc habeo*; Cícero, *De fato*: *Febrem is non habet*; Quintiliano, liv. 2, c. 16: *Febrem quiete et abstinentia mitigauit*.

O acusativo *peluim* encontra-se em Catão, *De re rust.*, c. 11: *Peluim unam* etc. Mas *peluem*, com a segunda vogal, encontra-se duas vezes em Celso, liv. 6, c. 9: *Tum in peluem candentes silices demitti*; e no liv. 4, c. 24: *Deinde in peluem conicere*. O ablativo *pelue*, também com essa vogal *e*, foi novamente escrito pelo mesmo autor, no livro 4, c. 17; outros autores escrevem-no sempre com *i*. Plínio, liv. 31, c. 3: *Loco peruncta pelui aerea cooperto*.

Puppim, nauim non solum per tertiam uocalem, ut praecipit Donatus, 2 edit., sed etiam per secundam reperiuntur. Stat., 2 *Sylu.*: ...*nec unquam / emeritam in nostras puppem demitte procellas*;¹ Lucan., 4: *Primum cana salix madefacto robore paruam / texitur in puppem*;² Cic., 4 *De fin.*: *Si palarum nauem euerit*.³ *Nauem* frequentissimum est; *puppem*, rarius.

Clauim. Plaut., *Mostel.*: ...*clauim mihi harumce aedium Laconicam / iam iube efferrī intus*;⁴ Tibull., lib. 2, *clauem*,⁵ per secundam uocalem, dixit; Terent., *Phorm.*: *Ad restim mihi quidem res rediit planissime*;⁶ idem, *Adelph.*: *Tu inter eas restim ductans saltabis*;⁷ Plin., lib. 17, c. 10: *Eaque intrita restem circumlini*.⁸

Aqualim per tertiam uocalem est apud Plaut<um> in *Curcul*.⁹

Bipennim nondum legi. Virg., 11, *bipennem* dixit: *Nunc ualidam dextra rapit indefessa bipennem*;¹⁰ Ouid., 8 *Met.*: ...*saeuamque inhibere bipennem*.¹¹

Lentim, per *i*, Cato, *De re rust.*, c. 116,¹² extulit; idem, cap. 17, et Colum, lib. 2, c. 10.¹³

Sementim, messim et cratim, Plaut., in *Poenulo*.¹⁴

Graecus accusatiuus in *-a* frequens est, maxime apud poetas. Virg., *Aen.* 1: *Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros*;¹⁵ Varro, *De re rust.*, lib. 3, c. 2, *Ornithona*¹⁶ dixit; Sueton., in Neron<e>, c. 2,¹⁷ Plin., ad Sempronium, lib. 4, *agona*;¹⁸ idem, lib. 6, ad Fundanum, *aera salubrem*;¹⁹ Senec., *Nat. quaest.*, lib. 5: *Sol matutinum aera spisum tenuat*;²⁰ idem *aethera* usurpauit;²¹ Curt., lib. 4: *Sidona deuecti sunt*;²² Liu., *Bel. Pun.* 10, *Tuneta*,²³ sed *Tunetem* saepius; Cic., *Ad Att.* 14, *tyrannida*²⁴ pro *tyrannidem* dixit; Virg., *Aen.* 7: *Luctificam Alecto dirarum ab sede sororum / infernisque ciet tenebris*;²⁵ Plin., lib. 16, c. 44: *Argis olea nunc etiam durare dicitur, ad quam Io in uaccam mutatam Argus alligauerit*;²⁶ Ouid., *Epist.*: *Cur unquam Colchi Magnesida uidimus Argo*?²⁷

Graeca *-is* syllaba finita quorum genitiuus exit in *-os*, syllabam puram, hoc est, nulla praecedente consonante, fere apud Latinos genitiuum similem habent nominatiuo, ut *genesis, haeresis, [p. 219] Neapolis, Charybdis, geneleos, haereseos, Neapoleos, Charybdeos* Graece; at Latine, *genesis, haeresis, Neapolis, Charybdis*, et faciunt accusatiuo *-in* uel *-im*. Cic., 3 *De orat.*: *Deinde uidendum est ne longe simile sit ductum: 'Syrтим' patrimonii,*

¹Stat., *Silu.* 2,2,141-2 ²Lucan., *BC* 4,131-2 ³Cic., *Fin.* 4,76 ⁴Plaut., *Most.* 404-5 ⁵Tib., *Eleg.* 2,4,31 ⁶Ter., *Phorm.* 686 ⁷Ter., *Ad.* 752 ⁸Plin., *Nat.* 17,62 ⁹Plaut., *Curc.* 312 ¹⁰Verg., *Aen.* 11,651 ¹¹Ou., *Met.* 8,766 ¹²Cato, *Agr.* 116,1 (*ter*) ¹³Colum., *RR.* 2,10,15 et 2,10,16 ¹⁴Plaut., *Poen.* 1019, 1025 ¹⁵Verg., *Aen.* 1,483 ¹⁶Varro, *Rust.* 3,2,3 ¹⁷Suet., *VC Nero*, 21,1 et 23,1 ¹⁸Plin., *Epist.* 4,22,3 et 4,22,13 ¹⁹Plin., *Epist.* 5,19,7 ²⁰Sen., *Nat.* 5,3,3 ²¹Sen., *Phaed.* 524 et 848; *Herc. Oet.* 1121; *Nat.* 1,15,1 ²²Curt., *Alex.* 4,4,15 ²³Liu., *AVC* 30,9,10 et 30,16,1 ²⁴Cic., *Att.* 14,14,2 ²⁵Verg., *Aen.* 7,324-5 ²⁶Plin., *Nat.* 16,239 ²⁷Ou., *Her.* 12,9.

Puppim e *nauim* encontram-se não apenas com a terceira vogal, como ensina Donato, na *Secunda Editio*⁸⁴, mas também com a segunda. Estácio, *Sylu.* 2: *...nec unquam / emeritam in nostras puppem demitte procellas*; Lucano, 4: *Primum cana salix madefacto robore paruum / textitur in puppem*; Cícero, *De fin.* 4: *Si palearum nauem euertit. Nauem* é frequentíssimo; *puppem* é mais raro.

Clauim. Plauto, *Mostel.*: *...clauim mihi harumce aedium Laconicam / iam iube efferrī intus*; Tibulo, liv. 2, escreve *clauem* com a segunda vogal; Terêncio, *Phorm.*: *Ad restim mihi quidem res rediit planissime*; idem, *Adelph.*: *Tu inter eas restim ductans saltabis*; Plínio, liv. 17, c. 10: *Eaque intrita restem circumlini*.

Aqualim, com a terceira vogal, encontra-se em Plauto, em *Curcul*.

Bipennim ainda não o encontrei. Virgílio, 11, escreve *bipennem*: *Nunc ualidam dextra rapit indefessa bipennem*; Ovídio, *Met.* 8: *...saeuamque inhibere bipennem*.

Lentim, com *i*, escreve-o Catão, *De re rust.*, c. 116; idem, c. 17, e Columela, liv. 2, c. 10.

Sementim, *messim* e *cratim* encontram-se em Plauto, em *Poenulus*.

O acusativo grego em *-a* é frequente, principalmente nos poetas. Virgílio, *Aen.* 1: *Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros*; Varrão, *De re rust.*, liv. 3, c. 2, escreve *Ornithona*; Suetônio, em *Nero*, c. 2, e Plínio-o-Moço, em carta a Semprônio, liv. 4, escrevem *agona*; idem, liv. 6, em carta a Fundano, *aera salubrem*; Séneca, *Nat. quaest.*, liv. 5: *Sol matutinum aera spisum tenuat*; o mesmo autor usou *aethera*; Cúrcio, liv. 4: *Sidona deuecti sunt*; Lívio, *Bel. Pun.* 10, escreve *Tuneta*, mas *Tunetem* ocorre mais frequentemente; Cícero, *Ad Att.* 14, escreve *tyrannida* em vez de *tyrannidem*; Virgílio, *Aen.* 7: *Luctificam Alecto dirarum ab sede sororum / infernisque ciet tenebris*; Plínio-o-Velho, liv. 16, c. 44: *Argis olea nunc etiam durare dicitur, ad quam Io in uaccam mutatam Argus alligauerit*; Ovídio, *Epist.*: *Cur unquam Colchi Magnesida uidimus Argo?*

Os nomes gregos terminados na sílaba *-is*, cujo genitivo termina em *-os*, sílaba pura⁸⁵, isto é, sem nenhuma consoante a precedê-la, têm quase sempre em latim um genitivo igual ao nominativo. Em grego *genesis*, *haeresis*, [p. 219] *Neapolis*, *Charybdis* têm os genitivos *geneseos*, *haereseos*, *Neapoleos*, *Charybdeos*), ao passo que, em latim, têm os genitivos *genesis*, *haeresis*, *Neapolis*, *Charybdis*; e, além disso, fazem o acusativo em *-in* ou *-im*. Cícero, *De orat.* 3: *Deinde uidendum est ne longe simile sit ductum: 'Syrtim' patrimonii, 'scopulum' libentius dixerim; 'Charybdim' bonorum, 'uoraginem'*

'scopulum' libentius dixerim; 'Charybdim' bonorum, 'uoraginem' potius;¹ idem, 2 Philip.: *Quae Charybdis tam uorax? Charybdim dico?*;² Ouid., lib. 4, *De ponto: Nec potes infestis conferre Charybdin Achaeis.*³

Quae in -ys, per -y, exeunt etiam pure declinantur Latine, ut *Capys Capyis, Cotys Cotyis*. Liu., lib. 4, dec. 3: *Capuamque ab duce eorum Capye uel (quod propius uero est) a campestri agro appellatam*;⁴ idem, lib. 2, dec. 5: *Ipsa cum Cotye Thessalonicam est profectus*.⁵ Sic Tacit., lib. 2,⁶ et *Coty* datiuo saepe. Idem Liu., ibid.: *Eo fama affertur Atlesbim, regulum Thracum, in Cotyis fines impetum fecisse*;⁷ idem tamen, lib. 1 *Ab Vrb., Aty, Capy*, sexto casu dixit: *Latino Alba ortus: Alba Atys, Aty Capys, Capy Capetus*;⁸ Catullus *Tethyi a Tethys Tethyis uel Tethyos* usus est: *Luce tamen canae Tethyi restitutor*.⁹

Accusatiuum in -yn saepe apud eundem Liu<ium> leges lib. 8, dec. 4: *Sedem ipsi sibi circa Halyn flumen ceperunt*;¹⁰ idem, lib. 2, dec. 5: *Itaque dimittendum Cotyn ad sua tuenda etc.*;¹¹ Cic., 2 *De diu.*, *Halym* dixit: *Croesus Halym penetrans magnam peruertet opum uim*;¹² Liu., ibid., lib. 4: *Ea die ad annem Mityn processit*.¹³

Ea uero quorum genitiuus in -os syllabam impuram exit, hoc est, praecedente consonante, apud Latinos genitiuo crescunt, ut *Paris -idis, Daphnis -idis*, quae et Latine declinantur, et Graece a poetis praecipue. Cic., ad Octau<ium>: *At te fata patriae Paridem futurum praedicabant*;¹⁴ Virg., 10: *...et face praegnans / Cisseis regina Parim creat*;¹⁵ Ouid., 13 *Met.*: *Accusoque Parim*;¹⁶ Virg., 7 *Eclog.*: *Haec memini, et uictum frustra contendere Thyrsim*;¹⁷ ibid.: *Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum*;¹⁸ idem, 5 et 8, semper per *n Daphnin* dicit. Declinat etiam Latine: *...ego hanc in Daphnide laurum*.¹⁹ Propert., lib. 2, de Virg<ilii> laudib<us>: *Tu canis etc. Thyrsin et attritis Daphnin arundinibus*.²⁰

Os participios, defende Sérvio, *In Donatum*¹⁰⁵, terminam na letra *-e*; todavia, não raramente leem-se com *-i*, sobretudo quando passam a nomes. Columela, *De arbor.*: *Radicem arundinis acuta falce praefectam impendenti pluuiam disponito*; *idem*, *liv.* 11, c. 3: *Beta florenti punico malo semine obruitur*; Catão, *De re rust.*, c. 29: *Euehito luna silenti*; Varrão, *De re rust.*, *liv.* 3, a respeito dos Gauleses: *Palea rubra subalbicanti*; Plauto; *Menaech.*: *Fecisti funus absenti me prandio*; Virgílio, *Georg.* 2: *...cum uere rubenti / candida uenit auis*; Lucano, *liv.* 10: *...facie Spartana nocenti*; *idem*, *liv.* 7: *Sed quota pars cladis iaculis ferroque uolanti / exacta est*; *idem*, *liv.* 4: *Nec gerit expositum telis in fronte patenti / remigium*; Lucrécio, *liv.* 2: *...ostroque rubenti / iacteris*; Cícero, *De nat.* 2: *Huic equus ille iubam quatiens fulgore micanti*; *ibid.*, *At prope se Aquila ardenti cum corpore portat*; *idem*, *De diu.* 1: *...uates oracla furenti pectora fundebat*; *ibid.*: *...subito stellanti nocte perempta est*; *ibid.*: *Vel legum exitium constanti lege ferebant*; e *liv.* 2: *...fidenti uoce locutus*; *ibid.*, *Luce serenanti uitalia lumina liquit*; e igualmente, no *De orat.* 2: *Orator studio flagranti*; *idem*, *Pro Archia*: *Ego multos homines*

*uirtute fuisse*¹⁾ *fateor*;¹ idem, *Ad [p. 226] Att.*, 2: *Interea quidem cum musis nos delectabimus animo aequo, imo uero etiam gaudenti et libenti*;² Gell., lib. 6, c. 8: *Alexander Darii regis uxorem, quam esse audiebat exsuperanti forma, uidere noluit*.³

Cum igitur auctores ablatiuis in *-e* uel *-i* finitis ad libitum usi fuerint, siue illi a nominibus *-ns* terminatis siue a participiis deducerentur, non uideo cur eosdem nobis in utraque terminatione, adhibito aurium iudicio, usurpare non liceat.

Comparatiuorum ablatiuus passim apud Cic<eronem>, Quintil<ianum> aliosque auctores in *-e* literam exit cum substantiuis omnis generis. Cic., *Pro Caecin.*: *Potuiisti enim leuiore actione conflagere*;⁴ ibid.: *Potuiisti ad tuum ius faciliore et commodiore iudicio peruenire*;⁵ idem, ad Terent<iam>, lib. 14: *Cohortarer uos quo animo fortiore essetis*;⁶ Plin., lib. 22, c. 24: *Haec animae asperitas dulcior succo mitigatur*.⁷

In *-i* uero rarius exit. Sil., lib. 11: *His super excisam primori Marte Saguntum*;⁸ Caes., 2 *Bel. Ciuil.*: *Maiori cum fiducia ad alteram turrem aggeremque eruptione pugnarunt*;⁹ Plin., lib. 29,^[2] c. 4: *At cinereus posteriori parte candicans lentior*;¹⁰ Quintil., prooem. lib. 12: *Quare nunc quoque, licet maiori quam unquam mole premor, tamen etc.*¹¹ Haec, ut uides, cum genere foeminino iunguntur, quod obiter notabis; sunt enim qui prohibent. Poetae ablatiuo *-i* finito saepius utuntur. Inuenies exempla apud Prisc<ianum>, lib. 7.^[3]

Nominatiuus^[4] multitudinis

| | |
|--|---|
| <i>-Es</i> numeri pluralis amat sibi rectus, ut <i>omnes</i> . | 1 |
| <i>-Is</i> tantum <i>Sardis</i> , <i>Trallis</i> habuere, sed <i>Alpis</i> et <i>Syrtis</i> utrumque solent admittere finem. | 2 |
| Et <i>Tralleis</i> , <i>Syrteis</i> , <i>Alpeis</i> efferre licebit. | 3 |

1) Nominatiuus pluralis exit in *-es*, ut *sermones*, *delphines*,^[5] *Troes*.

2) *Sardis* et *Trallis* *-is* habent. *Alpes* uero et *Syrtes* etiam *Alpis* et *Syrtis* faciunt.

3) *Alpeis*, *Syrteis* et *Tralleis*, per *-ei*, etiam efferri possunt.

¹Cic., *Arch.* 15 ²Cic., *Att.* 2,4,2 ³Gell., *NA* 7,8,3 ⁴Cic., *Caec.* 8 ⁵Cic., *Caec.* 8 ⁶Cic., *Fam.* 14,7,2 ⁷Plin., *Nat.* 22,111 ⁸Sil., *Pun.* 11,143 ⁹Caes., *Ciu.* 2,14,5 ¹⁰Plin., *Nat.* 29,87 ¹¹Quint., *Inst.* 12 pr. 2.

^[1]fuisse *scrip.*] fuisse *E*¹ ^[2]29 *scrip.*] 2 *E*¹ ^[3]Schol. 7 [p. 221] ... lib. 7 *E*¹] *om.* *E*²
^[4]Nominatiuus *E*¹] Casus *E*² ^[5]'delphines' *E*²] 'dephines' *E*¹.

excellenti animo ac uirtute fuisse fateor; idem, *Ad [p. 226] Att.*, 2: *Interea quidem cum musis nos delectabimus animo aequo, imo uero etiam gaudenti et libenti*; Gélío, liv. 6, c. 8: *Alexander Darii regis uxorem, quam esse audiebat exsuperanti forma, uidere noluit*.

Uma vez que os autores usaram indiscriminadamente ablativos terminados em *-e* ou *-i*, independentemente de serem derivados de nomes terminados em *-ns* ou de participios, não vejo porque não teremos nós licença para usar ambas as terminações, deixando a decisão ao critério do ouvido.

Ao longo da obra de Cícero, de Quintiliano e de outros autores, o ablativo dos comparativos termina na letra *-e*, em concordância com substantivos de todo o género. Cícero, *Pro Caecin.*: *Potuiisti enim leuiore actione conflagere*; *ibid.*: *Potuiisti ad tuum ius faciliore et commodiore iudicio peruenire*; idem, em carta a Terência, liv. 14: *Cohortarer uos quo animo fortiore essetis*; Plínio, liv. 22, c. 24: *Haec animae asperitas dulciore succo mitigatur*.

O comparativo, porém, raramente termina em *-i*. Sílio, liv. 11: *His super excisam primori Marte Saguntum*; César, *Bel. Ciuil.* 2: *Maiori cum fiducia ad alteram turrem aggeremque eruptione pugnarunt*; Plínio, liv. 29, c. 4: *At cinereus posteriori parte candicans lentior*; Quintiliano, no proémio do liv. 12: *Quare nunc quoque, licet maiori quam unquam mole premor, tamen etc.* Estes exemplos, como podes ver, estão associados ao género feminino, circunstância que deverás notar de passagem; de facto, há quem proíba esta forma. Os poetas usam mais vezes o ablativo terminado na letra *-i*. Poderás encontrar exemplos em Prisciano, liv. 7¹⁰⁶.

Nominativo plural

| | |
|--|---|
| O nominativo do número plural requer <i>-es</i> , como <i>omnes</i> . | 1 |
| Só <i>Sardis</i> , <i>Trallis</i> apresentam <i>-is</i> , enquanto <i>Alpis</i> e <i>Syrtis</i> costumam admitir ambas as terminações. | 2 |
| E será permitido dizer <i>Tralleis</i> , <i>Syrteis</i> , <i>Alpeis</i> . | 3 |

1) O nominativo do plural termina sempre em *-es*: e.g. *sermones*, *delphines*, *Troes*.

2) *Sardis* e *Trallis* apresentam *-is*. *Alpis* e *Syrtis*, contudo, também fazem *Alpes* e *Syrtes*.

3) *Alpeis*, *Syrteis* e *Tralleis* também se podem escrever com *-ei*.

Genitiuus pluralis^[1]

| | |
|---|---|
| - <i>Vm</i> genitiuus habet. Sed - <i>ium</i> non pauca requirunt. | 1 |
| - <i>Ns</i> in primis habuit cum rectus, ut <i>absens</i> | 2 |
| - <i>s</i> finita, ut <i>ouis</i> , patrios aequantia rectis | 3 |
| quodque dat - <i>i</i> tantum sexto uelut <i>omne</i> , <i>cubile</i> , uel dat in - <i>e</i> pariter, ceu <i>felix</i> , <i>nauis</i> . Adhaerent | 4 |
| his quoque <i>uenter</i> , <i>uter</i> , <i>linter</i> , quibus adde <i>cohortem</i> . | |

1) Genitiuus multitudinis in -*um* syllabam exit, ut *iuuenum*, *canum*, *uatum*, *maiorum*, *minorum*. Eodem modo, caetera comparatiua.^[2]

2) In -*ium* exeunt quaecumque literis -*ns* finiuntur, ut *serpentium*, *praesentium*.

3) Item -*s* litera terminata quae genitiuo non crescunt, ut *collis collium*, *clades cladium*; et quorum ablatius in -*i* exit, ut *omnium*, *dioecesium*, *Syrtium*, *animalium*, *plurium*; aut -*e* uel -*i*, ut *nauium*, *ultricum*, *parium*, *felicium*.

4) Quibus adde *lintrium*, *cohortium*, *utrium*, *uentrium*.

| | |
|--|------------------------|
| [p. 227] Consona cum recti duplex monosyllaba ^[3] claudit nomina dant in - <i>ium</i> , ceu <i>pars</i> . Quibus addito <i>uires</i> atque <i>lares</i> , <i>mures</i> , <i>glires</i> , cum <i>noctibus asses</i> ; adde <i>niues</i> , <i>dotes</i> , <i>lactes</i> , ^[4] cum <i>faucibus Ossa</i> . <i>Degener</i> , <i>uber</i> , <i>inops</i> - <i>um</i> dant; <i>uigil</i> addito, <i>supplex</i> , <i>lynx</i> , <i>memor artificum</i> , <i>uetus</i> et quae ostenderit usus. | 1 2 |
|--|------------------------|

1) Adde monosyllaba quae in duas consonantes exeunt, ut *trabs*, *seps*, *pars*, *arx*, *merx*, *trabium*, *sepium*, *partium*, *arcium* etc. Quibus accedunt *as*, *dos*, *glis*, *lis*, *mus*, *nix*, *nox*, *os ossis*, *fauces faucium*, *uires uirium*, et si quae alia sunt a uiris doctis usurpata.

2) Hinc rursus excipiuntur *degener*, *inops* cum reliquis quorum genitiuus exit in -*um*,^[5] et alia quae, progrediente tempore, te rerum omnium magister, usus, sine fastidio docebit. *Opifex* hic excipi solet, ut *artifex*, sed eius ablatiuum -*i* finitum nondum reperi. Quare substantiuorum more -*e* tantum habentium in ablatiuo numeri singularis interim, dum inuestigantur exempla, communi regula fruatur.

Genitiuus Graecus

Graecus in -*ov* patrius numeri pluralis amauit.^[6]

Genitiuus Graecus exit in -*ov*, hoc est, -*on*, per -*o magnum*, ut *epigrammatov*, *haereseov*.

^[1]pluralis *E*²] *om. E*¹ ^[2]'maiorum' ... comparatiua *E*¹] *om. E*² ^[3]monosyllaba *E*²] 'manosyllaba *E*¹ ^[4]'lactes' *E*²] lites *E*¹ ^[5]comparatiua, ut 'maiorum, minorum' post '-um' add. *E*² ^[6]Genitiuus Graecus ... amauit *E*¹] *om. E*².

Genitivo plural

O genitivo apresenta *-um*. Mas não poucos requerem *-ium*: 1
 antes de mais, nomes cujo nominativo apresenta *-ns*, como *absens*, 2
 nomes em *-s*, como *ouis*, com genitivos¹⁰⁷ iguais aos nominativos; 3
 nome que no ablativo tem apenas *-i*, como *omne*, *cubile*,
 ou o que, além de *-i*, apresenta *-e*, como *felix*, *nauis*. Juntam-se 4
 a estes também *uenter*, *uter*, *linter*; acrescenta-lhes *cohors*.

1) O genitivo do plural termina na sílaba *-um*, a exemplo de *iuuenum*, *canum*, *uatum*, *maiorum*, *minorum* (e os restantes comparativos também).

2) Os que fazem o nominativo nas letras *-ns*, fazem o genitivo em *-ium*, a exemplo de *serpentium*, *praesentium*.

3) E também os que terminam na letra *-s* sem aumentarem no genitivo, como *collis* (que faz *collium*), *clades* (que faz *cladium*); e aqueles cujo ablativo termina em *-i* (como *omnis*, *dioecesis*, *Syrtes*, *animal*, *plus*, que fazem os genitivos plurais *omnium*, *dioecesium*, *Syrtium*, *animalium*, *plurium*); e aqueles cujo ablativo oscila entre *-e* ou *-i* (como *nauis*, *ultrix*, *pares*, *felix*, que fazem *nauium*, *ultricum*, *parium* e *felicium*).

4) A esses acrescenta *linter*, *cohors*, *uter* e *uenter*, que fazem os genitivos plurais *lintrium*, *cohortium*, *utrium*, *uentrium*.

[p. 227] Quando os monossílabos¹⁰⁸ terminam em duas consoantes 1
 no nominativo, fazem *-ium*, a exemplo de *pars*; acrescentem-se *uires*
lares, *mures*, *glires*, *asses* e *noctes*;
 junta *niues*, *dotes*, *lactes*, *Ossa* e *fauces*.
Degener, *uber*, *inops* fazem *-um*; junte-se *uigil*, *supplex*, 2
lynx, *memor* a *artifex*, bem como *uetus* e os que o uso indicar.

1) Acrescenta¹⁰⁹ os monossílabos que terminam com duas consoantes, como *trabs*, *seps*, *pars*, *arx*, *merx* (*trabium*, *sepium*, *partium*, *arcium* e *mercium*). A esses acrescentam *as*, *dos*, *glis*, *lis*, *mus*, *nix*, *nox*, *os* *ossis*, *fauces* *faucium*, *uires* *uirium* e ainda outros, desde que usados pelos autores eruditos.

2) Aqui excetuam-se novamente *degener*, *inops* e os restantes cujo genitivo terminam em *-um*, bem como os outros que o uso, o mestre em todas as coisas, te ensinará sem esforço, com o andar do tempo. *Opifex* costuma excetuar-se desta regra, tal como *artifex*, mas ainda não encontrei o respetivo ablativo terminado em *-i*: por essa razão, e à semelhança dos substantivos que têm apenas *-e* no ablativo do singular, fiquem para já, até que se encontrem exemplos, abrangidos pela regra comum.

Genitivo Grego

O genitivo grego do plural preferiu *-ων*¹¹⁰.

Schol. 8.^[1] De genitio plurali

Praecipiunt grammatici dicendum esse *consortum*, *exsortum*; item, composita ex uerbo *capio* etiam in *-um* exire, ut *participum*; quae uero ex *caput* componuntur, in *-ium*, ut *anceps ancipitium*, nisi imminuantur, ut *ancipitum*, sed nullis id exemplis confirmant. Nihil sine idoneis testibus praecipias.

Genitio multitudinis *panum* dixit Verrius Flaccus, *panium* uero Caesar, teste Charis<io>,^[2] lib. 1.

Clientium. Liu., *Bel. Pun.* 3: *Quas [domos] praesidiis clientium seruorumque tuentur*;¹ Plaut., *Menaech.*: *Res magis queritur quam clientium / fides cuiusmodi eluceat*;² sic Horat., lib. 2 et 3 *Carm.*, od. 18, qui, eodem lib. 3, od. 1, et *clientum* dicit.

<Cladium>. Liu., *Ab Urb.*: *Plus cladium quam intulerant acceperunt*.³

Dioecesis, *Syrtis* Graeca sunt a *dioecesi*, *Syrti*; inde *dioecesium*, *Syrtium*. Cic., *Ad Att.*, 5: *Tu autem saepe dare tabellariis publicanorum poteris per magistris sripturae et portus nostrarum dioecesium*;⁴ idem, Appio Pulchro, lib. 3 *Famil.*: *Vt me omnium illarum dioecesium*, etc.⁵

Samnitium. Liu., 7 *Ab Urb.*: *Vsque ad nos contemptus Samnitium peruenit*;⁶ ubi frequentissimus est hic genitiuum. *Samnitum* quoque satis usurpatur. Cic., *De diuin.* 1: *Florentissima Samnitum castra cepit*;⁷ idem, paradoxo ult<imo>: *Vtrum aurum Samnitum an responsum M. Curii*;⁸ sic idem, *Offic.*, 3; et Plin., *De uir. illust.*: *Legatis Samnitum aurum offerentibus*;⁹ item Valer. Max., lib. 2, c. 1: *Ne hostium Samnitum turba elideretur*;¹⁰ sic Plin., lib. 33, c. 2; sic idem, lib. 4, c. 3, et lib. 1, c. 6.

Lintrium. Liu., *Bel. Pun.* 1: *Itaque ingens coacta uis nauium est lintriumque* etc.¹¹

Cohortium. Caes., 6 *Bel. Gall.*: *Praesidium cohortium duodecim pontis tuendi causa ponit*;¹² idem, 2 *Bel. Ciuil.*: *Consensisse Gaditanos principes cum tribunis [p. 228] cohortium*.¹³

<Vtrium>. Sallust., *Iug.*: *Magna uis utrium effecta est*.¹⁴

<Ventrium>. Solin., c. 45: *Demersique astu fraudulento tenera uentrium subternatantes secant*;¹⁵ sic Plin., lib. 9, cap. 50: *Pisces attritu uentrium* etc..¹⁶

<Virium>. Liu., *Ab Urb.*, 9: *Seu uirium ui seu exercitatione multa* etc.¹⁷

¹Liu., *AVC* 23,3,2 ²Plaut., *Men.* 576-7 ³Liu., *AVC* 2,63,7 ⁴Cic., *Att.* 5,15,3 ⁵Cic., *Fam.* 3,8,4
⁶Liu., *AVC* 7,30,18 ⁷Cic., *Diu.* 1,72 ⁸Cic., *Parad.* 6,48 ⁹Ps. Aur. Vic., *De uir. illus.* 33,7 ¹⁰Val.
 Max., *Mem.* 2,2,4 ¹¹Liu., *AVC* 21,26,8 ¹²Caes., *Gal.* 6,29,3 ¹³Caes., *Ciu.* 2,20,2 ¹⁴Sall., *Iug.*
 91,1 ¹⁵Solin., 32,26 ¹⁶Plin., *Nat.* 9,157 ¹⁷Liu., *AVC* 9,16,13.

^[1]Schol. 8 ... ratione defenditur [p. 228] *E'* om. *E'* ^[2]Charis. *scrip.* Caris. *E'* .

O genitivo grego termina em -ων, isto é, -on, com -o longo: e.g. *epigrammatov, haereseov*.

Escólio 8. Genitivo plural

Os gramáticos ensinam que deve dizer-se *consortum* e *exsortum*; e ainda que os compostos do verbo *capio* também terminam em -um, como *participum*; em contrapartida, os compostos de *caput* terminam em -ium, como *anceps ancipitium*, a não ser que sofram uma síncope (como *ancipitum*); no entanto, não o confirmam com nenhum exemplo. Nada debes ensinar sem abonações idóneas.

Vérrio Flaco escreveu o genitivo do plural *panum*, mas César, segundo testemunho de Carísio, liv. 1, escreve *panium*¹¹¹.

Clientium, Lívio, *Bel. Pun.*, 3: *Quas [domos] praesidiis clientium seruorumque tuentur*; Plauto, *Menaech.*: *Res magis queritur quam clientium / fides cuiusmodi eluceat*; igualmente Horácio, liv. 2 e *Carm.* 3, ode 18, autor que, no mesmo livro 3, ode 1, também escreve *clientum*.

Lívio, *Ab Vrb.*: *Plus cladium quam intulerant acceperunt*.

Dioecesis e *Syrtis* são nomes gregos; daí que o plural seja *dioecesium* e *Syrtium*. Cícero, *Ad Att.*, 5: *Tu autem saepe dare tabellariis publicanorum poteris per magistris sripturae et portus nostrarum dioecesium*; idem, a Ápio Pulcro, liv. 3 *Famil.*: *Vt me omnium illarum dioecesium*, etc.

Samnitium. Lívio, *Ab Vrb.* 7 (livro onde este genitivo é muito frequente): *Vsque ad nos contemptus Samnitium peruenit*. *Samnitium* também é bastante usado. Cícero, *De diuin.* 1: *Florentissima Samnitium castra cepit*; idem, no último paradoxo: *Vtrum aurum Samnitium an responsum M. Curii*; também em *Offic.* 3; Plínio, *De uir. illust.*: *Legatis Samnitium aurum offerentibus*; e Valério Máximo, liv. 2, c. 1: *Ne hostium Samnitium turba elideretur*; e ainda Plínio, liv. 33, c. 2; e também no livro. 4, c. 3, e no livro 1, c. 6¹¹².

Lintrium. Lívio, *Bel. Pun.*, 1: *Itaque ingens coacta uis nauium est lintriumque*, etc.

Cohortium. César, *Bel. Gall.* 6: *Praesidium cohortium duodecim pontis tuendi causa ponit*; idem, *Bel. Ciuil.* 2: *Consensisse Gaditanos principes cum tribunis [p. 228] cohortium*.

Vtrium. Salústio, *Iug.*: *Magna uis utrium effecta est*.

Ventrium. Solino, c. 45: *Demersique astu fraudulento tenera uentrium subternatantes secant*; igualmente Plínio, liv. 9, c. 50: *Pisces attritu uentrium etc.*

Virium. Lívio, *Ab Vrb.*, 9: *Seu uirium ui seu exercitatione multa etc.*

<Dotium>. Vlpianus, in L. “Si ego” *Digest.*, de iure dotium: *Benignius est fauore dotium necessitatem imponere haeredi.*¹

Penatium. Liu., lib. 5, dec. 5: *Aedes deorum Penatium in Velia de coelo tacta erat;*² sic Cic. frequenter. At Val. Max., lib. 5, c. 3, *Ab altaribus nefandorum Penatum auulsum,*³ dixit, sicut et Solin., c. 2.

Larium. Idem, ibid., et Iust., lib. 12: *Habentibus in castris imaginem quamdam Larium.*⁴

Carnium a praeceptione non recedit, nam et *carnis* nominatio dicitur apud Liuuium, sicut et *Penatis* apud priscos. Vide Prisc., lib. 6 et 7.

Quaedam modo in *-ium*, modo in *-um* exire solent, ut *paludium*, *paludum*, *iurium*, *iurum*. Pomp. Mela, lib. 3, c. 9: *Ex limo concretarum paludium emergere;*⁵ idem, lib. 3, c. 3: *Paludum Suesia,*^[1] *Mesia, Melsiagum maximae.*⁶ Plaut., *Epid.*: *...omnium / legum atque iurium fictor.*⁷ At Cato, *Orig.*, lib. 7, *iurum* dixit, ut Charis.,^[2] lib. 1 docet.

Compendium pro *compendum*. Plaut., *Per.*: *Compendium intritor, pistrinorum ciuitas.*⁸

Crurium a *crus*, Senec., *De tranquill.*^[3] *uit.*, c. 10: *Cogitat compedites primo aegre ferre onera et impedimenta crurium.*⁹

Fornacium in multis Plinii locis pro *fornacum* perperam legebatur.

Volucrum Plinius solet dicere, lib. 10, c. 11: *Volucrum prima distinctio;*¹⁰ ibid., c. 61: *Volucrum animal parit uespertilio tantum;*¹¹ Varro, lib. 1, c. 38: *Stercus optimum scribit Cassius esse uolucrum praeter palustrium ac nantium;*¹² Colum., lib. 7, extremo: *Quae continent uolucrum pisciumque et syluestrium quadrupedum curam.*¹³

Murium. Plin., lib. 10, c. 65: *Super cuncta est murium foetus;*¹⁴ ibid.: *Murium agrestium;*¹⁵ et lib. 8, c. 27: *Murium uenatu;*¹⁶ Iustin., lib. 15, initio: *Qui propter ranarum muriumque multiudinem, relicto patriae solo, sedes quaerebant.*¹⁷

Cotium, *uadium* et alia nonnulla reliquimus aliis inuestiganda ueterumque exemplis confirmanda.

¹Iust., *Dig.* 23,3,9,1 ²Liu., *AVC.* 45,16,5 ³Val. Max., *Mem.* 5,3,3 ⁴Iustin., *Epit.* 12,4 ⁵Mela, *Chor.* 3,82 ⁶Mela, *Chor.* 3,29 ⁷Plaut., *Epid.* 522-3 ⁸Plaut., *Pers.* 420 ⁹Sen., *Dial.* 9,10,1 ¹⁰Plin., *Nat.* 10,29 ¹¹Plin., *Nat.* 10,168 ¹²Varro, *Rust.* 1,38,1 ¹³Colum., *Rust.* 7,13,3 ¹⁴Plin., *Nat.* 10,185 ¹⁵Plin., *Nat.* 10,186 ¹⁶Plin., *Nat.* 8,98 ¹⁷Iust., *Epit.* 15,2.

[¹¹‘Suesia’ *scrip.*] ‘Snesia’ *E*¹ [¹²Charis. *scrip.*] Caris. *E*¹ [¹³tranquill. *scrip.*] traquill. *E*¹ [¹⁴communis *scrip.*] commune *E*¹.

Dotium. Ulpiano, *Digest.*, de *iure dotium*, lei *Si ego*,: *Benignius est fauore dotium necessitatem imponere haeredi*.

Penatium. Lívio, liv. 5, década 5: *Aedes deorum Penatium in Velia de coelo tacta erat*; igualmente Cícero, com frequência¹¹³. No entanto, Valério Máximo, liv. 5, c. 3, escreve *Ab altaribus nefandorum Penatum auulsum*; e também Solino, c. 2¹⁴.

Larium. Idem, *ibidem*, e Justino, liv. 12: *Habentibus in castris imaginem quamdam Larium*.

Carnium não se afasta da regra, já que o nominativo *carnis* se encontra em Lívio (da mesma forma que *Penatis* também está nos autores arcaicos). Vide Prisciano, liv. 6 e 7¹⁵.

Alguns nomes costumam terminar ora em *-ium* ora em *-um*: e.g. *paludium*, *paludum*, *iurium*, *iurum*. Pompónio Mela, liv. 3, c. 9: *Ex limo concretarum paludium emergere*; idem, liv. 3, c. 3: *Paludum Suesia, Mesia, Melsiagum maximae*. Plauto, *Epid.*: ... *omnium / legum atque iurium fictor*. Mas Catão, *Orig.*, liv. 7, escreve *iurum*, segundo informa Carísio, liv. 1.

Compendium, em vez de *compendum*, encontra-se em Plauto, *Per.*: *Compendium intritor, pistrinorum ciuitas*.

Crurium, do nominativo *crus*, lê-se em Séneca, *De tranquill. uit.*, c. 10: *Cogitat compedites primo aegre ferre onera et impedimenta crurium*.

Fornacium lia-se erradamente em vez de *fornacum* em vários passos de Plínio.

Volucrum costuma escrevê-lo Plínio, liv. 10, c. 11: *Volucrum prima distinctio*; *ibid.*, c. 61: *Volucrum animal parit uespertilio tantum*. Varrão, liv. 1, c. 38: *Stercus optimum scribit Cassius esse uolucrum praeter palustrium ac nantium*; e Columela, liv. 7, no final: *Quae continent uolucrum pisciumque et syluestrium quadrupedum curam*.

Murium. Plínio, liv. 10, c. 65: *Super cuncta est murium foetus*; *ibid.*: *Murium agrestium*; e liv. 8, c. 27: *Murium uenatu*; Justino, liv. 15, no início: *Qui propter ranarum muriumque multiudinem, relicto patriae solo, sedes quaerebant*.

Cotium, *uadium* e alguns mais, deixámo-los para outros investigarem e confirmarem com exemplos dos autores antigos.

Parens, nomen generis communis,^[1] excepimus propterea quod nemo hodie *parentium* dicit. Prisc. dici etiam *parentium* probat ex Cicerone, 7 *Verr.*: *Nauium praefectos sine ulla causa de complexu parentium suorum hospitumque tuorum, ad mortem cruciatumque rapuisti.*¹ Item, quod faciat accusatiuo plurali *parentis*, per *-i*, idem sentit Diomedes. Quamquam uero *parentum* Ciceronis codices omnes habent, *parentium* tamen exstat apud Horat<i>ium</i>, *Carm.* 3, od. 24: *Dos est magna parentium / uirtus.*² Prisciani quoque sententiam confirmat Varro, *De analog.*, lib. 2: *In patrio (inquit) casu dispariliter dicuntur 'ciuitatum parentum' et 'ciuitatium parentium'.*³

Strigilum nonnulli (quod uerisimilius est) praecipiunt dicendum esse, sed nullum succurrit exemplum.

<*Lycum*>. Plin., lib. 8, c. 38: *Lyncum humor ita redditus* etc.⁴

Uectigaliorum a *uectigal* dixit Suet., in Aug., c. ult.: *Quantum pecuniae in aerario et fiscis et uectigaliorum residuis;*⁵ et in Calig., c. 16: *Adiecit et fructum omnium uectigaliorum.*⁶ Habet et *uectigalium*, sed illud auctoritate, hoc analogiae ratione defenditur.^[2]

[p. 229] **Datiuus pluralis**^[3]

Ternus habet pluralis *-ibus*. *Bos* accipe *bobus* 1
et *bubus*. Sed Graeca duos neutralia fines,
-is uel *-ibus* ternis ex *-a* uenientia sumunt.

1) *Datiuus* in *-ibus* exit, ut *sermonibus*. *Bos* tamen *bobus* aut *bubus* facit.

Graeca a neutris in *-a* in *-is* syllabam frequentius exeunt, ut *peripetasmatis*, *emblematis*, *poematis* et *poematibus*, *diplomatibus* *diplomatibus*.

Accusatiuus pluralis^[4]

-Es placuit quarto; sed in *-is* quoque certa reposcunt 2
quais fuerat genitiuus *-ium*. Pro testibus *omnis*
et *fontis*, *aedis*, *urbis*, *cum Syrtibus* *Alpis*.

2) *Accusatiuus* multitudinis in *-es* syllabam exit, ut *sermones*; exit item non solum in *-es*, sed interdum etiam in *-is*, cum genitiuus certorum nominum desinit in *-ium*, ut *omnis*, *urbis*, *Syrtis*, *Alpis*, etc.

¹Cic., *Verr.* 2,5,138 ²Hor., *Carm.* 3,24,21-2 ³Varro, *Ling.* 8,66 ⁴Plin., *Nat. Nat.*, 8,137 ⁵Suet., *VC Aug.* 101,4 ⁶Suet., *VC Cal.* 16,3 .

^[1]communis *scrip.*] commune *E*¹ ^[2]Scho. 8 [p. 227] ... defenditur *E*¹] *om. E*² ^[3]Datiuus pluralis *E*²] *Datiuus* et *accusatiuus* pluralis *E*¹ ^[4]*Accusatiuus* pluralis *E*²] *om. E*¹ .

Parens, nome do género comum, excluimo-lo, já que hoje ninguém escreve *parentium*. Prisciano demonstra, com base em Cícero, *Verr.* 7, que também se dizia *parentium*¹¹⁶: *Naium praefectos sine ulla causa de complexu parentium suorum hospitumque tuorum, ad mortem cruciatumque rapuisti*. E que faz o acusativo plural com *-i* (*parentis*) é o que pensa também Diomedes. Apesar de todos os códices de Cícero apresentarem *parentum*, há uma ocorrência de *parentium* em Horácio, *Carm.* 3, ode 24: *Dos est magna parentium / uirtus*. Varrão também confirma a opinião de Prisciano, *De analog.*, liv. 2: «No genitivo, escrevem tanto *ciuitatum parentum* como *ciuitatium parentium*.»

Strigilum (que é mais verosímil¹¹⁷), ensinam alguns que é assim que se deve dizer; porém, não há exemplo que o suporte.

Plínio, liv. 8, c. 38: *Lyncum humor ita redditus* etc.

Vectigaliorum, genitivo de *uectigal*, escreve-o Suetónio, em *Augusto*, último capítulo: *Quantum pecuniae in aerario et fiscis et uectigaliorum residuis*; e em Calígula, c. 16: *Adiecit et fructum omnium uectigaliorum*. Também tem a forma *uectigalium* (no que me diz respeito, defendo a primeira com a autoridade e a segunda com o argumento da analogia).

[p. 229] Dativo plural

O dativo tem o plural em *-ibus*. *Bos* admite *bobus* 1
e *bubus*. Mas os nomes gregos neutros terminados em *-a*
têm duas terminações nos dativos: *-is* ou *-ibus*.

1) O dativo termina em *-ibus*, a exemplo de *sermonibus*. *Bos*, porém, faz *bobus* ou *bubus*.

Nomes gregos neutros em *-a* terminam, na maior parte das vezes, em *-is*, como *peripetasmatis*, *emblematis*; mas *poema* faz *poematis* ou *poematibus*; e *diploma* faz *diplomatibus* ou *diplomatibus*.

Acusativo plural

-Es é a terminação preferida do acusativo; mas, também pedem *-is* 2
certos nomes que tinham genitivo em *-ium*. Exemplos são *omnis*,
fontis, *aedis*, *urbis*, *Alpis* e *Syrtis*.

2) O acusativo do plural termina na sílaba *-es*, a exemplo de *sermones*; mas, além de *-es*, também pode terminar em *-is* em certos nomes cujo genitivo termina em *-ium*, como *omnis*, *urbis*, *Syrtis*, *Alpis*, etc.

Casus pluralis in -a^[1]

| | |
|--|---|
| Si fuit -e tantum sexti, uelut <i>agmine, iure</i> , | 3 |
| semper in -a rectum pluralia neutra secundum et quartum quintumque ^[2] gerunt, uelut <i>agmina, iura</i> . | |
| -I uel in -e sexto si nomen fecit, ut <i>ingens</i> , | 4 |
| uel dedit -i solum, ceu <i>forti, -ia</i> neutra repossunt. | |
| Collatiua suis tantum -a, ut <i>maiora</i> , capessunt. | 5 |
| <i>Plus, uetus</i> addantur. Sed <i>aplustre</i> repossit utrumque. | |

3) Casus plurales nominandi, accusandi et uocandi neutri generis in -a desinunt, si ablatiuus in -e tantum exit, ut *a tempore, agmine, iure, tempora, agmina, iura*.

4) Si^[3] uero -i aut -e uel -i terminetur^[4] ablatiuus, tunc in -ia desinent, ut *a^[5]forti, ingente uel ingenti, fortia, ingentia*.

5) Excipiuntur comparatiua et *uetus -eris*, quae in -a exeunt: *maiora, uetera*.

Aplustre aplustria et aplustra facit.

Graecus accusatiuus^[6]

Quartus in^[7] -as Danaum pluralis, ut *Arcadas*, esto. 6

6) Accusatiuus Graecus in -as desinit, ut *delphinas, Troas, crateras, Arcadas*.

Schol. 9.^[8] De datiuuis et accus<atiuis> num<eri> pluralis

Celsus, ut ait Prisc., lib. 7, arbitratur datiuos Graecos -is syllaba finitos esse a nominatiuis in -um: *peripetasmatum, emblematum*. Cic., 6 *In Verr.:* *Nunc de peripetasmatis quemadmodum te expedias non habes;*¹ *ibid., A pupillo scaphia cum emblematis;*² autor *Ad Heren.:* *In tot poematis et orationibus sparsas;*³ Cels., lib. 4, c. 4: *Thorax fomentis cataplasmatisque calidis iuuandus est;*⁴ Colum., lib. 12, c. 25: *Adiectis aliquibus aromatis, ut sit odoratio uini curatio;*⁵ Plin., lib. 35, c. 15: *Talibus emplastris malagmatisque miscetur;*⁶ Cic., 3 *Offic.:* *Quod in poematibus, et in picturis usu euenit;*⁷ Suet., in *Tit.*, c. 3: *Armorum et equitandi peritissimus, Latinae Graecaeque linguae uel in orando uel in fingendis poematibus promptus;*⁸ idem, in *August.*, c. 50: *In diplomatibus libellisque et epistolis signandis initio sphinge usus est.*⁹ Sic et Tacit., lib. 18.

¹Cic., *Ver.* 2,4,28 ²Cic., *Ver.* 2,4,37 ³*Ad Her.*, 4,3 ⁴Cels., *Med.* 4,8,3 ⁵Colum., *Rust.*,12,25,4 ⁶Plin., *Nat.* 35,176 ⁷Cic., *Off.* 3,15 ⁸Suet., *VC Tit.* 3,2 ⁹Suet., *VC Aug.* 50,1.

^[1]Casus pluralis in -a E²] om. E¹ ^[2]quintumque E¹] quitumque E² ^[3]Si E¹] Sin E² ^[4]terminetur E¹] terminatur E² ^[5]la E¹] om. E² ^[6]Graecus accusatiuus E²] om. E¹ ^[7]in E²] sn E¹ ^[8]Schol. 9 ... 'Troas ituros' [p. 230] E¹] om. E² .

Casos do plural em -a

- Se o ablativo apenas tiver -e, como *agmine, iure*, 3
 os seus neutros no nominativo, no vocativo e no acusativo
 do plural trazem sempre -a, como *agmina, iura*.
 Se o nome fizer o ablativo em -i ou -e, como *ingens*, 4
 ou somente em -i, como *forti*, os seus neutros exigem -ia.
 Comparativos recebem nos seus acusativos apenas -a, como *maiora*. 5
 Acrescentem-se-lhes *plus, uetus*. *Aplustre* pede ambas as terminações.

3) Se o ablativo termina exclusivamente em -e (e.g. *tempore, agmine, iure*), os casos do nominativo, acusativo e vocativo plural do género neutro terminam em -a: *tempora, agmina, iura*.

4) Mas, se o ablativo terminar apenas em -i ou, simultaneamente, em -e ou -i, então esses casos terminam em -ia: e.g. *fortia, ingentia* (os seus ablativos são *forti* e *ingente* ou *ingenti*).

5) Excetuam-se os comparativos e *uetus -eris*, cujos acusativos do plural terminam em -a: *maiora, uetera*.

Aplustre faz *aplustria* e *aplustra*.

Acusativo grego

O acusativo plural de nomes gregos deverá ser em -as, como *Arcadas*. 6

6) O acusativo grego termina em -as, a exemplo de *delphinas, Troas, crateras, Arcadas*.

Escólio 9. Dativos e acusativos do plural

Celso, segundo informa Prisciano, liv. 7¹¹⁸, considera que, nos nomes gregos, os dativos que terminam na sílaba -is são próprios de palavras com nominativos em -um: *peripetasmatum, emblematum*. Cícero, *In Verr.* 6: *Nunc de peripetasmatis quemadmodum te expedias non habes*; *ibid.*, *A pupillo scaphia cum emblematis*; o autor de *Ad Heren.*: *In tot poematis et orationibus sparsas*; Celso, liv. 4, c. 4: *Thorax fomentis cataplasmatisque calidis iuuandus est*; Columela, liv. 12, c. 25: *Adiectis aliquibus aromatis, ut sit odoratior uini curatio*; Plínio, liv. 35, c. 15: *Talibus emplastris malagmatisque miscetur*; Cícero, *Offic.* 3: *Quod in poematibus, et in picturis usu euenit*; Suetónio em *Tit.*, c. 3: *Armorum et equitandi peritissimus, Latinae Graecaeque linguae uel in orando uel in fingendis poematibus promptus*; *idem*, em *August.*, c. 50: *In diplomatibus libellisque et epistolis signandis initio sphinge usus est*. E também Tácito, liv. 18.

Non omnium quorum genitiuus [p. 230] pluralis exit in *-ium* accusatiuus pluralis desinit in *-is*, sed, ut Prisc. docet, lib. 7, quae genitiuum habent similem nominatiuo, ut *omnis, dulcis, nauis, turris*; et quae pluraliter tantum declinantur, ut *Manes Manium, tres trium*; item *-er* syllaba finita quorum ablatiuus exit in *-i*, ut *acer, saluber, imber, december*; praeterea quae in *-ns, -rs* desinunt, ut *fons, ingens, pars, urbs*. Alia uero raro accusandi casu plurali in *-is* uel *-eis* exeunt.

Legimus et *pluris, compluris, litis*. Meminit etiam Varro, 2 *De analog.*, huius accusatiui: *In accusandi casu* (inquit) '*hos montes*', '*fontes*' et '*hos montis*', '*fontis*'.¹

Gell., lib. 13, c. 19, ait fuisse Probum a quodam interrogatum *hasne urbis* an *has urbes* dici oporteret respondisseque: *Si aut uersum pangis aut orationem solutam struis atque ea uerba dicenda sunt, non finitiones illas praerancidas neque fetutinas grammaticas spectaueris, sed aurem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere; quod illa suaserit, id profecto erit rectissimum.*² Lege caetera, si uacat, sunt enim plena eruditione.

Vis, accusandi casu, Sall., 2 *Hist.*: *Male iam assuetum ad omnes uis controuersiarum*;³ et Lucret., lib. 2: *...sed quam multarum uis possidet in se / atque potestates.*⁴

Tris, apud Cic<eronem>, 1 *De diu.*: *Cumque in quatuor partes uineam diuisisset trisque partes aues abdixissent*;⁵ Virg., *Aen.*, 10: *Et tris quos Idas pater et patria Ismara mittit.*⁶

Aedis, in accus<atiuo>, Plaut., in *Mostell.*, frequenter usurpauit.

Sardis semper per *-i* scribitur nominandi, accusandi et uocandi casibus. Scribitur enim apud Graecos non per *ει*, sed per *ι*, *Σάρδιες*, inde *Σάρδις*. Vide *Magnum Etymol<ogicum>*

Tralleis, Syrteis, Alpeis, iisdem casibus, per *-i* uel *-ei* scribi possunt, nam apud Graecos per diphthongum *ει* scribuntur. *Trallis* ait Prisc. in *-is* tantum exire in nominatiuo,^[1] accusatiuo et uocatiuo.

Capito contendit *pluria* non *plura* dicendum, apud Gell<ium>, lib. 5, c. 21. Vnde, apud Terent<ium>, *Phorm.*, *compluria*,⁷ more ueterum legitur; et apud Cic<eronem>, in *Protag.*, *Confirmandi genera compluria*.⁸

Sil., lib. 10: *Et transtra et mali laceroque aplustria uelo*;⁹ Cic., in *Arato*, apud Prisc<ianum>, lib. 7: *Nauibus assumptis fluitantia quaerere aplustra*;¹⁰ Lucret., lib. 2: *Per terrarum omnes oras fluitantia aplustra*.¹¹

¹Varro, *Ling.* 8,66 ²Gell., *NA* 13,21 ³Sall., *Hist. fr.* 3,17 ⁴Lucret., *DRN* 2,586-7 ⁵Cic., *Diu.* 1,31 ⁶Verg., *Virg.* 10,351 ⁷Ter., *Phorm.* 611 ⁸Cic., *Prot. Phil. frag.* 1,2,5,1 ⁹Sil., *Pun.* 10,324 ¹⁰Cic., *Arat. Phaen.* 24, apud Prisc. 2,351 ¹¹Lucret., *DRN* 2,555.

^[1]nominatiuo *scrip.*] nominatiuo *E*^l.

Os nomes cujo genitivo [p. 230] plural termina em *-ium* não têm todos o acusativo plural em *-is*; como diz Prisciano, liv.7, estão nessa condição apenas os seguintes: os nomes que têm o genitivo igual ao nominativo (e.g. *omnis, dulcis, nauis, turris*); nomes que se declinam apenas no plural (e.g. *Manes Manium, tres trium*); também os nomes que terminam na sílaba *-er* e cujo ablativo termina em *-i* (e.g. *acer, saluber, imber, December*); e, além destes, os nomes que terminam em *-ns* e *-rs* (e.g. *fons, ingens, pars, urbs*). Outros nomes raramente terminam em *-is* ou *-eis* no caso acusativo plural.

Também lemos *pluris, compluris, litis*. Varrão, *De analog.* 2, lembra este acusativo, quando diz: «No caso acusativo, *hos montes, fontes e hos montis, fontis*.»

Gélio, liv. 13, c. 19, diz que Probo, quando alguém o interrogou sobre se deveria dizer *has urbis* ou *has urbes*, terá respondido: «Se estás a fazer um verso ou se estás a escrever prosa e não olhares àquelas terminações altamente rançosas nem a fétidas gramáticas, pergunta antes ao teu ouvido o que convém dizer em cada lugar; o que ele te mandar, será isso o mais correto.» Lê o resto, se tiveres tempo, pois está cheio de sabedoria.

Vis (no caso acusativo). Salústio, *Hist.* 2: *Male iam assuetum ad omnes uis controuersiarum*; e Lucrécio, liv. 2: *...sed quam multarum uis possidet in se / atque potestates*.

Tris encontra-se em Cícero, *De diu.* 1: *Cumque in quatuor partes uineam diuisisset trisque partes aues abdixissent*; Virgílio, *Aen.*, 10: *Et tris quos Idas pater et patria Ismara mittit*.

Aedis, no acusativo, foi muitas vezes usado em *Mostellaria* por Plauto.

Sardis escreve-se sempre com *-i* nos casos nominativo, acusativo e vocativo. De facto, em grego escreve-se não com *ει*, mas com *ι* (*Σάρδιες*, de onde vem *Σάρδις*). Veja-se o *Etymologicum Magnum*.

Tralleis, Syrteis, Alpeis podem escrever-se, nos mesmos casos, com *-i* ou com *-ei*, pois em grego escrevem-se com o ditongo *ει*. Prisciano diz que *Trallis* termina apenas em *-is* no nominativo, no acusativo e no vocativo¹¹⁹.

Capitão, citado por Gélio, liv. 5, c. 21¹²⁰, defende que se deve dizer *pluria* e não *plura*. Por essa razão, em Terêncio, *Phorm.*, lê-se *compluria*, à maneira dos Antigos; e, em Cícero, *Protag.*, *Confirmandi genera compluria*.

Sílio, liv. 10: *Et transtra et mali laceroque aplustria uelo*; Cícero, em *Aratus*, citado por Prisciano, liv. 7: *Nauibus assumptis fluitantia quaerere aplustra*; Lucrécio, liv. 2: *Per terrarum omnes oras fluitantia aplustra*.

Accusatiuus Graecus in *-as* in usu est apud Latinos. Liu., dec. 4, lib. 5:^[1] *Alios Laconas* etc.;¹ Plin., lib. 10 *Epist.*: *Instituendos quinquenales agonas*;² Quintil., lib. 11, cap. 1: *Allobrogas ut hostes insectatur*;³ Virg., *Eclog.* 4: *Permistos heroas*;⁴ idem, *Eclog.* 8: *...inter delphinas Arion*;⁵ et ibid.: *Craterasque duos statuum tibi pinguis oliui*;⁶ Ouid., in *Epist.*: *In te fingebam uiolentos Troas ituros*.^{7 [2]}

QVARTA DECLINATIO

Quarta per *-us* patrium numeri dare regula primi gaudet; *-uis* fuerat. Fuit *-i* quoque patrius olim. Ternus *-ui* mauult; *-u* secula prisca tulere.

Genitiuus singularis quartae declinationis exit in *-us* syllabam, ut *senatus*, *anus*. Prisci *senatuis*, *anuis*, *fructuis* dicebant; apud quos etiam *-i* litera [p. 231] hic casus terminabatur, ut *ornati*, *tumulti*. Vnde Terent., more prisco, *Eius anuis causa*⁸ dixit, et *Nihil ornati, nihil tumulti*.⁹

Datiuus in *-ui* exit, ut *senatui*, *anui*. Priscis seculis etiam in *-u*^[3] exibat. Vnde Virg., *Aen.*, 1: *Parce metu, Cytherea*.¹⁰

Datiuus pluralis

Ast *-ibus* in numero terni uoluere secundo.

Partus -ubus, *specus* atque *lacus*, *tribus*, *arcus* et *artus*, *questus*, *acus*. Capiat nomen sibi *portus* utrumque.

Datiuus multitudinis in *-ibus* exit, ut *sensibus*.

Partus, *specus*, *acus*, etc., in *-ubus* exeunt: *partubus*, *specubus*, *acubus*, *lacubus*, *arcubus*, *artubus*.^[4]

Questibus a *queror* multo usitatus est quam *questubus*.

Portus autem tum *portibus*, tum *portubus* habet.

¹Liu., *AVC* 35,12,8 ²Plin., *Epist.* 10,75,2 ³Quint., *Inst.* 11,1,89 ⁴Verg., *Ecl.* 4,16 ⁵Verg., *Ecl.* 8,56 ⁶Verg., *Ecl.* 5,68 ⁷Ou., *Her.* 1,13 ⁸Ter., *Heaut.* 287 ⁹Ter., *And.* 365 ¹⁰Verg., *Aen.* 1,257.

^[1]dec. 4, lib. 5 *scrip.*] dec. 5, lib. 4 *E*¹ ^[2]Schol. 9 [p. 229] ... 'ituros' *E*¹ *om.* *E*² ^[3]'u' *E*²] 'is' *E*¹ ^[4]'arcubus', 'artubus' *E*¹] 'tribubus', 'arcubus' *E*².

O acusativo grego em *-as* é usado em latim. Lívio, década 4, liv. 5: *Alios Laconas* etc.; Plínio, *Epist.*, liv. 10: *Instituendos quinquenales agonas*; Quintiliano, liv. 11, c. 1: *Allobrogas ut hostes insectatur*; Virgílio, *Eclog.* 4: *Permistos heroas*; idem, *Eclog.* 8: *...inter delphinas Arion*; e *ibid.*: *Craterasque duos statuam tibi pinguis oliui*; Ovídio, em *Epist.*: *In te fingebam uiolentos Troas ituros*.

QUARTA DECLINAÇÃO

À quarta declinação do singular agrada-lhe o genitivo do singular em *-u*, que em tempos fora *-uis*. Outrora, houve também um genitivo em *-i*. O terceiro caso prefere *-ui*; os primeiros séculos admitiam *-u*.

O genitivo singular da quarta declinação termina na sílaba *-us*, a exemplo de *senatus*, *anus*. Os autores arcaicos escreviam *senatuis*, *anuis*, *fructuis*; nesses mesmos autores, este caso também se encontra com a terminação *-i* [p. 231], como em *ornati*, *tumulti*. Daí que Terêncio escreva, à maneira arcaica, *Eius anuis causa*, e *Nihil ornati*, *Nihil tumulti*.

O dativo termina em *-ui*, a exemplo de *senatui*, *anui*. Em épocas mais recuadas, também terminava em *-u*. Daí que Virgílio escreva, *Aen.*, 1: *Parce metu*, *Cytherea*.

Dativo plural

No plural, porém, os dativos penderam para *-ibus*. Mas, *partus*, *specus*, *lacus*, *tribus*, *arcus*, *artus*, *questus*, *acus* penderam para *-ubus*. O nome *portus* fique com ambas.

Dativo do plural termina em *-ibus*, como *sensibus*.

Partus, *specus*, *acus*, etc., terminam em *-ubus*: *partubus*, *specubus*, *acubus*, *lacubus*, *arcubus*, *artubus*.

Questibus, derivado de *queror*, é muito mais usado do que *questubus*.

Portus, porém, ora apresenta *portibus* ora *portubus*.

Schol. 10.^[1] De genitiuo ac datiuo numeri singularis et datiuo atque ablatiuo pluralis

De interrogandi et dandi casu quartae declinationis, quibus ueteres sui sunt, scribit Gell., lib. 4, c. 16: *M. Varronem* [inquit] *et P. Nigidium, uiros Romani generis*^[2] *doctissimos, comperimus non aliter locutos esse et scripsisse quam 'senatus' et 'domuis' et 'fluctuis', qui est patrius casus ab eo, quod est 'senatus', 'domus' et 'fluctus', 'huic senatui', 'domui' et 'fluctui' caeteraque his consimilia pariter dixisse.*¹ Paulo inferius: *Sed non omnes concedunt in casu datiuo 'senatui' magis dicendum quam 'senatu', sicut Lucil., in eodem casu, 'uictu' et 'anu' dicit, non 'uictui' et 'amui'.*² Affert, eodem capite, unum atque alterum Caesaris exemplum: *Praeterea, Caesarem ipsum, in libris de analogia, docuisse dandi casu sine -i litera scribendum esse.* Lege integrum caput; est enim pereruditum.

Varro, *De re rust.*, lib. 1, c. 2: *Caprini generis saliuam esse fructuis uenenum;*³ idem: *Perrexit in interiores partes domuis;*⁴ Terent., *Heaut.*: *Eius anuis causa opinor quae erat mortua;*⁵ idem, *Andr.*: *...in aedibus / nihil ornati, nihil tumulti;*⁶ idem, *Adelph.*: *Nunc exacta aetate hoc fructi pro labore ab his fero / odium etc.*⁷ Plaut., *Poenul.*: *Huc commigrauit in Calydonem haud diu / sui questi gratia.*⁸ Apud Prisc<ianum>, lib. 6, et Non<ium> Marcell<um>, *De mutata declin<atione>*, inuenies quam plurima huius generis.

Datiuo in -u usus est Liu., *Ab Urb.*, 9: *Tempus inde statutum tradendis obsidibus exercituque inermi mittendo;*⁹ idem, *Bel. Mac.* 2: *Et ne inter seria risu satis temperans;*¹⁰ Plaut., *Mil.*: *...nequeo risu meo moderarier.*¹¹ Prisc. haec quae hic numerauimus tantum dicit exire in -ubus. Diomedes quatuor posuit: *partubus, artubus, arcubus, tribubus.* Suet., in *Ner.*, c. 31: *Pollicebatur thesauros uastissimis specubus abditos.*¹² Cels., lib. 6, c. 16, *Permutatis inter manus acubus etc.*¹³ ibid., *In duabus acubus fila traicienda.*¹⁴ Colum., lib. 1. c. 6: *Lacubus distinguuntur granaria.*¹⁵ Sic Pall., lib. 1, c. 18. Idem, libro eod, c. 40: *Ferreis arcubus camerae sustententur.*¹⁶ Cic. *portubus* et *portibus* solet dicere. 5 *Verr. Quarum una est ea quam dixi insula, quae duobus portubus cincta, etc.*¹⁷ idem, *Pro Flacco*:^[3] *Equidem existimo in eiusmodi [p. 232] regione atque prouincia quae mari cincta portibus destincta etc.*¹⁸ Caes., 3 *Bel. ciuil.*:

¹Gell., *NA* 4,16,1 ²Gell., *NA* 4,16,5 ³Varro, *Rust.* 1,2,19-20 ⁴Varro, *Men.* 522 ⁵Ter., *Heaut.* 287 ⁶Ter., *And.* 364-5 ⁷Ter., *Ad.* 870-1 ⁸Plaut., *Poen.* 94-5 ⁹Liu., *AVC* 9,5,6 ¹⁰Liu., *AVC* 32,34,3 ¹¹Plaut., *Mil.* 1073 ¹²Suet., *VC Nero* 31,4 ¹³Cels., *Med.* 3,16,5 ¹⁴Cels., *Med.* 3,16,4 ¹⁵Colum., *Rust.* 1,6,13 ¹⁶Pallad. *Agr.* 1,40 ¹⁷Cic., *Ver.* 2,4,118 ¹⁸Cic., *Flac.* 27.

^[1]Schol. 10 ... 'iras' [p. 232] *E'* om. *E'* ^[2]generis *corr.*] *g*emeris *E'* ^[3]Pro Flacco *scrip.*] lege Man. *E'*.

Escólio 10. Sobre o genitivo e dativo do singular e sobre o dativo e ablativo do plural

A respeito dos casos genitivo e dativo da quarta declinação que os antigos usaram, escreve Gélíio, liv. 4, c. 16: «Sabemos que M. Varrão e P. Nigídio, os mais eruditos varões entre os Romanos, não falaram nem escreveram de outra forma que não esta: *senatuis, domuis e fluctuis*, que são os genitivos dos nomes *senatus, domus e fluctus*; e que diziam igualmente *huic senatui, domui, fluctui* e outros semelhantes.» E, um pouco mais abaixo: «Mas, nem todos concedem que se deva preferir o dativo *senatui* a *senatu*, na linha de Lucílio, que escreveu, nesse mesmo caso, *uictu* e *anu*, e não *uictui* e *anui*.» Gélíio apresenta, no mesmo capítulo, um ou outro exemplo de César: «Além disso, o próprio César, nos livros sobre a analogia, defendeu que o caso dativo se deveria escrever sem a letra *-i*.» Lê o capítulo inteiro, pois é muito informado.

Varrão, *De re rust.*, liv. 1, c. 2: *Caprini generis saliuam esse fructuis uenenum*; idem: *Perrexit in interiores partes domuis*; Terêncio, *Heaut.*: *Eius anuis causa opinor quae erat mortua*; idem, *Andr.*: *...in aedibus / nihil ornati, nihil tumulti*; idem, *Adelph.*: *Nunc exacta aetate hoc fructi pro labore ab his fero / odium etc.*; Plauto, *Poenul.*: *Huc commigrauit in Calydonem haud diu / sui questi gratia*. Em Prisciano, liv. 6, e em Nónio Marcelo, *De mutata declinatione*, encontrarás muitos mais deste género.

O dativo em *-u* foi usado por Lívio, *Ab Vrb.* 9: *Tempus inde statutum tradendis obsidibus exercituque inermi mittendo*; idem, *Bel. Mac.*, 2: *Et ne inter seria risu satis temperans*; e por Plauto, *Mil.*: *...nequeo risu meo moderarier*. Segundo Prisciano, os únicos que terminam em *-ubus*¹²¹ são os que enumerámos¹²². Diomedes deu quatro exemplos: *partubus, artubus, arcubus, tribubus*¹²³. Suetónio, em *Nero*, c. 31: *Pollicebatur thesauros uastissimis specubus abditos*; Celso, liv. 6, c. 16, *Permutatis inter manus acubus etc.*; *ibid.*, *In duabus acubus fila traicienda*; Columela, liv. 1, c. 6: *Lacubus distinguuntur granaria*. Igualmente em Paládio, liv. 1, c. 18¹²⁴; idem, no mesmo livro, c. 40: *Ferreis arcubus camerae sustinentur*. Cícero costuma escrever *portubus* e *portibus*. *Verr.* 5: *Quarum una est ea quam dixi insula, quae duobus portubus cincta, etc.*; idem, *Pro Flacco.*: *Equidem existimo in eiusmodi [p. 232] regione atque prouincia quae mari cincta portibus*

*Haec a custodibus classium loca maxime uocabant, quod se longis portibus committere non auderent.*¹

*Artibus, per tertiam uocalem, legitur apud Lucret<i>ium>, lib. 4: ...quod capias concoctum didere possis / artibus;*² et lib. 3: *...quid enim contendat hirundo / cycnis, aut quidnam tremulis facere artibus haedi?* etc.³

Addunt recentiores *ficibus, quercibus*, quae nusquam esse arbitror; nec *ficibus, quercibus* dixerim, sed *ficis* tantum, siue de arbore, siue de fructu sit sermo, nam *ficis* secundae declinationis utrumque significat. Et Pallad., lib. 4, *cinerem querci et querci palos* dixit.

De *ueribus* certant grammatici. Sunt enim qui *ueribus*, per *-i*, legendum censeant apud Virg<i>ilium> ubicumque *ueribus*, per *-u* literam, legitur. Si *ueribus* esset legendum, nunquam id tacuisset Prisc<i>ianus>. Carisius, lib. 1, in illo, *Pars in frustra secant ueribusque trementia figunt*, per *-i* literam legit.

Questibus, id est, *querelis*, saepe reperitur. Liu., *Bel. Pun. 2: Cum magnis fletibus questibusque legatos prosecuti sunt;*⁴ Quintil., *Declamat. 10: Noctem uanis questibus duxit;*⁵ Iustin., lib. 5: *In foro cocunt atque ibi perpeti nocte fortunam publicam questibus iterant;*⁶ Virg., 4 *Georg.: ...maestis late loca questibus implet.*⁷ Sic idem *Aen.*, 9, *Stat.*, 11 *Theb.*, Senec., *Hercul. Oetaeo*. Idem tamen, *Thyest.* initio, act. 2, dixit *...questibus uanis agis / iras.*^{8[1]}

QVINTA DECLINATIO

| | |
|---|---|
| Vltima norma sibi patrium formauit in <i>-ei</i> . | 1 |
| Hunc apud antiquos <i>-e</i> aut <i>-es</i> habuisse notabis. | 2 |
| <i>-I</i> finale duplex etiam admisisse putatur. | |
| Respuit haec numeri patrium ternumque secundi cum sexto. <i>Res</i> atque <i>dies</i> uariantur in omnes. | 3 |

1) Casus interrogandi singularis quintae declinationis in *-ei* literas diuisas^[2] exit, ut *diei*.

2) Apud antiquos in *-es* siue *-e* exibat, aut in duplex *-ii, diei, dies, die* uel *dii*.

¹Caes., *Ciu.* 3,25,4 ²Lucr., *DRN* 4,631-2 ³Lucr., *DRN* 3,6-7 ⁴Liu., *AVC* 22,61,3 ⁵Quint., *Decl. maior.* 10,8 ⁶Iust., *Epit.* 5,7 ⁷Verg., *Georg.* 4,515 ⁸Sen., *Thy.* 179-180.

^[1]Schol. 10 [p. 231] ... 'iras' *E'*] om. *E'* ^[2]diuisas *E'*] diuissas *E'*.

destincta, etc. César, *Bel. Ciuil.* 3: *Haec a custodibus classium loca maxime uacabant, quod se longis portibus committere non auderent.*

Artibus, com a terceira vogal, lê-se em Lucrécio, liv. 4: *...quod capias concoctum didere possis / artibus*; e no liv. 3: *...quid enim contendat hirundo / cynnis, aut quidnam tremulis facere artibus haedi?* etc.

Os autores modernos acrescentam *ficibus* e *quercibus*, que julgo não existirem em lado nenhum; e também não sou de opinião de que se diga *ficibus* e *quercibus*, mas apenas *ficis*, quer se fale da árvore, quer se fale do fruto, pois *ficis ficis*, da segunda declinação, significa ambas as coisas. Aliás, Paládio, liv. 4, escreve *cinerem querci* e *querci palos*.

A respeito de *uerubus*, há controvérsia entre os gramáticos. Alguns consideram que sempre que em Virgílio se encontra *ueribus*, com a letra *i*, se deve ler *uerubus* com *u*. Se a leitura correta fosse *uerubus*, Prisciano não teria deixado de o dizer. Carísio, liv. 1, no passo, *Pars in frusta secant ueribusque tremantia figunt*, lê *ueribus* com a letra *i*¹²⁵.

Questibus, na aceção de ‘querela’, encontra-se com frequência. Lívio, *Bel. Pun.* 2: *Cum magnis fletibus questibusque legatos prosecuti sunt*; Quintiliano, *Declamat.* 10: *Noctem uanis questibus duxit*; Justino, liv. 5: *In foro cocunt atque ibi perpeti nocte fortunam publicam questibus iterant*; Virgílio, *Georg.* 4: *...maestis late loca questibus implet*. Igualmente em *Aen.*, 9; Estácio, *Theb.* 11; Séneca, *Hercul. Oetaeus*¹²⁶. O mesmo autor, porém, em *Thyest.*, no início do ato 2, escreve: *... questibus uanis agis / iras*.

QUINTA DECLINAÇÃO

| | |
|---|---|
| A última declinação formou o seu genitivo em <i>-ei</i> . | 1 |
| Nos antigos notarás que esse caso apresentava <i>-e</i> ou <i>-es</i> . | 2 |
| Julga-se que também admitiu um duplo <i>-i</i> no final. | |
| Esta declinação rejeitou o genitivo, o dativo e o ablativo do plural. <i>Res</i> e <i>dies</i> declinam-se em todos os casos. | 3 |

1) O genitivo do singular da quinta declinação termina nas vogais em hiato *-ei*: e.g. *diei*.

2) Nos autores arcaicos terminava em *-es* ou *-e* ou ainda em *-i* duplo: *diei*, *dies*, *die* ou *dii*.

3. Casus interrogandi, dandi sextusque multitudinis, praeter rerum, rebus, dierum, diebus, inusitati sunt. Cicero non est ausus *specierum, speciebus* dicere; non tamen negat posse Latine dici.

Schol. 11.^[1] De genitio et datio numeri sing<ularis>

Est apud Gell<ium>, lib. 9, caput 14, de triplici huius declinat<ioni> genitio in *-es, -is* et *-e*, unde haec exempla sumus mutuati. Poni etiam duo Ciceronis, *Pro P. Sest.: Equites uero daturus illius dies poenas*;¹ et *Pro Sex. Rosc.: Quorum nihil pernicii causa diuino consilio, sed ui ipsa et magnitudine rerum factum putamus*.² Eodem cap.: *Caesar, lib. 2 De analog., 'huius die' et 'huius specie' dicendum putat*.³ Plaut. quoque, *Pseud.: ...at matura et propera, nam propero, uides / iam die multum esse*;⁴ Ouid., *Met.*, 3: *Prima fide uocisque ratae tentamina sumpsit*.⁵

Aer fere numero singulari usurpari consuevit. *Aeres* et *aeribus* sunt apud Vitruu<ium>, lib. enim 1, c. 1, *Nouisse*, inquit, *oportet aeres locorum qui sint salubres aut pestilentes*;¹ et cap. 4: *Semper calor, cum excoquit, aeribus firmitatem eripit*;² Lucret., lib. 5: *Aeribus posse alternis a partibus ire*.³ Sic idem, lib. 4.

Carcer, pro ‘repagulis quibus quadrigae in spectaculis ad cursum egresurae detinentur’, frequens est in utroque numero; at pro ‘loco ubi noxii tenentur inclusi’, fere numero singulari reperitur. Seneca *carceres* dixit in secunda significatione, in lib. *De consol. ad Albinam*: *Nec enim, inquit, poterant carceres uideri, in quibus Socrates erat*;⁴ idem, lib. 2 *De ira*: *Non descripsit plenos carceres* etc.⁵ In prima uero signif<icatione>, numero singul<ari> usus est auctor *Ad Heren.*: *Quasi siquis, inquit, ad Olympiacum cursum uenerit et steterit, ut emittatur imprudentesque illos dicat esse, qui currere coeperint, ipse intra carcerem stet*;⁶ et Cic., 1 *De diu.*, ex Ennio: *...auidi spectant ad carceris oras / qua mox emittat pictis ex faucibus currus*;⁷ sic Ou., 10 *Met.*: *...cum carcere pronus uterque / emicat*;⁸ sic idem, alibi.

Fimus uel *fimium* numero multitudinis caret.

Fumus frequens est etiam in numero plurali; eo enim Caesar, Virg., Lucret., Ouid. et Mart. usi sunt.

Genius in eodem numero exstat apud Plaut<um>, *Trucul.*: *...qui cum geniis suis belligerauit*;⁹ et Plin., lib. 2, c. 7: *Genios adoptando sibi*.¹⁰

Mundus in numero plur<ali> reperitur, ut ostensum est supra.

Muscus in numero plur<ali> rarum est; Apul. tamen, lib. 2 *Metam.*, *muscis* dixit.¹¹

Puluis ait Priscianus, lib 5, carere num<ero> plurali; *pulueres* tamen dixit Horat., in *Epod.*, od. 17: *Nouendiales dissipare pulueres*.¹²

Sal, cum neutrum est, numerum multitudinis non admittit; in aliis significationibus integre declinatur.

Sanguis numero plur<ali> caret; in Sacris literis omnes multitudinis casus inuenies.

Sopor inter masculina plurali deficientia numeratur; at, cum neque significatio neque positio repugnet aut dissonet in numero plur<ali>, eo uti uolenti non refragabor.^[1]

¹Vitr., *Arch.* 1,1,10 ²Vitr., *Arch.* 1,4,3 ³Lucret., *DRN* 5,645 ⁴Sen., *Dial.* 12,13,4 ⁵Sen., *Dial.* 4,9,3 ⁶*Rhet. Her.* 4,4,14 ⁷Cic., *Diu.* 1,107-8 ⁸Ou., *Met.* 10,652-3 ⁹Plaut., *Truc.* 183 ¹⁰Plin., *Nat.* 2,16 ¹¹Apul., *Met.* 2,4 ¹²Hor., *Epod.* 17,48.

[1]Schol. 4 ... refragabor *E'* | om. *E*² .

Escólio 4. Nomes masculinos

De entre os nove nomes masculinos que se contam entre os anómalos aos quais falta o plural, alguns leem-se nos antigos precisamente nesse número.

Aer, era costume usar-se quase sempre no número singular. *Aeres* e *aeribus* encontram-se em Vitrúvio, pois no livro 1, c. 1, diz: *Nouisse oportet aeres locorum qui sint salubres aut pestilentes*; e no c. 4: *Semper calor, cum excoquit, aeribus firmitatem eripit*; Lucrécio, liv. 5: *Aeribus posse alternis a partibus ire*. Iguualmente, o mesmo autor, no livro 4.

Carcer, na aceção de ‘barreira com que, nos espetáculos, eram retidas as quadrigas antes da largada para a corrida’, é frequente em ambos os números; mas, na aceção de ‘lugar em que ficam retidos os criminosos’, encontra-se quase sempre no número singular. Séneca escreve *carceres* na segunda dessas significações, em *De consol. ad Albinam: Nec enim poterant carceres uideri, in quibus Socrates erat*; idem, *De ira*, liv. 2: *Non descripsit plenos carceres* etc.; contudo, foi usado no singular, na primeira aceção, pelo autor de *Ad Heren.:* *Quasi siquis ad Olympiacum cursum uenerit et steterit, ut emittatur imprudentesque illos dicat esse, qui currere coeperint, ipse intra carcerem stet*; e Cícero, *De diu.* 1, com base em Ênio: *...auidi spectant ad carceris oras / qua mox emittat pictis ex faucibus currus*; e também Ovídio, *Met.* 10: *...cum carcere pronus uterque / emicat*; e assim também, no mesmo autor, em outro lugar.

Fimus ou *fimum* não tem plural.

Fumus também se encontra frequentemente no plural; na verdade, foi usado por César, Virgílio, Lucrécio, Ovídio e Marcial²⁵.

Genius encontra-se nesse mesmo número em Plauto, *Trucul.:* *...qui cum geniis suis belligeravit*; e em Plínio, liv. 2, c. 7: *Genios adoptando sibi*.

Mundus encontra-se no plural, como foi demonstrado acima.

Muscus, no número plural, é raro; Apuleio, contudo, escreve *muscis*, em *Metam.*, liv. 2.

Puluis, diz Prisciano, liv. 5, que carece de plural²⁶; Horácio escreve *pulueres* em *Epod.*, ode 17: *Nouendiales dissipare pulueres*.

Sal, quando é neutro, não admite o número plural; em outras significações, declina-se integralmente.

Sanguis carece do número plural; na Sagrada Escritura encontrarás todos os casos do plural.

Sopor inclui-se entre os masculinos que carecem de plural; mas, quando nem o significado, nem a terminação repugne ou soe mal no número plural, não me oporei àquele que o quiser usar.

Soles pro *diebus* <ue>| *caloribus* frequenter inuenies; in communi significatione numero plurali reperitur etiam aliquando, ut constat ex superioribus.

Viscus -eris, tertii ordinis, huc non spectat, sed *uisus -ci* pro *glutino*, quo aucupes utuntur.

Vncus substantiuo usus est Cat., c. 10, in numero plurali: *Operculum*, inquit, *aheni unum*, *uncos ferreos tres*.¹ [1]

[p. 246] Foeminina numero^[2] plurali carentia

Foeminea in numero tantum usurpanda priori dantur *humus*, *sitis* atque *fames*, *clementia*, *tellus*.
Adde *senecta*, *lues* et *plebs*, *fuga*, *uespera*, *tabes*.
Adde *strues*, *cholera* atque *salus*, *sapientia*, *proles*.

Schol. 5.^[3] De nominibus foemininis

Inter inaequalia, complura foeminina recensentur; sed non omnibus aequo iure multitudinis casus auferuntur.

Aluus pluraliter effertur a Plinio, lib. 20, c. 1: *Aliqui scorpionium cucumin uocant efficacissimum ad scorpionum ictus et ad purgandum uterum aluosque*;² sic idem, lib. 19, cap. 5. Cum pro *alueo* sumitur, in utroque etiam numero reperitur.

Arenas, in numero plurali, Caes., in lib. *De analog.*, ad Cic<eronem>, uitiose dici putauit; unde Fronto Cornel<ius>, apud Gell<ium>, lib. 19, c. 8, reuocat in dubium an congrue dicatur, nec tamen ipse quaestionem soluit. At Gellius, cum in numero singulari *quadrigam*, quod etiam a Caesare repudiabatur, apud M. Varr<onem> inuenisset, *arenas* etiam dici posse non obscure significauit, et lib. 5, c. 14, eodem usus est: *In camporum*, inquit, *atque arenarum solitudines concessi*;³ Plin., lib. 26, c. 26: *Per Gallias Hispaniasque simili modo arenae temperantur*;⁴ Curt., lib. 7: *Arenas uapor aestiui solis accendit*.⁵ Iam uero poetae passim hoc nomen in numero multitudinis usurpant.

Biles dixit Plin., lib. 20, c. 9: *Biles detrahare [brassica] non percoctam putant*.⁶

Caritas in plurali numero effertur a Cic<erone>, 1 *Offic.*: *Omnes omnium caritates patria una complexa est*.⁷

¹Cato, *Agr.* 10,2 ²Plin., *Nat.* 20,8 ³Gell., *NA.* 5,14,17 ⁴Plin., *Nat.* 36,194 ⁵Curt., *Alex.* 7,5,3
⁶Plin., *Nat.* 20,84 ⁷Cic., *Off.* 1,57.

[1] 'Soles' ... 'tres' E¹] om. E² [2] numero E¹] om. E² [3] Schol. 5...aliis in locis [p. 248] E¹] om. E².

Soles, com o significado de ‘dia’ ou ‘calor’, encontrá-lo-ás frequentemente; na sua significação comum, encontra-se também, por vezes, no número plural, como se pode ver nos exemplos acima.

Viscus -eris, da terceira declinação, não se enquadra aqui, mas sim *uiscus -ci*, com o significado de ‘visco’ usado pelos caçadores de aves.

Vncus é usado como substantivo no plural por Catão, c. 10: *Operculum, aheni unum, uncos ferreos tres*.

[p. 246] Femininos que carecem de plural

Existem nomes femininos que devem ser usados apenas no singular: *humus, sitis, fames, clementia, tellus*.

Acrescenta *senecta, lues, plebs, fuga, uespera, tabes*.

Acrescenta *strues, cholera, salus, sapientia, proles*.

Escólio 5. Nomes femininos

Entre os anómalos, contam-se muitos femininos; mas não é com a mesma legitimidade que a todos se tiram os casos do plural.

Aluus é escrito no plural por Plínio, liv. 20, c. 1: *Aliqui scorpionium cucumin uocant efficacissimum ad scorpionum ictus et ad purgandum uterum aluosque*; e também, idem, liv. 19, c. 5. Quando se toma na aceção de ‘cavidade’, encontra-se em ambos os números.

Arenas, no número plural, César, no livro *De analog.* dedicado a Cícero, considerou-o um vício de língua; daí que Cornélio Frontão, citado por Gélio, liv. 19, c. 8²⁷, questione se é correto escrever-se assim, contudo, ele próprio não resolveu a questão. Gélio, por sua vez, como tivesse encontrado *quadriga* – forma que também era rejeitada por César – na obra de M. Varrão, indicou claramente que se pode dizer *arenas*²⁸ e, no livro 5, c. 14, usou essa mesma forma: *In camporum atque arenarum solitudines concessi*; Plínio, liv. 26, c. 26: *Per Gallias Hispaniasque simili modo arenae temperantur*; Cúrcio, liv. 7: *Arenas uapor aestiui solis accendit*. Na verdade, os poetas usam frequentemente este nome no número plural.

Biles escreveu-o Plínio, liv. 20, c. 9: *Biles detrahere [brassica] non percoctam putant*.

Caritas foi escrito no número plural por Cícero, *Offic.* 1: *Omnes omnium caritates patria una complexa est*.

Culpa. Idem, 7 *Verr.*: *In hoc uno genere omnes inesse culpas*;¹ Horat., 4 *Carm.*, od. 15: *...amouitque culpas*.²

Fama. Plaut., *Trinum.*: *Hascine in me propter res maledictas famas ferunt*?³

Gazae. Lucan., lib. 7: *...Eoasque premunt tentoria gazas*;⁴ Senec., *Hercul. Fur.*: *Gazis inhians*,⁵ sic Horat., 1 *Carm.*, od. 29.

Gloria usus est in numero multitudinis auctor *Ad Heren.*, lib. 3: *Quae potestates, quae gloriae, quae amicitiae*;⁶ et Gell., lib. 1, c. 2: *Has ille inanes cum flaret glorias*;⁷ et lib. 2, c. 27: *Quaestu et compendio gloriarum*.⁸

Indoles. Idem, lib. 19, c. 12: *Vtiles animi indoles amittamus*.⁹ Datius et ablatius num<eri> pluralis nimium horridi uidentur.

Ira frequens est in utroque numero.

Labes. Cic., 1 *De diu.*: *Multis locis labes factae sunt*;¹⁰ idem, 3 *Off.*: *Hunc tu quas conscientiae labes in animo censes habuisse*.¹¹

Luces pro 'stellis'. Cic., in *Arat.*: *Illae quae fulgent luces ex ore corusco*;¹² ibid.: *Ac parte ex alia claris cum lucibus errat Orion*.¹³ Item, pro diebus. Horat., lib. 4 *Carm.*, od. 15: *Nosque et profestis lucibus et sacris*.¹⁴ Sic Ouid. et alii saepe.

Mortes. Cic., 1 *Tuscul.*: *Clarae uero mortes pro patria oppetitae*.¹⁵ Sic idem, *De fin.*, 2, et plures alii. Genitio *mortium* usus est Quint., *Declam.* 2: *Quidam contra experimenta telorum mortium pertulere patientiam*;¹⁶ Senec. item, lib. 1 *Nat. quaest.* et Tacit., *Mortibus* uero, Horat., *Serm.* 1, saty. 3: *...ignotis perierunt mortibus illi*;¹⁷ et Lucan., lib. 7: *ut [p. 247] te tot mortibus unam, / tot scelerum satis premerent*?¹⁸ Legitur etiam apud Hirt<ium>, *De bel. Hispa.*, Plin<ium>, lib. 7, c. 53, et plures alios.

Neces. Cic., *In Catil.*: *Multorum ciuium neces*;¹⁹ idem, *Pro Caec.*: *Neces ignominiasque uitam*.²⁰

Paces. Varro, *De uita pop<ulo> R<omano>*, lib. 3: *Animaduertendum quemadmodum constituerint paces*;²¹ sic Lucret., lib. 5; Plaut., *Pers.*: *Pacibus perfectis*.²² Genitiuus non exstat.

Pices. Virg., *G.* 3: *Idaeasque pices*.²³ Legitur etiam in plurali apud Colum<ellam>, sed locus non citatur.

¹Cic., *Verr.* 2,5,42 ²Hor., *Carm.* 4,15,11 ³Plaut., *Trin.* 186 ⁴Lucan., *BC* 7,742 ⁵Sen., *Herc. F.* 167 ⁶*Rhet. Her.* 3,14 ⁷Gell., *NA* 1,2,6 ⁸Gell., *NA* 2,27,5 ⁹Gell., *NA* 19,12,16 ¹⁰Cic., *Diu.* 1,78 ¹¹Cic., *Off.* 3,85 ¹²Cic., *Arat.* frg. 34,96 ¹³Cic., *Arat.* frg. 34,367 ¹⁴Hor., *Carm.* 4,15,25 ¹⁵Cic., *Tusc.* 1,116 ¹⁶Quint. (*sp.*), *Decl. maior.* 2,19 ¹⁷Hor., *Sat.* 1,3,108 ¹⁸Lucan., *BC* 7,848-9 ¹⁹Cic., *Cat.* 1,18 ²⁰Cic., *Caec.* 100 ²¹Varro., *Vit. pop. Rom.* Frg. 92 ²²Plaut., *Pers.* 753 ²³Verg., *Georg.* 3,450.

Culpa. Idem, *Verr.* 7 : *In hoc uno genere omnes in esse culpas*; Horácio, *Carm.* 4, ode 15: *...amouitque culpas*.

Fama. Plauto, *Trinum.*: *Hascine in me propter res maledictas famas ferunt?*

Gazae. Lucano, liv. 7: *...Eoasque premunt tentoria gazas*; Séneca, *Hercul. Fur.*: *Gazis inhians*; e também Horácio, *Carm.* 1, ode 29.

Gloria foi usado no número plural pelo autor da *Retórica a Herénio*, liv. 3: *Quae potestates, quae gloriae, quae amicitiae*; e por Gélio, liv. 1, c. 2: *Has? ille inanes cum flaret glorias*; e liv. 2, c. 27: *Quaestu et compendio gloriarum*.

Indoles. Idem, liv. 19, c. 12: *Vtiles animi indoles amittamus*. O dativo e o ablativo do número plural parecem demasiado aberrantes.

Ira é frequente em ambos os números.

Labes. Cícero, *De diu.* 1: *Multis locis labes factae sunt*; idem, *Off.* 3: *Hunc tu quas conscientiae labes in animo censes habuisse*.

Luces, na aceção de ‘estrelas’. Cícero, *Arat.*: *Illae quae fulgent luces ex ore corusco*; *ibid.*: *Ac parte ex alia claris cum lucibus errat Orion*. E também na aceção de ‘dias’. Horácio, *Carm.*, liv. 4, ode 15: *Nosque et prosestis lucibus et sacris*. E também Ovídio²⁹ e outros autores frequentemente.

Mortes. Cícero, *Tuscul.* 1: *Clarae uero mortes pro patria oppetitae*. Idem, em *De fin.* 2; e muitos outros autores. Quintiliano usou o genitivo *mortium*, em *Declam.* 2: *Quidam contra experimenta telorum mortium pertulere patientem*; também Séneca, em *Nat. quaest.*, liv 1, e Tácito³⁰. Horácio, por sua vez, usou *mortibus*, em *Serm.* 1, sátira 3: *...ignotis perierunt mortibus illi*; e Lucano, liv. 7: *ut [p. 247] te tot mortibus unam, / tot scelerum satis premerent?* Lê-se também em Hércio, *De Bel. Hispa.*, e em Plínio, liv. 7, c. 53, e em muitos outros.

Neces. Cícero, *In Catil.*: *Midrorum ciuium neces*; idem, *Pro Cael.*: *Neces ignominiasque uitam*.

Paces. Varrão, *De uita populo Romano*, liv. 3: *Animaduertendum quemadmodum constituerint paces*; e também Lucrécio, liv. 5; Plauto, *Pers.*: *Pacibus persectis*. O genitivo não está atestado.

Pices. Virgílio, *Georg.* 3: *Idaeasque pices*. Também se lê no plural em Columela, mas o passo não é citado.

Senecta sumitur plerumque substantiue, subaudita *aetate*. Est enim *senectus*, *a*, *um*, sicut et *decrepitus*. Vnde Plaut. *Aulul.*: ...*hominem, / quem senecta aetate ludos facias*;¹ Sall., lib. 4 *Hist.*: *Omnibus, quibus senecto corpore, animus militaris erat*;² sic et Lucret., lib. 3: *Membris senectis*³; et auctor *Aetnae senecta membra dixit*.⁴

Soboles, in accus<atiuo> numeri plur<alis>, Cic., 3 *De legib.*, Colum., lib. 9, c. 14, in recto, et ablatiuo *sobolibus* lib. 5, c. 6, usus est.

Tusses. Plin., lib. 23, c. 11: *Sapae faece pota tusses ueteres sanantur*;⁵ sic lib. 20, c. 12, et lib. 22, c. 25: *Faba in cibo fressa et cum allio cocta contra deploratas tusses sumitur*.⁶ Datiuo *tussibus* usus est idem lib. 20, c. 18: *Prodest tussibus ueteribus*;⁷ sic et lib. 29, c. 22.⁸ Genitiuus *tussium* etiam legitur apud eundem. Cur igitur inter anomala reponendum sit, nescio.

Vespera, *ae*, numero singulari, satis usitatum est; plurali uulgo donatur, sed apud classicos exemplum non inuenio.

Vitae. Cic., *De nat.*: *Deus hominum commoda uitasque tuetur*;⁹ idem, *De amicit.*: *Serpit per omnium uitas amicitia*;¹⁰ sic idem, 1 *De inuent.*, et Terent., *Adelph.*. Item, pro *anima*, Virg., 6 *Aen.*: ...*tenues sine corpore uitae*;¹¹ sic idem, 4 *Georg.*.¹²

Fames in num<ero> plurali, *lues*, *plebes*, *proles*, *strues*, *tabes* positiones habent Latinis uocibus congruentes et superioribus haud dissimiles; ueterum tamen exempla non suppetunt; quare uiderint peritiores an iis utendum sit; nos enim proponimus addiscenda quae usu comprobata reperimus.

Plura numerantur anomala foeminina ab adiectiuis nominibus deriuata, sed non omnia numero plur<ali> deficiunt. *Amicitia* et *inimicitia* frequenter in utroque numero leguntur. *Auaritia*, *castimonia*, *elegantia*, *insolentia*, *inertia*, *insania*, *memoria*, *petulantia* usurpantur etiam in numero multitudinis interdum. Cic., 4 *De fin.*: *Nec enim omnes auaritas, si aequae auaritas esse dixerimus*;¹³ Plin., lib. 31, c. 8: *Aliud uero ad castimonarum superstitionem etiam sacris Iudaeis dicatum, quod fit e piscibus squama carentibus*;¹⁴ Gell., lib. 10, c. 12: *Phauorinus memoriarum ueterum exsequentissimus*;¹⁵ idem, lib. 2, c. 9: *Verborum elegantias*;¹⁶ idem., lib. 13, c. 19: *Insolentias uerborum*;¹⁷ Cic., in *Partit.*: *Vitiis, artibus, inertis*;¹⁸ idem, ad Sulpit<ium>, lib. 4: *Incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias*;¹⁹ Gell., lib. 2, c. 21: *Se ad literas memoriasque ueteres dediderat*;²⁰ et lib. 4, c. 6: *In ueteribus memoriis scriptum legimus*;²¹ idem, lib. 3, c. 3: *Cum petulantias dictorum diluisset*.²²

¹Plaut., *Aul.* 252-3 ²Sall., *Hist.* 4,21 ³Lucr., *DRN* 3,772 ⁴Lucr., *DRN* 5,887-8 ⁵Plin., *Nat.* 23,68 ⁶Plin., *Nat.* 22,140 ⁷Plin., *Nat.* 20,197 ⁸Plin., *Nat.* 28,54 ⁹Cic., *Nat. deor.* 1,52 ¹⁰Cic., *Amic.* 87 ¹¹Verg., *Aen.* 6,292 ¹²Verg., *Georg.* 4,326 ¹³Cic., *Fin.* 4,75 ¹⁴Plin., *Nat.* 31,95 ¹⁵Gell., *NA* 10,12,9 ¹⁶Gell., *NA* 2,9,5 ¹⁷Gell., *NA* 13,21,22 ¹⁸Cic., *Part.* 35 ¹⁹Cic., *Fam.* 4,1,1 ²⁰Gell., *NA* 2,21,6 ²¹Gell., *NA* 4,6,1 ²²Gell., *NA* 3,3,15.

Senecta é tomada, na maior parte das vezes, substantivamente, subentendendo-se ‘idade’. Com efeito *senectus*, *a*, *um* é um adjetivo, tal como *decrepítus*. Daí que Plauto, em *Aulul.*, escreva: *hominem, quem senecta aetate ludos facias*. Salústio, *Hist.*, liv. 4: *Omnibus, quibus senecto corpore, animus militaris erat*. É igualmente usado por Lucrécio, liv. 3: *Membris senectis*. O autor de *Aetna* também escreve *senecta membra*.

Soboles, no acusativo do plural, encontra-se em Cícero, *De legib.*, liv. 3. Columela usou o nominativo, liv. 9, c. 14, e o ablativo *sobolibus*, liv. 5, c. 6.

Tusses. Plínio, liv. 23, c. 11: *Sapae faece pota tusses ueteres sanantur*. A mesma forma lê-se no liv. 20, c. 12, e no liv. 22, c. 25: *Faba in cibo fressa et cum allio³¹ cocta contra deploratas tusses sumitur*. O mesmo Plínio, liv. 20, c. 18, usou o dativo *tussibus*: *Prodest tussibus ueteribus* (e também no liv. 29, c. 22). O genitivo *tussium* lê-se também no mesmo autor. Por isso não entendo a razão pela qual este nome há de ser incluído nos anómalos.

Vespera -ae, no número singular, é bastante usado; o plural admite-se no registo vulgar; contudo não encontro exemplo nos clássicos.

Vitae encontra-se em Cícero, *De nat.*: *Deus hominum commoda, uitasque tuetur*. O mesmo Cícero escreve essa forma em *De amicit.*: *Serpit per omnium uitas amicitia*; e também em *De inuent.*; tal como Terêncio, em *Adelph.* Usa-a ainda Virgílio, em *Aen.* 6, na aceção de ‘alma’: *...tenues sine corpore uitae*; e em *Georg.* 4.

Fames, lues, plebes, proles, strues, tabes têm, no plural, terminações consentâneas com as formas latinas e em nada dissemelhantes das acima citadas; contudo os Antigos não nos fornecem exemplos. Por essa razão, avaliem os mais entendidos se se devem usar; no que nos diz respeito, propomos que sejam aprendidos apenas os que encontrámos atestados pelo uso.

Incluem-se nos anómalos vários femininos derivados de nomes adjetivos, mas nem todos carecem de plural. *Amicitia* e *inimicitia* leem-se frequentemente em ambos os números. *Auaritia, castimonia, elegantia, insolentia, inertia, insania, memoria, petulantia* também são, por vezes, usados no plural. Cícero, *De fin.*, liv. 4: *Nec enim omnes auaritias, si aequae auaritias esse dixerimus*; Plínio, liv. 31, c. 8: *Aliud uero ad castimoniarum superstitionem etiam sacris Iudaeis dicatum, quod fit e piscibus squama carentibus*; Gélio, liv. 10, c. 12: *Phauorinus memoriarum ueterum exsequentissimus*; idem, liv. 2, c. 9.: *Verborum elegantias*; idem, liv. 13, c. 19: *Insolentias uerborum*; Cícero, *Partit.*: *Vitiis, artibus, inertis*; idem, em carta a Sulpício, liv. 4: *Incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias*; Gélio, liv. 2, c. 21: *Se ad literas memoriasque ueteres dediderat*; e no liv. 4, c. 6: *In ueteribus memoriis scriptum legimus*; idem, liv. 3, c. 3: *Cum petulantias dictorum diluisset*.

Iam uero illa, *accusatio, acerbitas, adiectio, admiratio, admissio, admonitio, auiditas, cupiditas, difficultas, dilatio* et alia sexcenta ab adiectiuis aut participiis deducta numero multitudinis usurpantur. Similia uero nomina, quamuis in ueterum libris quia ad nos peruenerunt in numero plurali [p. 248] scripta non inueniantur, non ideo sunt enormia iudicanda; sed unusquisque, ut Phocas ait, aurem suam interroget et usui quando opus fuerit accommodare non reformidet. Quod si quis ex grammaticis qui Latinae linguae fines eruditione peregrina metiuntur digitum uelit oculis intentare, grammatici insignis opponat auctoritatem et similis exitus nomina, ut calumniam effugiat, in medium producat. Sunt tamen aliqua quibus uix utendum erit in numero plurali, nisi ueterum occurrat exemplum, qualia sunt *infantia, pueritia, alolescentia, iuuenta, iuuentus, senectus, iustitia, prudentia, facundia, poetica, dialectica* et caetera artium nomina. *Philosophias* apud Gell<ium> inuenies lib. 5, cap. 3, et aliis in locis.^[1]

Neutra plurali deficientia

Haec tibi neutra damus numero spolianda secundo:
uer, ador atque *penum, uirus*, cum *felle barathrum, fas, nihilum, chaos* atque *nefas, nihil* adde *macellum, sal*,^[2] *iubar* atque *salum, letum* cumque *hepate foenum, iustitium, nil*; adde *gelu, cum glutine uiscum, manna, crocum, tabum, senium; paschae* addito *nitrum* cumque *luto pelagus, cum coeno uulgus et halec*.

Sal neutrum plurali caret; at masculinum, pro 'lepore', integrum est: *sales, -ium*, etc.^[3]

Schol. 6.^[4] De nominibus neutris

In his etiam electione opus est, ut suum cuique tribuatur; multa enim neutra suo iure priuantur.

Aeuum, quod a nonnullis ponitur inter anomala, in numero multitudinis reperitur. Plin., lib. 35, c. 14: *In Africa Hispaniaque ex terra parietes aeuis durant*;¹ et lib. 14, c. 1: *Simulacrum tot aeuis incorruptum*;² Ouid.: *...nulli datus omnibus aeuis*.^{3 [4]}

¹Plin., *Nat.* 35,169 ²Plin., *Nat.* 14,9 ³Ou., *Pont.* 1,3,83.

^[1]Schol. 5... in locis *E'*] *om. E*² ^[2]'sal' *E*²] his *E'* ^[3]'Sal' neutrum ...etc. *E*²] *om. E'* ^[4]Schol. 6 ... offendat exemplum *E'*] *om. E*².

Já os seguintes: *accusatio*, *acerbitas*, *actio*, *adiectio*, *admiratio*, *admissio*, *admonitio*, *auuiditas*, *cupiditas*, *difficultas*, *dilatatio* e mil outros derivados de adjetivos ou de participios usam-se no número plural. Nomes semelhantes, ainda que os não encontremos escritos no número plural nos livros dos Antigos que chegaram até nós [p. 248], não julgo, por isso, que devam ser considerados fora da norma. Todavia, como diz Focas, cada um consulte o seu ouvido e, sempre que seja necessário, não receie atender ao uso. É que se algum daqueles gramáticos que andam a medir as fronteiras da língua latina com os instrumentos de uma erudição peregrina³² pretender apontar-te um dedo ameaçador, oponha-se-lhe a autoridade de um gramático insigne e, para escapar a uma calúnia, mostrem-se-lhe nomes de terminação semelhante. Admita-se, porém, que, a não ser que apareça um exemplo dos autores Antigos, existem alguns que dificilmente se usam no número plural, como é o caso de *infantia*, *pueritia*, *adolescentia*, *iuventia*, *iuentus*, *senectus*, *iustitia*, *prudencia*, *facundia*, bem como *poetica*, *dialectica* e os restantes nomes de disciplinas. Encontrarás *philosophias* em Gélio, liv. 5, c. 3, e em outros passos.

Neutros que carecem de plural

Aqui tens os neutros que devem ficar despojados do número plural:

Ver, *ador* e *penum*, *uirus*, *fel*, *barathrum*,
fas, *nihilum*, *chaos*, *nefas* e *nihil*; acrescenta *macellum*, *sal*,
iubar, *salum* e *letum*, *hepar*, *foenum*,
iustitium e *nil*; acrescenta *gelu*, *gluten*, *uiscum*,
manna, *crocum*, *tabum*, *senium*; a *pascha*³³ junta *nitrum*,
e também *lutum*, *pelagus*, *coenum*, *uulgus* e *halec*.

Sal, quando é neutro, carece de plural; como masculino, na aceção de ‘chiste’, é íntegro: *sales -ium*, etc.

Escólio 6. Nomes neutros

Também no tocante a estes nomes é preciso critério para que se atribua a cada um o que é devido. Com efeito, muitos neutros são justamente privados do número plural.

Aeuum, que é posto entre os anómalos por alguns autores, pode encontrar-se no número plural. Plínio, liv. 35, c. 14: *In Africa, Hispaniaque, ex terra parietes aeuis durant*; e no livro 14, c. 1: *Simulacrum tot aeuis incorruptum*. Ovídio, *Pont.* 1, 3: ... *nulli datus omnibus aeuis*.

Callum -i neutrum in plurali numero nondum inueni.

Bacula in numero multitudinis est apud Cels<um>, lib. 8, c. 20: *Habenas ad ualida bacula deligarint*.¹

Crocum additur a Diomede inter ea quae plurali carent, quod uidetur admittendum.

Ebur in numero plurali usurpauit Plin., lib. 9, c. 12: *Squatina qua lignum et ebora poliuntur*.²

Faena in eodem numero dixit Apuleius, 3 *Met*.

Fella similiter, Q. Serenus, cap. 13: *Detergere malum poterunt uel uulturis atris / fella...*;³ et cap. 19: *...cunctis noxia fella*.⁴

Hir, ut Charisius ait, habet in genituo *hiris*; Probus uero credit esse indeclinabile. Numero plurali caret, sed iam supra tamquam insolens in utroque numero reiectum est.

Luta Caesarem in numero plurali et *macella* Ennium dixisse testis est Caper.

Mamona huc non spectat, cum sit masculinum, ut ostensum est schol. 13 in genera.

Mane reperitur adiectiuus coniunctum induitque formam substantiui. Vnde Seruius, illud Plauti, *A mani usque ad uesperam*,⁵ ait *mani* ablatiuum esse a *mane*; Mart., lib. 2: *...mane totum dormies*;⁶ Pers., *saty*. 3: *...iam clarum mane fenestras / intrat...*;⁷ Colum., lib. 7, c. 12: *Sub obscuro mane*.⁸

Pascha -ae potius quam *pascha -atis* declinandum; et priori modo sumptum numero plurali priuandum est; cum uero [p. 249] per tertiam inflectitur, plurali numero fruatur.

Pelagis in numero plurali aiunt nonnulli apud Cic<eronem> sed locum inuenire non potui.

Sinum -i, genus quoddam *uasis*, ut Nonius interpretatur, ‘sinuatum’ significans; huc etiam spectat ex Varronis sententia, lib. enim 4 *De ling. Lat.*, ‘*sinum*’ inquit a ‘*sinu*’, quod ‘*sinum*’ maiorem cauationem habeat quam *poculum*.⁹ Neutro etiam utitur Colum., lib. 7, c. 8. *Sinus -us* masculini generis in eadem significatione est apud Plaut<um>, in *Curcul.*: *...hic cum uino sinus fertur*;¹⁰ sic apud eundem, in *Rud.*. *Sinu* apud Varronem de *uita pop<ulo> Rom<ano>*, ut citat Nonius, extat, qui ablatiuus masculinam terminationem ostendit.

¹Cels., *Med.* 8,20,5 ²Plin., *Nat.* 9,40 ³Ser. Samm., *Lib. med.* 13,204-4 ⁴Ser. Samm., *Lib. med.* 18,329 ⁵Plaut., *Amph.* 253 ⁶Mart., *Epig.* 1,49,36 ⁷Pers., *Sat.* 3,1-2 ⁸Colum., *Rust.* 7,12,3 ⁹Varro, *Ling.* 5,123 ¹⁰Plaut., *Curc.* 82.

Callum -i, neutro, ainda não o encontrei no número plural.

Bacula, no número plural, existe em Celso, liv. 8, c. 20: *Habenas ad ualida bacula deligarint*.

Crocum é acrescentado por Diomedes³⁴ ao conjunto daqueles que carecem de plural, o que parece aceitável.

Ebur, no número plural, foi usado por Plínio, liv. 9, c. 12: *Squatina qua lignum et ebora poliuntur*.

Faena, no plural, escreveu-o também Apuleio, *Met.* 3.

Fella também foi escrito por Q. Sereno, c. 13: *Detergere malum poterunt uel uulturis atri / fella...*; e no c. 19: *... cunctis noxia fella*.

Hir, segundo afirma Carísio³⁵, faz o genitivo *hiris*; contudo, Probo considera que é indeclinável³⁶. Não tem plural. Nós já acima o rejeitamos por ser inusitado em ambos os números.

Luta, no número plural, escreveu-o César.

Macella, no plural, escreveu-o Ênio, segundo testemunho de Capro³⁷.

Mamona não se integra neste conjunto, visto que é masculino, como já se demonstrou no escólio 13³⁸, capítulo sobre o género dos nomes.

Mane encontra-se associado a adjetivos e assume a forma de substantivo, razão pela qual Sérvio afirma, em comentário a um passo de Plauto (*A mani usque ad uesperam*), que *mani* é ablativo de *mane*³⁹. Marcial, liv. 1: *... mane totum dormies*; Pérsio, sátira 3: *...iam clarum mane fenestras / intrat...*; Columela, liv. 7, c. 12: *Sub obscuro mane*.

Pascha -ae, deve preferir-se a *Pascha atis*; e na primeira forma também dever ficar privado de plural; todavia, [p. 249] quando se declina na terceira já goza de número plural.

Pelagis, no número plural, encontra-se em Cícero, segundo dizem alguns autores; contudo, não consegui encontrar o passo.

Sinum -i, um ‘tipo de vaso’, de acordo com a explicação dada por Nónio que alude ao seu feitio bojudo, pertence a este conjunto, segundo opinião de Varrão, pois em *De Lingua Latina*, liv. 4 afirma: «*Sinum*, de *sinus*, por ter uma concavidade maior do que um copo.» Columela, liv. 7, c. 8, também o usa no neutro. *Sinus -us*, com a mesma significação, existe em Plauto, *Curcul.*: *...Hic cum uino sinus fertur*. Essa mesma forma encontra-se ainda no mesmo autor, em *Rud.* Chegou até nós *sinu* em passo de Varrão, *De uita populo Romano*, citado por Nónio, no qual o ablativo apresenta uma terminação masculina.

Solium -ii, pro ‘uase in quo sedentes lauabantur in balneis’, numero plurali est apud Plin<i>um>, lib. 26, c.1: *In balineis solia temperabantur humano sanguine ad medicinam*;¹ idem, lib. 33, c. 12: *Nisi argentea solia fastidiant*.² In communi significatione non est cur plurali fraudandum sit.

Solum -i pluralis etiam numeri casus admittit. Virg., *Georg.* 1: *...Arida tantum / ne saturare fimo pudeat sola*;³ Stat., *Theb.* 8: *...niueoque rigant sola putria nimbo*.⁴ Sic et Catullus, *De Berec<intia>*. Cic., pro ‘inferiore parte pedis’, posuit *Tusc.* 5: *Mihi amictus est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra*.⁵

Spicum antiquis in usu fuit in numero singulari tantum. Cic., *2 De nat.* ex poeta: *Spicum illustre ferens insigni corpore uirgo*;⁶ Varro, item de lege Maenia apud Non<i>um>: *Neque in bona segete nullum est spicum nequam, in mala non aliquod bonum*.⁷

Spicus -i, eiusdem significationis, in numero plurali Seruius,^[1] in *2 Georg.*, inflectit.

Tabum in ablatiuo frequens est. In recto legitur apud Quintil<i>anum>; genitiuo *tabi* usus est Lucan., lib. 6: *Stillantis tabi saniem*;⁸ datiuo, Stat., *Theb.* 9: *...dulcique nefandus / immoritur tabo* ... quo tamen immerito spoliatur a quibusdam.⁹

Vitrum in numero plurali apud poetas esse dicitur, at sine testimonio; quare qui censuram reformidat a numero multitudinis absteat quousque idonei alicuius auctoris offendat exemplum.^[2]

¹Plin., *Nat.* 26,8 ²Plin., *Nat.* 33,152 ³Virg., *Georg.* 1,79-80 ⁴Stat., *Theb.* 8,391 ⁵Cic., *Tusc.* 5,90 ⁶Cic., *Aratea*, *Frag. Poet.* 16,6 ⁷Varro, *Men.* 241,1 *apud* Nonium 225 ⁸Lucan., *BC* 6,548
⁹Stat., *Theb.* 9, 18-19.

^[1]Seruius pro Virg. in *err. corr. E¹*] *om. E²* ^[2]Schol. 6 [p. 248] ... *exemplum E¹*] *om. E²*.

Solium -ii, na aceção do ‘vaso no qual as pessoas se sentavam para se lavarem nas termas’, encontra-se no número plural em Plínio, liv. 26, c. 1: *In balineis solia temperabantur humano sanguine ad medicinam*; idem, liv. 33, c. 12: *nisi argentea solia fastidiant*. Na significação comum, não há razão para ficar privado do plural.

Solum -i também admite casos do número plural. Virgílio, *Georg.* 1: *Arida tantum / ne saturare fimo pudeat sola*; Estácio, *Theb.*, liv. 8: *...niueoque rigant sola putria nimbo*. A mesma forma encontra-se também em Catulo, no poema sobre Berecintia. Cícero usou-o na aceção de ‘parte inferior do pé’ em *Tusc.*, liv. 5: *Mihi amictus est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra*.

Spicum, entre os Antigos, apenas se usou no singular. Cícero, *De nat.*, liv. 2, citando um poeta: *Spicum illustre ferens splendenti corpore uirgo*. Varrão, citado por Nônio, também escreveu essa palavra em *De lege Maenia*: *Neque in bona segete nullum spicum nequam, in mala non aliquod bonum*.

Spicus -i, com a mesma significação, é declinado no número plural por Sérvio, no seu comentário às *Geórgicas* 2.

Tabum é frequente no ablativo. No nominativo, lê-se em Quintiliano; o genitivo *tabi* foi usado por Lucano, liv. 6: *Stillantis tabi saniem*; e o dativo por Estácio, *Theb.*, liv. 9: *...dulcique nefandus / immoritur tabo...* (no entanto, é erradamente espoliado do dativo por alguns autores).

Vitrum, no número plural, diz-se que existe nos poetas, contudo, sem abonação; por essa razão, aquele que recear a crítica evite o plural, pelo menos até encontrar um exemplo em algum autor idóneo.

Quae numero tantum plurali declinantur

Multa recensentur numero truncata priori: 1
 ut quaecumque gerunt (dempto^[1] uno) a cardine nomen,
 ceu *duo, tres, quatuor* numerosaque turba sequentum;
 festa itidem, ludos uel significantia libros: 2
Ethica in exemplum, *Dionysia, Olympia* sunt.

1) Nomina cardinalia (praeter *unus -a -um*, quod integrum est) numero tantum plurali declinantur, ut *duo, tres, quatuor, quinque, decem, uiginti, centum* et *mille* adiectiuum, quod, cum substantiuum est, utroque numero gaudet, estque indeclinabile in numero singulari, in ablatiuo tamen, *mille* uel *milli* facit; numero uero multitudinis, *millia -ium -ibus*, etc.

2) Item festorum nomina, ut *Saturnalia, Neptunalia, Bacchanalia* etc., quae genitiuo terminantur in *-orum* uel *-ium*: *Saturnaliorum* uel *Saturnalium*; datiuo et ablatiuo in [p. 250] *-ibus*: *Saturnalibus*.

Dionysia uero *Orgia* et *Hyacinthia* tantum ad normam secundae declinationis inflectuntur: *Dionysiorum, Dionysiis*, etc.

Nomina item significantia ludos, ut *Olympia -orum, Pythia, Isthmia, Apollinares, Circenses, Megalenses*.

Librorum denique complura numero fere multitudinis inueniuntur usurpata, ut *Bucolica -orum, Georgica -orum, Rhetorica -orum, Dialectica -orum, Physica -orum, Ethica -orum, Politica -orum, Oeconomica -orum, Musica -orum*. Quae omnia desumuntur a neutra pluralis numeri terminatione nominum adiectiuorum: a *bucolicus -a -um, Bucolica -orum*, a *physicus -a -um, Physica -orum*, et sic in caeteris. Haec raro leguntur in singulari, idque tantum dum liber unus significatur, ut in primo *Oeconomico*, in secundo *Bucolico*, a nominatiuis *Oeconomicon, Bucolicon*. Quae uero similem deriuationem non admittunt singulari numero declinantur, ut *Ilias -dis*,^[2] *Aeneis -idos*,^[3] *Achilleis -idos*,^[4] *Thebais -idos*,^[5] *Metamorphosis -seos*,^[6] etc. Librorum dixi, quia nomina scientiarum singulariter efferuntur, ut *Rhetorica -ae, Dialectica -ae*, etc.

^[1]dempto E²] dempta. E¹ ^[2]idos' E²] om. E¹ ^[3]idos' E²] om. E¹ ^[4]idos' E²] om. E¹ ^[5]idos' E²] om. E¹ ^[6]seos' E²] om. E¹.

Nomes que se declinam apenas no plural

Contam-se muitos privados do número singular, 1
 como cada um dos chamamos cardinais (excetuando *unus*):
duo, tres, quatuor e a multidão dos que se lhes seguem;
 Também os nomes que designam festas, jogos ou títulos de obras, 2
 como *Ethica, Dionysia, Olympia*.

1) Os nomes cardinais (à exceção de *unus, a, um*, que é íntegro) declinam-se apenas no plural: e.g. *duo, tres, quatuor, quinque, decem, uiginti, centum e mille* (este último como adjetivo, já que como substantivo goza de ambos os números; como substantivo é indeclinável no número singular, embora no ablativo possa fazer *mille* ou *milli*; no plural faz *millia, -ium, -ibus*, etc).

2) Também se declinam apenas no plural os nomes de festas como, por exemplo, *Saturnalia, Neptunalia, Bacchanalia*, etc.; no genitivo, estes nomes terminam em *-orum* ou *-ium* (*Saturnaliorum* ou *Saturnalium*); no dativo e no ablativo terminam em [p. 250] *-ibus* (*Saturnalibus*).

Dionysia, Orgia e Hyacinthia, porém, declinam-se apenas pelo paradigma da segunda declinação: *Dionysiorum, Dionysiis*, etc.

Também se declinam apenas no plural os nomes que designam jogos, como, por exemplo, *Olympia, orum; Pythia -orum, Isthmia; Apollinares, Circenses, Megalenses*.

Por último, encontram-se quase sempre formulados no plural muitos títulos de obras como, por exemplo, *Bucolica -orum, Georgica -orum; Rhetorica -orum; Dialectica -orum; Physica -orum; Ethica -orum; Politica -orum; Oeconomica -orum; Musica -orum*. Todos esses nomes são derivados da terminação neutra do número plural dos nomes adjetivos, a saber: de *Bucolicus -a -um* vem *Bucolica -orum*; de *Physicus -a -um* vem *Physica -orum*, e assim nos restantes. Tais nomes, contudo, leem-se raras vezes no singular, pois isso só acontece quando se quer referir especificamente um livro, como por exemplo, *in primo Oeconomico, in secundo Bucolico* (formas derivadas dos nominativos *Oeconomicon e Bucolicon*). No entanto, aqueles que não admitem uma derivação semelhante declinam-se apenas no singular como, por exemplo, *Ilias -dis; Aeneis -dis; Achilleis -idos; Thebais -idos; Metamorphosis -seos*, etc. Referi os títulos de obras, já que os nomes de disciplinas se escrevem no singular, como, por exemplo, *Rhetorica -ae; Dialectica -ae*, etc.

Schol 7.^[1] De nominibus distributiuis et aliis nonnullis

Distributiua plerumque numero multitudinis usurpantur, qualia sunt *singuli -ae -a, bini, terni, quaterni, quini, seni, septeni, octoni, noueni, deni, undeni, duodeni, ternideni, deniquaterni, quinideni, senideni, septenideni, denioctoni, deninoueni, uiceni, triceni, quadrageni, quinquaneni, sexageni, septuagenni, octogeni, nonageni, centeni, duceni, treceni, quadringeni, quingeni, sexcenti, septingeni, octingeni, nongeni, milleni*, etc., quae leguntur etiam numero singulari, maxime apud poetas et historicos.

Virg., 3 *Aen.*: ...*terno consurgunt ordine remi*;¹ idem, 10: ...*centenaque arbore fructum / uerberat*.² Sic Stat., *Theb.* 12. Idem, *Sylu.* 5: ...*ante septenus habebit / ister?*;³ *ibid.*: ...*terdena luce peracta*;⁴ Colum., lib. 4, c. 7: *Vt bino [adminiculo] potius utantur*;⁵ idem, lib. 5, c. 6: *Palmitem super ternam gemmam religabimus*;⁶ Plin., lib. 17, c. 23: *Traduces Gallica cultura bini utrinque lateribus, si pes quadrageno distet spatium, quaterni, si uiceno*;⁷ idem lib. 18, c. 18: *Consentiunt non altiore [scrobes] quino semipede esse debere*.⁸ *Septuagenus* inuenies apud eundem. Plaut., *Cistel.*: ...*attat, singulum uideo uestigium*;⁹ Gell., lib. 18, c. 13: *Nummo singulo multabatur*;¹⁰ et lib. 19, c. 8: *Non infitias eo quin singulo semper numero dicenda sint*.¹¹

Nomina festorum numero tantum multitudinis usurpantur *Agonalia* <ue>l *Agonia, Bacchanalia, Carmentalia, Cerealia, Compitalia, Equiria, Feralia, Floralia, Frontinalia, Initia, Laurentalia, Liberalia, Lemuria, Luceria, Lupercalia, Matralia, Neptunalia, Nicetereia, Opalia, Paganalia, Palilia, Parilia, Parentalia, Portunalia, Quinquatria, Quirinalia, Saturnalia, Terminalia, Vestalia, Vinalia, Vulcanalia*. Huiusmodi nomina genitio frequentius, ad normam secundae declinationis, in *-orum* faciunt, quamuis etiam in *-ium*, more nominum tertiae declinationis aliquando terminentur: *Saturnaliorum* et *Saturnalium, Bacchanaliorum* [p. 251] et *Bacchanalium*. At in datiuo raro admodum secundam declinationem sequuntur. Dices ergo *Saturnalibus* potius quam *Saturnaliis, Bacchanalibus* quam *Bacchanaliis* et sic in caeteris.

Videntur autem haec nomina magis ad tertiam declinationem quam ad secundam pertinere, siue ab adiectiuis ad tertium ordinem spectantibus emanare quis dixerit, siue a substantiuis eiusdem ordinis inusitatis, quorum specimen praebuit *Bacchanal -alis*, quo Plaut. usus est in *Mil.*: ...*uos*, inquit, *in cella uinaria / Bacchanal facitis*;¹² unde *Bacchanalia* numero multitudinis usu frequentiore dicuntur. *Lupercal* item. Ou., 2 *Fast.*: *Forsitan et quae eras cur sit locus ille Lupercal*;¹³ unde nomen *Lupercalia* deriuatum est. Ex quibus conici potest caetera similia festorum nomina potius ad tertiam declinationem, uti diximus, pertinere.

¹Verg., *Aen.* 5,120 ²Verg., *Aen.* 10,207 ³Stat., *Silu.* 5,2,136-7 ⁴Stat., *Silu.* 5,5,24 ⁵Colum., *Rust.* 4,7,3 ⁶Colum., *Rust.* 5,6,28 ⁷Plin., *Nat.* 17,211,1-2 ⁸Plin., *Nat.* 17,80,8 ⁹Plaut. *Cist.* 701a ¹⁰Gell., *NA* 18,13,6 ¹¹Gell., *NA* 19,8,5 ¹²Plaut., *Mil.* 857-858 ¹³Ou., *Fast.* 2,381 .

^[1]Schol. 7 ... 'geometrica didicisset' *E'*] *om. E*² .

Escólio 7. Nomes distributivos e alguns outros

Os distributivos usam-se, na maioria das vezes, no plural: e.g. *singuli -ae -a; bini, terni, quaterni, quini, seni, septeni, octoni, noueni, deni, undeni, duodeni, ternideni, deniquaterni, quinideni, senideni, septenideni, denioctoni, deninuoueni, uiceni, triceni, quadrageni, quinquageni, sexageni, septuageni, octogeni, nonageni, centeni, duceni, treceni, quadringeni, quingeni, sexceni, septingeni, octingeni, nongeni, milleni*, etc.; estes nomes também se leem no singular, principalmente nos poetas e nos historiadores.

Virgílio, *Aen.* 3: *...terno consurgunt ordine remi*; idem, liv. 10: *...centenaque arbore fructum / uerberat*. Assim também escreve Estácio, *Theb.*, liv. 12; idem, *Syl.*, liv. 5: *...ante septenus habebit / Ister?*; ibidem, *...terdena luce peracta*; Columela, liv. 4, c. 7: *Vt bino [adminiculo] potius utantur*; idem, liv. 5, c. 6: *Palmitem super ternam gemmam religabimus*; Plínio, liv. 17, c. 23: *Traduces Gallica cultura bini utrinque lateribus, si pes quadrageno distet spatio, quaterni, si uiceno*; idem, no mesmo livro, c. 11: *Consentiunt non altiores [scrobes] quino semipede esse debere. Septuagenus* encontrá-lo-ás no mesmo autor. Plauto, *Cistel.*: *... attat, singulum uideo uestigium*; Gélio, liv. 18, c. 13: *Nummo singulo multabatur*; e no livro 19, c. 8: *Non infitias eo quin singulo semper numero dicenda sunt*.

Os nomes de festas usam-se apenas no número plural: *Agonalia* ou *Agonia*, *Bacchanalia*, *Carmentalia*, *Cerealia*, *Compitalia*, *Equiria*, *Feralia*, *Floralia*, *Frontinalia*, *Initia*, *Laurentalia*, *Liberalia*, *Lemuria*, *Luceria*, *Lupercalia*, *Matralia*, *Neptunalia*, *Niceteria*, *Opalia*, *Paganalia*, *Palilia*, *Parilia*, *Parentalia*, *Portunalia*, *Quinquatria*, *Quirinalia*, *Saturnalia*, *Terminalia*, *Vestalia*, *Vinalia*, *Vulcanalia*. Nomes deste tipo fazem, mais frequentemente, o genitivo em *-orum*, de acordo com o paradigma da segunda declinação, ainda que por vezes também terminem em *-ium*, à maneira dos nomes a terceira declinação: *Saturnaliorum* e *Saturnalium*; *Bacchanali -orum* [p. 251] e *Bacchanalium*. Contudo, no dativo é muito raro que sigam a segunda declinação. Logo, dirás de preferência *Saturnalibus* a *Saturnaliis*, *Bacchanalibus* a *Bacchanaliis*, e assim nos restantes.

Contudo, estes nomes parecem integrar-se mais na terceira declinação do que na segunda, independentemente de se sustentarem que derivam de adjetivos da terceira declinação ou de substantivos da mesma declinação caídos em desuso, de que *Bacchanal -alis* (nome usado por Plauto em *Mil.*, ao dizer *uos in cella uinaria / Bacchanal facitis*) constitui um exemplo – razão pela qual é mais frequente usar-se *Bacchanalia* no número plural. O mesmo se diga de *Lupercal*. Ovídio, *Fast.*: *Forsitan et quaeras cur sit locus ille Lupercal*; deste nome é que proveio *Lupercalia*. Com base nisto, podemos supor, conforme dissemos, que os restantes nomes de festas pertencem mais à terceira declinação.

Orgia, Dionysia, Charistia, Hyacinthia, Repotia proficisci crediderim a nominibus adiectiuis secundae declinationis substantiue sumptis in neutra terminatione numeri multitudinis, ut ab *orgius -a -um Orgia -orum*, a *Dionysius -a -um Dionysia -orum*, et sic in aliis. Huc etiam spectant *Encaenia -orum, Scenopegia -orum, Latinae -arum* et *Neomeniae -arum*.

Quinquatrus -us, pro eodem festo quod dicebatur ‘Quinquatria’, ut ex Varr<one>, 5 *De Lingua Lat.* colligitur, etiam numero singulari per quartam declinatur; in numero uero plurali frequentius est. Ouid., 6 *Fast.*: ...*dixi / cur sit Quinquatrus illa uocata dies*;¹ Plin., lib. 18, cap. 24: *Transpadani seruans usque in Quinquatrus fabam*.²

Ludorum nomina sunt illa: *Apollinares, Circenses, Megalenses* seu *Megalesia, Isthmia, Pythia, Olympia*. Quae nomina sunt etiam adiectiua sed pro substantiuis, ut *Oriens* pro *Sole* et *Tonans* pro *Ioue*, ponuntur. A *Pythius -a -um* dixit Iuuenal, satyr. 13, *Pythia uates*;³ et Propert., lib. 2, eleg. 13, *Pythia regna*.⁴ Sustantiuum expressit Cic., 10 *Philip.*: *Ne Apollinares quidem ludos fecit*;⁵ et Verr. 6: *Ludis circensibus*;⁶ Liu., dec. 3, lib. 3: *Ludi Apollinares a P. Corn. primum facti*.⁷ Suppressit Virg. 8 *Aen.*: ...*magnis Circensibus actis*;⁸ et Suet. in *Tiber.*, c. 26: *Natalem suum plebeis incurrentem Circensibus*.⁹

In iis uero quae neutro genere efferuntur subaudiendum *certamina*, sicut in masculinis *ludi*. Liu., dec. 3, lib. 9: *Ludi fuere Megalesia appellata*;¹⁰ Ouid., 1 *Met.*: *Instituit sacros celebri certamine ludos, “Pythia” perdomitae serpentis nomine dictos*.¹¹ Sunt iidem qui at Apollinares. Cic., 2 *De diu.*: *Cursor ad Olympia proficisci cogitans, uisus est in somnis curru quadrigarum*.¹²

Nomina librorum complura sunt neutra, clarius a nominibus adiectiuis deriuata, qualia sunt *Bucolica, Georgica, Chronica, Rhetorica, Dialectica, Physica, Oeconomica, Musica, Geometrica*, etc., a *bucolicus, georgicus, chronicus, rhetoricus, dialecticus, physicus, oeconomicus, musicus, geometricus*. Ouid., 2 *Trist.*: *Bucolicis iuuenis luserat ante modis*;¹³ Colum., lib. 7, c. 5: *Sed Georgicum carmen etc.*;¹⁴ Gell., lib. 17, cap. 21: *Excipiebamus ex libris qui ‘Chronici’ appellantur etc.*;¹⁵ Terent., in *Heaut.*: *Repente ad studium hunc se applicasse musicum*;¹⁶ Plin., lib. 2, cap. 22: *Pythagoras interdum ex musica ratione appellat tonum [p. 252] quantum absit a terra luna*;¹⁷ Cic., 2, *De orat.*: *Rhetoricis quibusdam libris quos tu agrestes putas*.¹⁸ Vnde non solum *Rhetorica -orum*, sed *Rhetorici -orum*

¹Ouid., *Fast.* 6,693-4 ²Plin., *Nat.* 18,205,3-4 ³Iuu., *Sat.* 13,199 ⁴Prop. *Eleg.* 3,13,52 ⁵Cic., *Phil.* 10,7,15 ⁶Cic., *Verr.* 2,4,33 ⁷Liu., *AVC* 27,23,5 ⁸Verg., *Aen.* 8,636 ⁹Suet., *VC Tib.* 26,1,4 ¹⁰Liu., *AVC* 29,14,14 ¹¹Ouid., *Met.* 1,446-7 ¹²Cic., *Diu.* 2,144,3-4 ¹³Ouid., *Trist.* 2,1,538 ¹⁴Colum., *Rust.* 7,5,10 ¹⁵Gell., *NA* 17,21,1 ¹⁶Ter., *Heaut.* 23 ¹⁷Plin., *Nat.* 2,84,1-2 ¹⁸Cic., *De orat.* 2,10,3.

Orgia, Dionysia, Charistia, Hyacinthia, Repotia, diria que têm origem em nomes adjetivos da segunda declinação tomados como substantivos, e com a terminação do neutro plural; assim, a partir de *orgius -a -um* formou-se *orgia, orum*; de *Dionysius -a -um* formou-se *Dionysia -orum*, e assim nos restantes. Integram-se também neste conjunto *Encaenia -orum, Scenopegia -orum, Latinae -arum* e *Neomeniae -arum*.

Quinquatrus -us, na aceção da mesma festa que também se denominava *Quinquatria* (como se depreende de Varrão, *De lingua Lat.*, liv. 5), também se declina no número singular, segundo o paradigma da quarta declinação, mas é mais frequente no número plural. Ovídio, *Fast.*, liv. 6: ... *dixi / cur sit Quinquatrus illa uocata dies*; Plínio, liv. 18, c. 24: *Transpadani seruant usque in Quinquatrus fabam*.

Os nomes de jogos são os seguintes: *Apollinares, Circenses, Megalenses* ou *Megalesia, Isthmia, Pythia, Olympia*. Tais nomes têm natureza de adjetivos, mas são usados como substantivos (tal como *Oriens* se usa em vez de *Sol* e *Tonans* em vez de *Iuppiter*). Com base em *Pythius -a -um*, Juvenal, sátira 13, escreveu *Pythia uates*; e Propércio, liv. 3, elegia 13, escreveu *Pythia regna*. O substantivo escreveram-no Cícero, em *Philipp.*, 10: *Ne Apollinares quidem ludos fecit*; e em *Verr.*, 6: *Ludis circensibus*; Lívio, década 3, liv. 3: *Ludi Apollinares a P. Corn. primum facti*. Virgílio, em contrapartida, suprimiu *ludi*, em *Aen.*, liv. 8: ...*magnis Circensibus actis*; e Suetónio, em *Tiber.*, c. 26: *Natalem suum plebeis incurrentem Circensibus*.

Contudo, naqueles nomes de jogos que se usam no neutro deve subentender-se *certamina*, tal como nos masculinos se subentendia *ludi*. Lívio, década 3, liv. 9: *Ludi fuere, Megalesia appellata*. Ovídio, *Met.*, 1: *Instituit sacros celebri certamine ludos, 'Pythia' perdomitae serpentis nomine dictos* (os *Pythia* são os Apolinares). Cícero, *De diu.: Cursor, ad Olympia proficisci cogitans, uisus est in somnis curru quadrigarum*.

Muitos nomes de obras são neutros, e mais claramente derivados⁴⁰ de nomes adjetivos, como é o caso de *Bucolica, Georgica, Chronica, Rhetorica, Dialectica, Physica, Oeconomica, Musica, Geometrica*, etc., os quais provêm de *Bucolicus, Georgicus, Chronicus, Rhetoricus, Dialecticus, Physicus, Oeconomicus, Musicus, Geometricus*. Ovídio, *Trist.* 2: *Bucolicis iuuenis luserat ante modis*; Columela, liv. 7, c. 5: *Sed Georgicum carmen*, etc.; Gélio, liv. 17, c. 21: *Excipiebamus ex libris, qui 'Chronici' appellantur*, etc.; Terêncio, *Heaut.*: *Repente ad studium hunc se applicasse musicum*; Plínio, liv. 2, c. 22: *Pythagoras interdum ex musica ratione appellat tonum [p. 252] quantum absit a terra luna*; Cícero, *De orat.*, liv. 2: *Rhetoricis quibusdam libris, quos tu agrestes putas*.

masculine pro libris absolute posuit Quint., lib. 3, cap. 1: *Post quem tacere modestissimum foret, nisi et Rhetoricos suos ipse [Cicero] sibi elapsos diceret.*¹ Et numero singulari ibid., c. 3: *Sicut et Ciceronis quoque Rhetorico primo;*² item, c. 8: *Nec me fallit in primo Ciceronis Rhetorico aliam esse interpretationem.*³ Ex his Quintiliani auctoritatibus colliges, quando de uno libro tantum sermo est, posse Latine dici *in primo Rhetorico*; et similiter, *in Oeconomico Xenophontis, in secundo Virgilii Bucolico, in tertio Georgico*, sumpta nominis adiectiui terminatione masculina, subintelligendo *librum* cum Quintiliano, siue neutra, cum Cicerone et aliis, sicut frequentior usus obtinuit. Plin., lib. 35, c. 9: *Chronicorum errore non dubio;*⁴ Cic., *De orat.*^[1]: *In grammaticis poetarum pertractatio;*⁵ idem, *De fat.: Mihi rhetorica uestra sat nota;*⁶ Ennius item apud Festum, lib. 18: *Alii rhetorica tongent;*⁷ id est, norunt, ut ibidem Festus exponit; Cic., *Att.*, lib. 14: *Accubans apud Vestorum hominem remotum a dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum;*⁸ et *De clar. orat.: Istorum in dialecticis omnis cura consumitur;*⁹ item in *De fin.*^[2]: *In physicis, quibus maxime est alienus Epicurus;*¹⁰ ibid.: *Oratorem ne physicorum quidem esse expertem uolo;*¹¹ Colum., in praef<atione>, lib. 12: *Et Aristotelis Oeconomica dicuntur;*¹² Cic., 1 *De orat.: Vt in musicis numeri et uoces et modi;*¹³ idem, 1 *Tusc.: Respondens eo perueniet, qua geometrica didicisset.*¹⁴ [3]

Masculina singulari deficientia

Masculinum sortita genus pluralia solum
 dicito *cancellos, lemures, cum manibus artus* 1
 et *proceres, loculos, canos*; adiunge *Penates,*
caelitibus superos, fastus, maioribus, antes.
 His *pugillares; geminisque adnecte minores*
 et *tria post, infra, liber* de uocibus orta. 2

1) *Cancelli -orum, lemures -rum, manes -ium, proceres -rum, loculi -orum, cani -orum, penates -tum uel -tium, superi -orum, fastus -uum uel fasti -orum, maiores -orum, minores -rum, antes -tium, pugillares -ium, gemini -orum pro signo caelesti.*

2) Item tria ex tribus illis uocibus, *post, infra, liber*, oriunda, nimirum *posterii -orum, inferi -orum, liberi -orum.*

Artus in nominativo singulari et *caelite* in ablatiuo reperiuntur.

¹Quint., *Inst.* 3,1,20 ²Quint., *Inst.* 3,5,14 ³Quint., *Inst.* 3,6,58 ⁴Plin., *Nat.* 35,58,5 ⁵Cic., *De Orat.* 1,187 ⁶Cic., *De fat.* 4,2 ⁷Enn. apud Fest., *Verb. sign.* 356 ⁸Cic., *Att.* 14,12,3 ⁹Cic., *Brut.* 119 ¹⁰Cic., *Fin.* 1,17 ¹¹Cic., *Orat.*, 119 ¹²Colum., *Rust.* ¹³Cic., *De orat.* 1,187 ¹⁴Cic., *Tusc.* 1,57.

[1]De orat. *scrip.*] de diu. *E'*] [2]De fin. *scrip.*] Orat. *E'*] [3]Schol. 7 [250] ... 'didicisset' *E'*] om. *E*².

Por essa razão é que Quintiliano, liv. 3, c. 1, usou, para a designação isolada de obras, não só *Rhetorica -orum*, mas também *Rhetorici -orum* no masculino⁴¹: *Post quem tacere modestissimum foret, nisi et Rhetoricos suos ipse [Cicero] sibi elapsos diceret*; e também no singular, *ibid.*, c. 3: *Sicut et Ciceronis quoque Rhetorico primo*; e ainda no c. 8: *Nec me fallit in primo Ciceronis Rhetorica aliam esse interpretationem*. A partir destas citações de Quintiliano pode-se ver que, quando se trata de um livro específico, se pode dizer em latim *in primo Rhetorico*; e também *in Oeconomico Xenophontis*, *in secundo Virgilii Bucolico*, *in tertio Georgico*; nestes casos, toma-se a terminação masculina do nome adjetivo, subentendendo-se *liber*, na esteira de Quintiliano; em alternativa, pode tomar-se a terminação neutra, na esteira de Cícero e de outros, de acordo com o que o uso mais frequente consagrou. Plínio, liv. 35, c. 9: *Chronicorum errore non dubio*. Cícero, *De Orat.*: *In grammaticis poetarum pertractatio*; *idem, De fat.*: *Mihi rhetorica uestra sat nota*. Também Énio, citado por Festo, liv. 18: *Alii rhetorica tongent*, ou seja, «conhecem⁴²», como o próprio Festo esclarece. Cícero, *Att.*, liv. 14: *Accubans apud Vestorium hominem remotum a dialecticis, in arithmetiis satis exercitatum*; e em *De clar. orat.*: *Istorum in dialecticis omnis cura consumitur*; e igualmente, em *De fin.*: *In physicis quibus maxime est alienus Epicurus*; *ibidem: Oratorem, ne physicorum quidem esse expertem uolo*; Columela, no prefácio do liv. 12: *Et Aristotelis Oeconomica dicuntur*; Cícero, *De orat.*, liv. 1: *Vt in musicis numeri et uoces et modi*; *idem, Tusc.*, liv. 1: *Respondens eo perueniet, qua geometrica didicisset*.

Masculinos que carecem de singular

Dizei estes nomes do género masculino apenas no plural: *cancelli, Lemures, Manes, artus*, 1

e *proceres, loculi, cani*. A *caelites* acrescenta *Penates, superi, fasti*; e a *maiores, antes*.

A estes, junta *pugillares*, a *gemi* associa *minores*, e três derivados das palavras *post, infra, liber*. 2

1) *Cancelli -orum, Lemures -rum, Manes -ium, proceres -rum, loculi -orum, cani -orum, Penates -tum* ou *-tium, Superi -orum, fastus -uum* ou *fasti fastorum, maiores -rum; minores -rum; antes -ium; pugillares -ium; Gemini -orum* (na aceção de 'signo celeste').

2) Também carecem de singular três nomes derivados das palavras *post, infra* e *liber*, a saber, *posteri -orum, inferi -orum, liberi -orum*.

Note-se, porém, que é possível encontrar *artus* no nominativo singular (*artus*) e *caeles* no ablativo singular (*caelite*).

Schol. 8.^[1] De nominibus masculinis

Licet inter masculina quaedam in numero plurali sint magis usitata, quia tamen in singulari reperiuntur aliquando, dissimulari possunt ne multitudo fastidium pariat aut confusionem.

Aborigines solum in numero multitudinis usurpatur, sicut et complura populorum nomina, ut *Cares*, *Seres*, *Luceres* et alia.

Amor integrum est et in utroque numero distinguitur appositis [p. 253], ut *amores honesti* uel *turpes*. Cic., 1 *De off.*: *Quae [uirtus] si cerneretur admirabiles amores sui excitaret*;¹ idem, 4 *Tusc.*: *Pudici [amores] solliciti tamen, et anxii sunt*.² Quare non uideo cur sit inter defectiua numerandum.

Annalis integrum est etiam. Plin., lib. 7, c. 28: *Ennius sextum annalem adiecit*.³ Eo etiam Cic., et Gell. utuntur in eodem numero. In plurali frequentius usurpatur ut supra ostensum est in Declinat., schol. 7.

Antes -ium apud Virg<ilium>, *G.* 2, 'primos uitium ordines' significat: *Iam canit extremos effoetus uinitor antes*.⁴ Pluraliter itidem declinandum est cum 'lapides in aedificiis eminentes' significat aut ultimas columnas quadratas, quibus fabrica sustinetur.

Artus numero singulari protulit Lucan., lib. 8: *...tunc omnis palpitat artus*.⁵

Caelites caelitem ad numerum deficientium singulari adscribitur, sed Ouid. ablatiuo *caelite*, lib. 5 *De Ponto*, usus est: *...de caelite Brute recenti / quale tamen potui carmen in ora dedi*.⁶

Cassis cassis, dum 'rete' significat, in numero singulari reperitur etiam apud Senecam et Ouid<ium>, quorum testimonia supra relata sunt in Gen<era> nom<inum> schol. 18.

Codicillus diminutiuum, pro 'paruo codice', non est anomalum, cum uero significat 'ultimam uoluntatis dispositionem', ut apud iurisperitos, *Cod. de Codicillis* et ff. *De iure codicillorum* numero plurali frequentius efferri consuevit.

Complures et *complura* in numero plurali solum inuenio.

Etesiae -arum frequens est in numero plurali sed in singulari est apud Plinium, lib. 18, c. 34: *Mutatque nomen 'Aquila' et 'Etesias' uocatur*.^{7[1]}

¹Cic., *Off.* 1,15 ²Cic., *Tusc.* 4,70 ³Plin., *Nat.* 7,101 ⁴Verg., *Georg.* 2,417 ⁵Lucan., *BC* 6,754 ⁶Ou., *Pont.* 4,6,17-18 ⁷Plin., *Nat.* 18,335.

[1]Schol. 8 ... Schol. 17 [p. 256] E¹] om. E².

Escólio 8. Nomes masculinos

Alguns masculinos são mais usados no plural, contudo, tendo em atenção a que por vezes aparecem no singular, esses nomes masculinos poder-se-ão omitir, para evitar que a profusão crie aborrecimento ou confusão⁴³.

Aborigines só se encontra no número plural, tal como vários nomes de povos, entre os quais *Cares*, *Seres*, *Luceres* e muitos outros.

Amor é íntegro e distingue-se em ambos os números por meio dos apostos: [p. 253] e.g. *amores honesti* e *amores turpes*. Cícero, *De off.*, liv. 1: *Quae uirtus si cerneretur admirabiles amores sui excitaret*; idem, *Tusc.*, liv. 4: *Pudici amores solliciti tamen, et anxii sunt*. Por isso, não vejo razão para serem incluídos entre os defeitos.

Annalis também é íntegro. Plínio, liv. 7, c. 28: *Ennius sextum annalem adiecit*. Também Cícero e Gélio o usaram nesse mesmo número. É usado mais frequentemente no plural, conforme acima demonstrámos no escólio 7, no capítulo sobre a declinação dos nomes.

Antes -ium, em Virgílio, *Georg.*, liv. 2, significa as ‘primeiras fileiras de vides’: *Iam canit extremos effoetus uinitor antes*. Também se deve declinar no plural quando significa as ‘pedras salientes nos edifícios’ ou ‘as colunas ortogonais que ficam nas extremidades, nas quais se sustenta a estrutura’.

Artus, no número singular, escreveu-o Lucano, liv. 8: *...tunc omnis palpitat artus*.

Caelites caelitim é remetido para o número daqueles que carecem de singular; contudo, Ovídio, *De Ponto*, liv. 5, usou o ablativo *caelite*: *...de caelite Brute recenti / quale tamen potui carmen in ora dedi*.

Cassis cassis, quando significa ‘rede’, encontra-se também no número singular em Séneca e Ovídio (as citações já foram apresentadas acima, no escólio 18, capítulo sobre o género dos nomes).

Codicillus, diminutivo usado na aceção de ‘pequeno código’, não é anómalo; todavia quando significa a ‘última disposição da vontade’, como acontece nos juristas, costumava escrever-se mais frequentemente no plural: *Cod. de codicillis* e *ff. de iure codicillorum*.

Complures e *complura*, só os encontro no número plural.

Etesiae -arum é frequente no número plural, mas existe no singular em Plínio, liv. 18, c. 34: *Mutataque nomen ‘Aquila’ et Etesias uocatur*.

Fascis, pro ‘congerie lignorum’ ‘aliarumue rerum ligata’, integrum est. Item pro insignibus magistratuum Romanorum. Licet enim in numero plurali efferrī soleat, adhuc tamen a communi significatione non recedit, quare nec integra declinatione fraudandum. Vnde Plautus, *Epid.*: *Lictores duo, duo uiminei fasces uirgarum.*¹ Vbi, si unum uimineum fascem uel geminum fascem dixisset, idem prorsus fuisset intelligendum. Pro ‘magistratu uero, cui fasces praeferabantur’, in numero plurali tantum uidetur usurpandum.

Fasti -orum, quando ponitur absolute, intelliguntur *dies*, cum nomen *fastus*, unde deriuatur, sit adiectiuum, quemadmodum *nefastus*. Sumitur etiam pro ‘libris totius anni rationem et numerum continentibus’ idque in numero plurali, sicut et *fastus, fastuum* in eadem signif<icatione>. Cum autem ‘superbam elationem’ significat utroque numero donari consuevit.

Fori -orum, pro ‘tabulatis nauium quibus nautae ultro citroque discurrunt’, licet in numero plurali sit usitatus; *forus* tamen in singulari reperitur apud Ennium: *Multa foro ponens* etc.;² et Gell., lib. 17, c. 19: *Stans [Arion] in summae puppis foro carmen uoce sublatissima cantauit.*³

Forum -i aliud significat, ut constat, de quo non ambigitur.

Furfur in singulari etiam numero reperitur. Plin., lib. 18, c. 9: *Verum plus retinet in furfure.*⁴ Eodem casu utitur lib. 26, c. 2. Colum., lib. 6, c. 38: *Semuncia triti furfuris;*⁵ Q. Seren.: *Additur excussus niuea similagine furfur.*⁶ Sic idem saepius.

Furfures -rum, pro ‘squammulis furfurem referentibus, quae a cute capitis alteriusue partis absque ulceratione resoluuntur’, in numero [p. 254] plurali tantum inuenio. Plin., lib. 20, c. 9: *Discutit furfures capitis.*⁷ Sed, cum huius nominis usurpatio sit metaphorica, primitiui sui declinationem iure haereditario sequetur.

Gemini -orum, dum ‘fratres uno partu editos’ significat, subaudito substantiuo, saepius usurpatur in numero plurali, sed in singulari etiam legitur. Plaut., *Amph.*: *...istic si fuat, / illum sane non esse oportuit, nisi quidem sit geminus;*⁸ et iterum, ibid.: *...geminus Sosia hic factus est mihi.*⁹ *Gemina*, foeminino singulari, usus est idem in *Milit.*: *Sororem hic eius geminam esse et matrem dicito.*¹⁰

Gemini uero, pro ‘signo caelesti’, singulari destituitur, quo nomine fratres uno partu editi Castor et Pollux intelliguntur. Plin., lib. 18, c. 25: *Ipse circulus fertur per Sagittarium atque Geminos;*¹¹ Cic., in *Arat.*: *Et Gemini clarum iactantes lucibus ignem.*¹²

¹Plaut., *Epid.* 28-29 ²Enn., *Ann.*, 512 ³Gell., *NA* 16,19,14 ⁴Plin., *Nat.* 18,87 ⁵Colum., *Rust.*
⁶Ser. Samm., *Lib. med.* 15,263 ⁷Plin. *Nat.* 20,101 ⁸Plaut., *Amph.* ⁹Plaut., *Amph.* 615
¹⁰Plaut., *Mil.* 1102 ¹¹Plin., *Nat.* 18,281 ¹²Cic., *Arat.* 34,331.

Fascis, na aceção de ‘molho de lenha’ ou de outras coisas assim atadas, é íntegro. E também quando significa ‘insígnias dos magistrados romanos’. Apesar de se costumar escrever no número plural, nem por isso se afasta da sua significação comum, razão pela qual não deve ser privado da sua íntegra declinação. Daí o passo de Plauto, em *Epid.*: *lictores duo, duo uiminei fascis uirgarum*; nesse passo, mesmo que Plauto dissesse *unus uimineus fascis* ou *geminus fascis*, deveria entender-se exatamente o mesmo. Porém, na aceção de ‘molhos de varas (*fascēs*) que se levavam diante do magistrado’, tudo indica que deve ser usado apenas no plural.

Fasti -orum, quando usado sem qualquer contexto, refere-se a determinados dias, já que o nome *fastus*, de onde deriva, é um nome adjetivo (tal como *nefastus*). Usava-se também para os ‘livros que continham o cômputo e o calendário do ano inteiro’ e, nesta aceção, também era usado no plural, assim como *fastus fastuum*, que tem a mesma significação. Por sua vez, quando significa ‘exaltação orgulhosa’ era costume dar-se-lhe ambos os números.

Fori -orum, na aceção de ‘tabulado do navio que os marinheiros pisam no seu vai-vem’⁴⁴, apesar de mais usado no plural, também se pode encontrar no singular (*forus*) em Énio: *Multa pro foro ponens*, etc.; e em Gélio, liv. 17, c. 19: *Stans Arion in summae puppis foro carmen uoce sublatissima cantauit*.

Forum -i significa outra coisa, como é sabido; mas sobre isso não há ambiguidade.

Furfur também se encontra no número singular. Plínio, liv. 18, c. 9: *Verum plus retinet in furfure*. Plínio usa o mesmo caso, no livro 26, c. 2. Columela, liv. 6, c. 38: *Semuncia triti furfuris*; Q. Sereno: *Additur excussus niuea similagine furfur*. Assim escreve, a maior parte das vezes, o mesmo autor.

Furfures -rum, na aceção de ‘pequenas escamas que imitam uma casca e que se soltam da pele da cabeça ou de qualquer outra parte sem haver ferimento’ [p. 254] só o encontro no número plural. Plínio, liv. 20, c. 9: *Discussit furfures capitis*. No entanto, tendo em conta que o uso deste nome é metafórico, seguirá, por direito hereditário, a declinação da palavra de origem.

Gemini -orum, quando significa ‘irmãos nascidos do mesmo parto’, subentendendo-se o substantivo *fratres*, usa-se mais frequentemente no número plural, mas também se lê no singular. Plauto, *Amph.*: *...istic si fuat, / illum sane non esse oportuit, nisi quidem sit geminus*; e, de novo, *ibid.*: *...geminus Sosia hic factus est mihi*. *Gemina*, feminino singular, usou-o o mesmo autor, em *Miles.*: *Sororem hic eius geminam esse et matrem dicito*.

Gemini, porém, na aceção de ‘constelação’, é destituído de singular, pois por esse nome se referenciam os dois irmãos, Castor e Pólux, nascidos de um único parto. Plínio, liv. 18, c. 25: *Ipse circulus fertur per Sagittarium atque Geminos*; Cícero, em *Arat.*: *Et Gemini clarum iactantes lucibus ignem*.

Inferus -a -um adiectiuum est, unde *Inferi -orum* substantiue usurpatur in numero plurali quemadmodum et *Superi -orum* a *superus -a -um*; *posterii -orum* a *posterus -a -um* et *liberi -orum* a *liber -a -um*. Verum hoc postremum significatione diuersum est a suo adiectiuo, et in numero plurali dicitur aliquando de uno tantum filio uel filia. Singulari usus est Modest. *Pand.*, lib. 2: *Quam ut quis dicat nolle suum liberum esse.*¹

Inferus -i substantiuum, pro *inferi -orum*, apud latinitatis auctores nondum inueni; in Sacris literis frequens est. Nec usus huius nominis a consuetudine Latinae linguae censeatur abhorrere, cum multa sint adiectiua similiter usurpata subaudito nomine substantiuo, de quibus schol. 24 in gen<era> nom<inum>.

Lar in utroque numero frequens est, quare immerito refertur inter anomala singulari destituta.

Lemures -rum fere numero multitudinis gaudet. Ouid., 5 *Fast.*: *Mox etiam lemures animas dixere silentum.*² *Lemurem*, accusatiuo singulari a nominatiuo *lemur lemuris*, usus est Apuleius in lib. *De deo Socratis*: *Hunc uetere in lingua Latina (inquit) inueni lemurem dicatum.*³ Qui casus et reliqui singulares a nitore latinitatis non uidentur alieni. Nec enim plus dissonat *lemur* quam *femur* aut *lemuris* quam *femoris* et similia.

Ludi -orum, ‘publica spectacula’ significans, usitatius est in plurali; sed numero singulari usus est Quintil., pro ‘spectaculo publico gladiatorum’, in *Declamat.*: *Me piratae (inquit) in ludum uendiderunt.*⁴

Maiores, pro ‘iis qui nos praecesserunt’, et *minores*, pro ‘posteris’, in numero plurali semper usitata reperiuntur more nominum substantiuorum.

Manes -ium plurali numero fere semper effertur. *Manem* in singulari protulit Apuleius in lib. *De Daemonio Socratis*.

Menses, pro ‘menstruis’, in plurali frequens est apud Plin<ium>, sed, in eadem quoque significatione, numerus singularis est in usu apud eundem, quare integre declinandum. Testimoniis, breuitatis causae, supersedeo.

Natalis et *natale* adiectiuum est, sumitur saepe substantiue pro ‘die quo quisque nascitur’; et in utroque numero reperitur subaudito *die*. Virg., *Eclog.* 3: *...meus est natalis Iola;*⁵ Plin., *Epist.*, lib. 3, ad Canin<ium>: *Virgilii natalem (Caesar) religiosius quam suum celebrabat.*⁶ Cicero tamen *diem* solet exprimere. Pro *Flac.*: *Ego diem uere natalem huius Urbis certe salutarem appellare [p. 255] possum.*⁷ Sic idem frequenter.

¹Modest. *apud* Iust., *Dig.* 2,14,34 ²Ou., *Fast.* 5,483 ³Apul., *Socr.* 15,22 ⁴Quint., *Decl.* 9,12 ⁵Verg., *Ec.* 3,76 ⁶Plin., *Epist.* 3,7,8 ⁷Cic., *Flac.* 102.

Inferus -a -um é um adjetivo; daí que *Inferi -orum* se use no plural como substantivo, tal como *Superi -orum*, que vem de *superus -a -um*, e *posterii -orum*, que vem de *posterus -a -um*, e *liberi -orum*, que vem de *liber -a -um*. No entanto, este último é diferente do respetivo adjetivo no que toca à significação; e, no número plural, diz-se, por vezes, a respeito de um só filho ou filha⁴⁵. O singular foi usado por Modesto, *Pand.*, liv. 2: [...] *quam ut quis dicat nolle suum liberum esse*.

Inferus -i, como substantivo usado em vez de *Inferi -orum*, ainda não o encontrei nos autores da latinidade; na Sagrada Escritura é frequente. Não se pense que o uso deste nome repugna à norma da língua latina, visto que há muitos adjetivos usados de forma semelhante, com o nome substantivo subentendido (sobre eles, veja-se o escólio 24, capítulo sobre o género dos nomes).

Lar, em ambos os números, é frequente, pelo que não tem fundamento contá-lo entre os anómalos destituídos de singular.

Lemures -rum usa-se quase sempre no número plural. Ovídio, *Fast.* 5: *Mox etiam Lemures animas dixere silentum*. O acusativo singular *Lemurem*, formado a partir do nominativo *Lemur Lemuris*, usou-o Apuleio, no livro *De deo Socratis*: *Hunc uetere in lingua Latina inueni Lemurem dicatum*. Esse caso e os restantes do singular não parecem ser alheios ao esplendor da latinidade. E, por outro lado, *Lemur* não soa pior do que *femur*, nem *Lemoris* do que *femoris*, e o mesmo se diga dos nomes semelhantes.

Ludi -orum, que significa ‘espectáculos públicos’, é mais usado no plural. Porém, o número singular foi usado por Quintiliano, em *Declamat.*, na aceção de ‘espectáculo público de gladiadores’: *Me piratae in ludum uendiderunt*.

Maiores, na aceção de ‘os que nos precederam’, e *minores*, na aceção de ‘os descendentes’, encontram-se sempre usados no plural à maneira dos nomes substantivos.

Manes -ium escreve-se quase sempre no número plural. *Manem*, no singular, escreveu-o Apuleio, no livro *De Daemonio Socratis*.

Menses, na aceção de ‘sacrifícios mensais’, é frequente em Plínio; contudo, o número singular é usado, no mesmo autor, com a mesma significação, razão pela qual se deve declinar integralmente (abstenho-me, por motivo de brevidade, de citar abonações).

Natalis, natale é um adjetivo e toma-se frequentemente por substantivo na aceção de ‘dia em que cada um nasceu’; e encontra-se em ambos os números, subentendendo-se *dies*. Virgílio, *Eclog.*, 3: *...meus est natalis Iola*. Plínio, *Epist.*, liv. 3, em carta a Canínio: *Virgilii natalem (Caesar) religiosius, quam suum celebrabat*. Cícero, contudo, costuma escrever *dies*. *Pro Flac.*: *Ego diem uere natalem huius urbis certe salutarem appellare [p. 255] possum*. Assim escreve esse autor frequentemente.

Natales -ium, pro ‘sanguinis et familiae condicione’, pluraliter effertur tantum. Tacit., lib. 2 *Hist. Neron.*: *Aderat Cornelius Fuscus claris natalibus*.¹ Sic Plin., Epist. 139, ad Scaurum.

Optimas -<at>is in utroque numero usurpatur, licet in plurali frequentius. *Optimati* reperies apud Cic<eronem>, lib. 9 et 10 *Ad Att.*; *optimatem*, in epistola Caelii ad eumdem.

Primates et *magnates* eiusdem significationis et declinationis esse traduntur, at sine ueterum testimonio. Quare tunc iis utaris, cum apud classicos auctores offenderis.

Summates inuenis apud Macrob<ium>, in *Somn.*, lib. 1, c. 2: *Summatibus uiris contenti sunt reliqui*.²

Pisces, pro ‘signo caelesti’, frequentius effertur in numero plurali. Cic., 2 *De nat.*: *Hanc Aries tegit et squamoso corpore Pisces*;³ Colum., lib. 11, c. 2: *Sol in Pisces transitum facit*.⁴ Nonnumquam etiam reperitur in singulari, cum de uno loquimur eorum, quibus hoc sidus constat. Idem, ibid.: *Tertio idus Martii Piscis Aquilonius desinit oriri*;⁵ et ibid.: *Quarto nonas Septembris Piscis Austrinus desinit occidere*.⁶ Poetae, suo iure, singulari etiam utuntur aliquando pro plurali. Ouid., *Met.* 10: *...Piscique Aries succedit aquoso*.⁷ Illud Virg., 4 *Georg.*, cum ait *Aut eadem sidus fugiens ubi Piscis aquosi / tristior hybernas caelo descendit in undas*,⁸ de *Pisce Australi*, ut Seruio placet, intelligendum est, qui tunc oritur, cum Pleiades occidunt. Est et aliud sidus eiusdem nominis extra zodiacum, qui ‘Piscis Notius’ appellatur, de quo Cic., in *Arat.*: *...cedit delapsa corona, / et loca conuisit cauda tenus infera Piscis*.⁹ Hic enim *Piscis* prope Coronam septemtrionales figuratur; cumque sit unus tantum, singulari numero semper utendum est.

Plerique, pleraeque, pleraque in plurali satis usitatum. Singulari usus est Sall., *Iug.*: *Pleraque oratione res suas extollunt*.¹⁰

Primores adiectiuum, licet nominatiuus non extet, utroque tamen numero gaudet. Lucret., lib. 6: *...nasi primoris acumen*;¹¹ Gell., lib. 16, c. 5: *Animaduerti uestibulum esse partis domus primorem*.¹² Eodem accusat<iuo> etiam usus est Cato; item Suet.; et Sil. ablatiuo *primori*; Gell., *primore* et *primori*. In numero multitudinis adiectiue sumptum frequenter offendes; et, substantiuo etiam supresso, more substantiuorum. Liu., *Ab Vrb.* 1: *Ad primores Romulus prouolat*;¹³ Virg., 9 *Aen.*: *...quos omnis euntes / primorum manus ad portas iuuenumque senumque / prosequitur*.¹⁴

¹Tac., *Hist.* 2,86 ²Macr., *Somn.* 1,2,18 ³Cic., *Nat. deor.* 2,114 ⁴Colum., *Rust.* 11,2,20
⁵Colum., *Rust.* 11,2,24 ⁶Colum., *Rust.* 11,2,63 ⁷Ou. *Met.* 10,165 ⁸Verg., *Georg.* 4, 234-5
⁹Cic., *Arat.* 34, 351-2 ¹⁰Sall., *Iug.* 85,21 ¹¹Lucret., *DRN* 6,1193 ¹²Gell., *NA* 16,5,2. ¹³Liu., *AVC* 1,12,7 ¹⁴Verg., *Aen.* 9, 308-310.

Natales -ium, na aceção de ‘condição de sangue e de família’, escreve-se apenas no plural. Tácito, *Hist. Neronis*⁴⁶, livro 2: *Aderat Cornelius Fuscus claris natalibus*. Também se lê assim em Plínio, na epístola 139 a Escauro.

Optimas -atis usa-se em ambos os números, embora seja mais frequente no plural. Encontrarás *optimati* em Cícero, *Ad Att.*, liv. 9 e 10; e *optimatem* na carta de Célio ao mesmo Cícero.

Primates e magnates, diz-se que têm a mesma significação e a mesma declinação, sem que se aduza, porém, abonação dos Antigos. Por essa razão, poderás usá-los, desde que os encontres nos autores clássicos.

Summates, encontra-lo em Macróbio, *Somn.*, liv. 1, c. 2: *Summatibus uiris contenti sunt reliqui*.

Pisces, na aceção de ‘constelação’, escreve-se mais frequentemente no número plural. Cícero, *De nat.*, liv. 2: *Hanc Aries tegit et squamoso corpore Pisces*; Columela, liv. 11, c. 2: *Sol in Pisces transitum facit*. Ocasionalmente, quando se fala apenas de uma das estrelas que constituem a constelação, encontra-se também no singular. Idem, *ibid.*: *Tertio Idus Martii Piscis Aquilonius desinit oriri*; e *ibid.*: *Quarto nonas Septembris Piscis Austrinus desinit occidere*. Os poetas, por direito próprio, também usam, por vezes, o singular em vez do plural. Ovídio, *Met.*, liv. 10: *...Piscique Aries succedit aquoso*. No passo de Virgílio, *Georg.*, liv. 4 (*aut eadem sidus fugiens ubi Piscis aquosi / tristior hybernas caelo descendit in undas*), a expressão de *Pisce Australi* deve ser interpretada, segundo opinião de Sérvio, como referindo-se ao ‘Peixe Austral’, que nasce quando as Plêiades se põem⁴⁷. Existe, de facto, uma outra constelação com o mesmo nome, mas fora do Zodíaco, que se chama ‘Peixe Sul’ (sobre a qual ver Cícero, *Arat.*: *...cedit delapsa corona, / et loca conuisit causa tenus infera Piscis*. Com efeito, este *Piscis* é representado junto à ‘Coroa Setentrional’ e, como é uma estrela só, deve usar-se só no singular).

Plerique, pleraeque, pleraque é bastante usado no plural; Salústio usou o singular, em *Iug.*: *Pleraque oratione res suas extollunt*.

Primores, que é adjetivo, embora não esteja atestado o seu nominativo, goza, no entanto, de ambos os números. Lucrécio, liv. 6: *...nasi primoris acumen*. Gélio, liv. 16, c. 5: *Animaduerti uestibulum esse partis domus primorem*. Ainda no acusativo, foi usado por Catão assim como por Suetónio; Sílio, por sua vez, usou o ablativo *primori*; Gélio usou *primore* e *primori*⁴⁸. No número plural, e tomado adjetivamente, encontrá-lo-ás frequentemente; e também com o substantivo omitido, a exemplo do que acontece com outros substantivos: Lívio, *Ab urb.*, liv. 1, *Ad primores Romulus prouolat*; Virgílio, *Aen.*, *...quos omnis euntes / primorum manus ad portas iuuenumque senumque / prosequitur*.

Proceres usurpatur in plurali frequentissime; in singulari, raro. Iuuen., saty. 8: *Agnosco procerem*.¹ Qui accusatiuus a nominatiuo *procer* inusitato deducitur. Caeteri casus singulares, quamuis exemplis non stabiliantur, a nitore Latinae linguae non degenerant.

Pugillares -ium masculino plurali numero semper usurpatur. *Pugillaria -rium* cum neutris infra discutietur.

Quiris -tis in singulari est etiam in usu. *Quiritis* enim in patrio casu dixit Horat. 1, epist. ad Numic.; *Quiriti*, Ouid., 9 *Met.*; *Quiritem*, idem Ouid. et Pers., satyr. 5. Quare inter anomala locum non habet, nisi quis nominatiui positionem, dum testimonia non occurrunt, usurpare ureatur.

Sal, pro ‘urbanitate’, uel ‘dictis ad risum’, delectationemue compositis, usitatum est in utroque numero; [p. 256] quare declinatione integra libere fruatur. Testimonia haud difficulter occurrent.

Sentis, huius sentis, non solum in plurali, sed interdum etiam in singulari reperiri probatum est supra, de genere, schol. 18.

Idem sentiendum de nomine *uepres*, ut ostensum est ibid., schol. 17.^[1]

Foeminina singulari deficientia

De grege foemineo tantum pluralia flectes
excubias, nonas, idus mensisque *kalendas,*
inferias; cum *reliquiis* adiungito *cunas,*
primitias, scopas, diras noctisque *tenebras.*
Insidias, tricas et^[2] *opes*; adscribito *nugas;*
exuuias,^[3] *thermas, primas* cum *lactibus* addes,^[4]
manubiisque minas. Indutia, feria nunquam
nundina flectantur numero neque *nuptia* primo.

Excubiae -arum, nonae, idus -uum, kalendae, inferiae, reliquiae, cunae, primitiae, scopae, dirae, tenebrae, insidiae, opes opum pro *diuitiis, nugae, tricae, thermae, primae, lactes -ium, exsequiae, clitellae, manubiae, minae, indutiae, feriae, nundinae -arum, nuptiae -arum.* Item *literae -arum* pro ‘epistola’; nam *litera -ae* idem significans in numero singulari poeticum est.

In *manubiis* primam per ectasim produximus.^[5]

¹Iuuen., *Sat.* 8,26 .

^[1]Schol. 8 [p. 252] ... schol. 17 *E*¹] *om. E*² ^[2]‘insidias’, ‘tricas’ et *E*²] ‘Insidiae’ comitentur *E*¹ ^[3]e ‘exuuias’ *E*²] et ‘tricas’ *E*¹ ^[4] ‘exsequias’: et ‘clitellis’ superadiice ‘ualuas’ *post* adest *add. E*¹ ^[5]In ‘manubiis’ ... produximus *E*²] *om. E*¹ .

Proceres, no plural, usa-se muito frequentemente; no singular, raramente. Juvenal, sátira 8: *Agnosco procerem*. Este acusativo forma-se do nominativo *procer*, caído em desuso; os restantes casos do singular, apesar de não sustentados por abonações, não destoam do esplendor da língua latina.

Pugillares -ium, masculino, é sempre usado no número plural. *Pugillarium* será discutido abaixo, juntamente com os neutros.

Quiris -tis também se encontra em uso no singular. *Quiritis*, caso genitivo, escreveu-o Horácio, *Epist.* 1, na carta a Numício; *Quiriti* escreveu-o Ovídio, *Met.*, liv. 9; *Quiritem* escreveu-o o mesmo Ovídio e Pérsio, sátira 5. Por isso, não tem lugar entre os anómalos, a não ser que alguém tenha receio de usar a terminação de nominativo só porque não se encontram abonações desse caso.

Sal, na aceção de ‘chiste’ ou ‘dito para fazer rir’ ou de ‘escritos que visam o divertimento’ foi usado em ambos os números. [p. 256] Por essa razão, goze de íntegra declinação. As abonações não serão difíceis de encontrar.

Sentis, huius⁴⁹ sentis, já acima no escólio 18, capítulo sobre o género dos nomes, ficou provado que se encontra não só no plural, mas esporadicamente também no singular.

O mesmo se deve dizer do nome *Vepres*, tal como se demonstrou acima⁵⁰, no escólio 17.

Femininos que carecem de singular

Do conjunto dos femininos fletirás só no plural *excubiae, nonae*, os *idus* e as *kalendae* mensais, *inferiae*; a *reliquiae* junta *cunae*, *primitiae, scopae, dirae* e as *tenebrae* da noite. Junta-lhes *insidiae, tricae, opes*; acrescentarás *nugae, exuuiae, thermae, primae e lactes*; acrescenta *manubiae* e *minae*. *Indutia, feria, nundina, nuptia* nunca se flexionem no singular⁵¹.

Excubiae -arum, nonae, idus -uum; kalendae, inferiae, reliquiae, cunae, primitiae, scopae, dirae, tenebrae, insidiae, opes opum, na aceção de ‘recursos’, *nugae, tricae, thermae, primae, lactes -ium; exsequiae, clitellae, manubiae, minae, indutiae, feriae, nundinae -arum, nuptiae -arum; litterae*, na aceção de ‘carta’, declina-se apenas no plural (o número singular, com o mesmo significado, é poético).

Em *manubiae*, alongamos a primeira sílaba por éctase.

Schol. 9 De nominibus foemininis

Nonnulla foeminina solum in numero multitudinis usurpari solent, qualia sunt illa: *apinae*, *charites*, *exquiliae*, *fidiculae* pro ‘genere quodam tormenti’, *manubiae*, *plagae*, pro ‘reti’, *primae*, *Vergiliae* et caetera carminibus contenta. Quaedam frequenter in numero multitudinis usurpantur, sed in singulari quoque reperiuntur interdum, ut *Alpes*, *ambages*, *antae*, *antennae*, *argutiae*, *bigae*, *blanditiae*, *compedes*, *copiae* pro exercitu, *decumae* uel *decimae*, *aedes*, *facetiae*, *fauces*, *fores*, *fortunae*, *genae*, *gingiuae*, *gratiae*, *illecebrae*, *latebrae*, *literae* pro epistola, *minutiae*, *nares*, *nates*, *naeniae*, *officiae*, *opes*, pro ‘facultatibus’, *crates*, *partes*, pro ‘officio’, *phalerae*, *praestigiae*, *quadrigae*, *quisquiliae*, *salebrae*, *scatebrae*, *sordes*, *tenebrae*, *uigiliae*.

Liu., *Ab Vrb. 5: Ipsi per Taurinos saltusque Iuliae Alps transcenderunt*;¹ Lucan., lib. 1: *...nunc desuper Alps / nubiferae*;² idem, lib. 3: *...super euolat Alpem*;³ Iuuen., sat. 10: *...opposuit natura Alpemque niuemque*;⁴ Ouid.: *Nec quot apes Hyble, nec quot in Alpe ferae*.⁵

Ambage sextus casus num<eri> singularis frequenter inuenitur. Plin., lib. 29, cap. 8: *Responsum hac facta ambage reddidit*.⁶ Eodem casu tam ipse quam Ouid. utuntur non raro. Caeteri casus singularis numeri consonantiores sunt quam genitium^[2] pluralis. *Ambagum* quo tamen usus est Ouid., 7 *Met.*: *Immemor ambagum uates obscura suarum*.⁷ Quare integra declinatione donandum uidetur.

Anteae -arum latera sunt ostiorum, ut Festus ait. Ponitur hoc nomen cum deficientibus numero singulari, sed *anta* in eodem numero dicitur [p. 257] esse apud Vitruuium.

Antennae in posteriori numero frequens est; in priori profertur a Plin., lib. 7, c. 56: *Vela Icarus inuenit malum et antennam Daedalus*;⁸ Ouid., 3 *Trist.*: *Effugit hybernas demissa antenna procellas*;⁹ Lucan., item lib. 9, et Stat., 3 *Syl.*. Quare immerito refertur inter anomala.

Antiae -arum, quo in numero plurali usus est Apuleius, minus usitatum est.

Ara -ae in communi significatione integrum est. *Arae* uero, tam pro ‘penatibus’ quam pro ‘saxis quibusdam inter Africam et Sardiniam eminentibus in medio mari, ubi foedus inierunt Afri et Romani’, pluraliter tantum declinari traditur. Virg., 1 *Aen.*: *Saxa uocant Itali mediisque influctibus aras*.¹⁰

¹Liu. *AVC* 5,34,8 ²Lucan., *BC* 1,688-9 ³Lucan., *BC* 3,299 ⁴Iuuen., *Sat.* 10,152 ⁵Ou., *Ars* 3,150 ⁶Plin., *Nat.* 19,169 ⁷Ou., *Met.* 7,761 ⁸Plin., *Nat.* 7,209 ⁹Ou., *Trist.* 3,4,9 ¹⁰Verg., *Aen.* 1,109.

^[1]Schol. 9 ... mos erat [p. 262] *E'* om. *E*² ^[2]genitium *corr.* genitium *E'*.

Escólio 9. Nomes femininos

Alguns femininos costumam usar-se apenas no plural, como é o caso de *apinae*, *charites*, *exquiliae*, *fidiculae* (na aceção de um determinado ‘instrumento de tortura’), *manubiae*, *plagae* (na aceção de ‘rede’), *primae*, *Vergiliae* e outros nomes confinados à poesia. Alguns usam-se mais frequentemente no plural, mas também se encontram, por vezes, no singular: e.g. *Alpes*, *ambages*, *antae*, *antennae*, *argutiae*, *bigae*, *blanditiae*, *compedes*, *copiae* (na aceção de ‘exército’), *decumae* ou *decimae*, *aedes*, *facetiae*, *fauces*, *fores*, *fortunae*, *genae*, *gingivae*, *gratiae*, *illecebrae*, *latebrae*, *literae* (na aceção de ‘carta’), *minutiae*, *nares*, *nates*, *naeniae*, *offuciae*, *opes* (na aceção de ‘recursos’), *crates*, *partes* (na aceção de ‘dever’), *phalerae*, *praestigiae*, *quadrigae*, *quisquiliae*, *salebrae*, *scatebrae*, *sordes*, *tenebrae*, *uigiliae*.

Lívio, *Ab Vrb.*, liv. 5: *Ipsi per Taurinos, saltusque, Iuliae Alpīs transcenderunt*; Lucano, liv. 1: *...nunc de super Alpīs / Nubiferae*; o mesmo autor, liv. 3: *...supereuolat Alpem*; Juvenal, sátira 10: *...opposuit natura Alpemque niuemque*; Ovídio: *Nec quot apes Hyble, nec quot in Alpe ferae*.

Ambage encontra-se frequentemente no ablativo singular: Plínio, liv. 29, c. 8: *Responsum hac facta ambage reddidit*. Quer o mesmo Plínio quer Ovídio usam, não raramente, o mesmo caso. Os outros casos do número singular são mais eufónicos do que o genitivo do plural (*ambagum*), que, não obstante, foi usado por Ovídio, *Met.*, liv. 7: *Immemor ambagum uates obscura suarum*. Por isso, tudo indica que lhe deve ser concedida uma declinação íntegra.

Anteae -arum são as ‘ombreiras das portas’, segundo diz Festo⁵². Este nome é incluído no número daqueles que carecem de singular, mas *anta*, precisamente no singular, diz-se [p. 257] que se encontra em Vitrúvio.

Antennae é mais frequente no plural; Plínio escreve-o no singular, liv. 7, c. 56: *Vela Icarus inuenit malum et antennam Daedalus*; Ovídio, *Trist.*, liv. 3: *Effugit hybernas demissa antenna procellas*; Lucano também usa esta forma no livro 9, assim como Estácio, *Sylu.*, liv. 3. Por isso, é sem razão que se incluí entre os anómalos.

Antiae -arum, que foi usado por Apuleio, é menos usado.

Ara -ae é íntegro na sua significação comum. *Arae*, porém, tanto na aceção de ‘Penates’ como na de ‘uns rochedos localizados em pleno mar, entre a África e a Sardenha’, nos quais Africanos e Romanos concluíram um tratado, diz-se que se declina apenas no plural. Virgílio, *Aen.* 1, *Saxa uocant Itali mediisque in fluctibus aras*.

Argutiae in secundo numero frequentissimum est; at in primo, rarum. Gell., lib. 3, cap. 1, et lib. 12, cap. 2, Apuleiusque, 1 *Met.*, eo usi sunt in numero singulari.

Apina -ae, urbs Apuliae, de qua Plin. lib. 3, c. 11: *Diomedes deleuit urbes duas, quae in prouerbii ludicrum uertere, Apinam et Tricam.*¹ Vnde pro ‘rebus futilibus et nugatoriis’ accipitur et in numero plurali effertur a Mart<iale>, lib. 1: *Quaecumque lusi iuuenis et puer quondam / Apinasque nostras.*²

Cum tamen *Apina*, singularis numero, unde metaphora sumpta est, in usu sit, non est cur in eodem numero non possit usurpari. Quamuis nomina, quibus eas significantur, quae pluribus constant, ut grammaticis placet, pluraliter efferri debuissent et frequentius ita eueniat, hac tamen lege non semper stare uoluerunt omnes ii penes quos olim ius et norma loquendi fuit.

Horum enim aliqua, ut *pisces* pro ‘signo caelesti’, et *gemini* pro ‘fratribus eodem partu editis’, de quibus paulo ante diximus, *bigae* item et *quadrigae* et alia numero singulari proferuntur. Suet. in *Tiber.*, c. 26: *Vix unius bigae adiectione honorari passus est;*³ Plin. etiam, lib. 35, c. 4, et Stat., 1 *Theb.*, eodem numero usi sunt. *Quadrigae* inferius ponentur exempla.

Blanditia quoque et *caeremonia*, licet in numero multitudinis magis usitata sint, in singulari tamen reperiuntur apud idoneos auctores. Primo quidem usus est Q. Cic., *De petit<ione> consul<atus>*, et Cic., in orat<ione> *Pro Planco*; secundo uero, idem Cic., *Pro Rosc. Amer.* et *Verr. 7* aliique nonnulli.

Canthes, pro ‘fistulis organorum’, adiungitur anomalis carentibus singulari, sed uox insolens est.

Charites Graecum est ‘tres Gratias’ significans, quo usus est Plin., lib. 36, cap. 5: *Non postferuntur et Charites in propylaeis Atheniensium;*⁴ et Ouid., 5 *Fast.*: *Protinus accedunt Charites* etc.⁵

Colliciae -arum ‘tegulas per quas in uas defluit aqua’ significat. Est apud Plin<ium>, lib. 18, c. 19, in numero plurali.

Compes -dis etiam in numero singulari usurpatur. Colum., lib. 4, c. 24: *Muscus more compedis crura uitium deuincta comprimit.*⁶ Sic idem, lib. 8, c. 2: *Eaque quasi compede cohibentur feri mores.*⁷ Sic Tibull., lib. 2, Iuuen., saty. 12, Horat., 1 *Carm.*, od. 33, Mart., lib. 5, in Zoilum.

Quare sua fruatur immunitate, licet in secundo numero sit usitatis, quemadmodum et *copia -ae*, pro ‘exercitu’, quo Pompeius ad Cic<eronem>, in *Epist. ad Att.*, lib. 8, numero singulari usus est: *Ad L. Domitium literas misi, uti ipse cum omni copia ad nos ueniret.*⁸ Sic idem in eadem epistola iterum; et Virg., *Aen. 2*: *Respicio et quae sit circum me copia lustris.*⁹

¹Plin., *Nat.* 3,104 ²Mart., *Epig.* 1,113,1-2 ³Suet., *VC Tib.* 26,1 ⁴Plin., *Nat.* 36,32 ⁵Ou., *Fast.* 5,219 ⁶Colum., *Rust.* 4,24,6 ⁷Colum., *Rust.* 8,2,15 ⁸Cic., *Att.* 8,12a,1 ⁹Verg., *Aen.* 2,564.

Argutiae é frequentíssimo no plural, mas raro no singular. Gélio, liv. 3, c. 1 e liv. 12, c. 2 e Apuleio, *Met.* 1, usaram-no no singular.

Apina -ae, cidade da Apúlia, sobre a qual Plínio escreve o seguinte, liv. 3, c. 11: *Diomedes deleuit urbes duas, quae in prouerbium ludicrum uertere, Apinam et Tricam*. Daqui resulta que se tome na aceção ‘de coisas fúteis e triviais’, e, nessa aceção, Marcial escreve-a no plural, liv. 1: *Quaecumque lusi iuuenis et puer quondam, / Apinasque nostras*.

Contudo, uma vez que *Apina* está em uso no singular, número de onde proveio o uso metafórico, não há razão para não se usar em ambos os números. Embora, segundo a opinião dos gramáticos, os nomes com que se significam coisas constituídas por vários seres devam ser expressos no plural, e assim acontece a maior parte das vezes, todavia todos aqueles a quem outrora pertencia o direito e a norma da língua⁵³ não entenderam observar esta lei.

Alguns desses nomes, como, por exemplo, *Pisces*, na aceção de ‘constelação’, e *Gemini*, na aceção de ‘irmãos nascido do mesmo parto’, exemplos dos quais já falámos acima, e também *bigae*, *quadrigae* e outros, escrevem-se no número singular: Suetónio, em *Tiber.*, c. 26: *Vix unius bigae adiectione honorari passus est*; e também Plínio, liv. 35, c. 4; e Estácio, *Theb.*, liv. 1, usaram esse nome precisamente no singular. Exemplos para *quadrigae* serão dados mais abaixo.

Blanditia, e também *caerimonia*, embora sejam mais usados no plural, contudo encontram-se no singular nos melhores autores. De facto, o primeiro desses nomes é usado por Quinto Cícero, em *De petitione consulatus*; e também por Cícero, no discurso em favor de Planco; o segundo nome, por sua vez, foi usado pelo mesmo Cícero, em *Pro Rosc. Amer.*, e em *Verr.* 7, e ainda por outros autores.

Canthes, na aceção de ‘tubos de órgão’ é incluído nos anómalos que carecem de singular; no entanto, é uma palavra caída em desuso.

Charites é um nome grego que designa as ‘três Graças’; usou-o Plínio, liv. 36, c. 5: *Non postferuntur et Charites in propylaeis Atheniensium*; assim como Ovídio, *Fast.*, liv. 5: *Protinus accedunt Charites*, etc.

Colliciae -arum significa as ‘telhas pelas quais a água escorre para um vaso’. Existe no número plural em Plínio, liv. 18, c. 19,

Compes -dis também se usa no número singular. Columela, liv. 4, c. 24: *Muscus more compedis crura uitium deuincta comprimit*; e, idem, liv. 8, c. 2: *Eaque quasi compede cohibentur feri mores*. O mesmo singular também se lê em Tibulo, liv. 2, em Juvenal, sátira 12, em Horácio, *Carm.*, liv. 1, ode 33, e em Marcial, liv. 5, no epigrama contra Zoilo.

Por isso, não obstante ser mais usado no plural, goze da sua integridade do mesmo modo que *copia -ae*, na aceção de ‘exército’, que Pompeio, em carta a Cícero, usou no singular, *Ad. Att.*, liv. 8: *Ad L. Domitium litteras misi, uti ipse*

Crates [p. 258] frequentius in plurali reperitur; singulari Plautus usus est in *Poenul.*: *Sub cratim ut iubeas se se supponi*;¹ Plin., lib. 18, cap. 21: *Cratis et hoc genus dentatae*;² Iuuenal, saty. 11: *Sicci terga suis rara pendentia crate*.³

Decimae uel *decumae* -arum frequens est in numero plurali; in singulari quoque reperitur. Cic., 5 *Verr.*: *Affirmante se plus decuma non daturum*;⁴ et lib. 3 *De nat.*: *Neque Herculi quisquam decumam uouit unquam*.⁵

Dirae -arum pro *furiis* pluraliter usurpari consuevit. Singulari numero tunc utaris cum testimonio probati alicuius auctoris te possis a criticorum sugillationibus tueri.

Aedes -is uel *aedis aedis* in recto per tertiam uocalem declinatur, ut ostendit Nonius ex Varrone, de uita P. R., lib. 1; idem Varro, *De ling. lat.*, lib. 4: *Sic ait "aedis" ab "aditu", quod pleno pede adibant*.⁶ Et Festus *Aedis*, inquit, *domicilium in edito positum simplex atque unius aditus. Siue ideo 'aedis' dicitur, quia ibi aeuum degatur*.⁷ Utuntur auctores hoc nomine pro templo, idque in utroque numero et fere cum adiectione alicuius dictionis qua significetur esse templum, ut *aedes sacra* uel *aedes Iouis*. Pro 'domo priuata', frequentius usurpandum in numero multitudinis; interdum tamen reperitur in singulari. Genitiuo *aedis* usus est Curt., lib. 8: *Stabant [coniurati] ad <fores> aedis eius in qua rex uescebatur*;⁸ ibidem: *Excubabant foribus aedis in qua rex acquiescebat*.⁹ Ablatiuo *aede*, Gell., lib. 4, c. 14.

Facetiae plurali numero frequentius est. *Facetia* in singulari usus est idem Gell., lib. 3, cap. 3.

Falae -arum turres sunt lignae. Ennius, lib. 15, apud Nonium, *De prop<ietate> serm<onis>*: *...fiunt tabulata falaeque*.¹⁰ Eodem usus est Plaut. in *Mostell.*: *...subeunt sub falas*.¹¹ In singulari numero nondum inueni.

Fauces -ium numero multitudinis usitatissimum est; in singulari, rarissimum. Ouid., *In ibin*: *Vtne Syracosio praestricta fauce poetae*.¹²

Fidicula -ae, 'pro parua cithara', integre declinandum. Numero plurali usus est Cic., 2 *De nat.*: *Quis si platani fidiculas ferrent numerose sonantes*.¹³

Fidiculae -arum, pro 'tormenti genere quo torquendi sontes funibus alligantur a tortore', in numero tantum multitudinis inuenitur. Senec., lib. 3, *De ira*: *Equuleus et fidiculae et ergastula et cruces*.¹⁴ Eodem utitur Suet., in *Tiber.*, c. 62: *Excogitauit inter genera cruciatus et fidicularum simul tormento distenderet*.¹⁵

¹Plaut., *Poen.* 1025 ²Plin., *Nat.* 18,186 ³Iuuen., *Sat.* 11,82 ⁴Cic., *Verr.* 2,3,36 ⁵Cic., *Nat. deor.* 3,38 ⁶Varro., *Ling.* 5,160 ⁷Fest., *Verb. sign.* 13 (lib. 1, *su. aedis*) ⁸Curt., *Alex.* 8,6,13 ⁹Curt., *Alex.* 8,6,3 ¹⁰Enn., *Ann.* 15,188, *apud. Non. Comp. doc.* 114M ¹¹Plaut., *Most.* 357 ¹²Ou., *ib.* 549 ¹³Cic., *Nat. deor.* 2,22 ¹⁴Sen., *Dial.* 5,3,6 ¹⁵Suet., *VC Tib.* 62,2.

cum omni copia ad nos ueniret. O mesmo autor repete-a na mesma carta; Virgílio, *Aen.*, liv. 2: *Respicio et quae sit circum me copia lustris*.

Crates [p. 258] encontra-se mais frequentemente no plural. O singular foi usado por Plauto, em *Poenul.*: *Sub cratim ut iubeas se se supponi*; por Plínio, liv. 18, c. 21: *Cratis et hoc genus dentatae*; e por Juvenal, sátira 11: *Sicci terga suis rara pendentia crate*.

Decimae ou *decumae -arum* é frequente no número plural, mas também se encontra no singular. Cícero, *Verr.*, 5: *Affirmante se plus decuma non daturum*; e, em *De nat.*, liv. 3: *Neque Herculi quisquam decumam uouit unquam*.

Dirae -arum, na aceção de ‘Fúrias’, costumava usar-se no plural. Poderás usar o singular, desde que te possas respaldar dos golpes dos críticos com a abonação de um qualquer autor respeitável.

Aedes -is ou *aedis -is* escreve-se no nominativo, com a terceira vogal, como o mostra Nónio, com base em Varrão, *De uita Populi Romani*, liv. 1; o mesmo Varrão, *De ling. Lat.*, liv. 4, diz o seguinte: «*aedis* provém de *aditu* [‘entrada’], porque entravam de pleno pé.» E Festo, por sua vez, afirma: «*Aedis* é um domicílio isolado e com uma entrada única, situado em uma elevação. Por isso se diz *aedis*, porque aí decorre o tempo da vida.⁵⁴». Na aceção de ‘templo’, os autores usam este nome em ambos os números, quase sempre acompanhado de uma palavra pela qual se signifique que se trata de um templo, como, por exemplo, *aedes sacra* ou *aedes Iouis*. Na aceção de ‘casa privada’ é mais frequente usar-se no plural; contudo, por vezes encontra-se no singular. O genitivo *aedis* foi usado por Cúrcio, liv. 8: *Stabant [coniurati] ad aedes eius in qua rex uescebatur*; ibidem: *Excubabant foribus aedis in qua rex acquiescebant*. O ablativo *aede* foi usado por Gélio, liv. 4, c. 14.

Facetiae, no número plural, é muito frequente. O mesmo Gélio, liv. 3, c. 3., usou *facetia* no singular.

Falae -arum são ‘torres de madeira’. Énio, liv. 15, citado por Nónio, *De proprietate sermonis*: *...fiunt tabulata, falaeque*. Plauto usou esse mesmo nome, em *Mostel.*: *...subeunt sub falas*. No número singular ainda não o encontrei.

Fauces -ium é muito usado no número plural; mas, no singular é raríssimo. Ovídio em *Ibis*: *Vtne Syracosio praestricta fauce poetae*.

Fidicula -ae, na aceção de ‘pequena cítara’, declina-se na íntegra. O número plural usou-o Cícero, em *De nat.* 2: *Quid si platani fidiculas ferrent numerose sonantes*.

Fidiculae -arum, na aceção de um ‘tipo de instrumento de tortura no qual os criminosos a torturar são atados com cordas pelo verdugo’, encontra-se apenas no número plural. Séneca, liv. 3, *De ira*: *Equuleus et fidiculae et ergastula et cruces*. Suetónio usa a mesma palavra, em *Tiber.*, c. 62: *Excogitauit inter genera cruciatus et fidicularum simul tormento distenderet*.

Flores florem quid significet et eius usum ostendit Gell., lib. 11, cap. 7: '*Flores*' audierat prisca uoce significare uini faecem e uinaceis expressam, sicuti fraces ex oleis, idque apud Caecilium;¹ cuius haec uerba referuntur apud Non<ium>: "Ego neque forem neque flores uolo mihi; uinum uolo".² Gell., eodem cap., refert hoc nomen cuidam causidico apud urbis praefectum uerba facienti risu exceptum: *Hic* inquit *eques Romanus apludam edit et flores bibit. Vnde obsoletum esse contendit.*³

Fores, licet in plurali numero frequentissime sit, tamen in singulari etiam reperitur interdum. Nominatiuo *foris* utitur Plaut., in *Aul.*: *At at foris increpuit*;⁴ sic idem, in *Casin.* et *Mil.*; Terent., *Heaut.*: *...grauit et crepuit foris*.⁵ Genitiuo, Ouid.: *Constitit ad geminae limina prima foris*.⁶ Accusatiuo, Plaut., *Bacch.*: *...hanc forem pauxillulum / aperi*;⁷ sic Liu., dec. 4, lib. 10: *Forem ex aede Lunae raptam tulit*.⁸ Ablatiuo, Horat., *Ser.* 1, [p. 259] s. 2: *Exclusus fore*.⁹ Quare integre declinandum.

Fortuna pro 'diuitiis', in utroque numero est usurpatum. Cic., *De amicit.*: *Spes amplificandae fortunae fractior*.¹⁰ Eodem num pro 'uitae conditione'^[1] usus est Horat., *Epist.* 1, ep. 7: *Cuius fortunae, quo sit patre, quoque patrono*.¹¹ Numeri multitudinis exempla passim offendes.

Fraces -ium, 'faeces oliuarum'. Colum., lib. 6, c. 13: *Quidam fraces uino et adipe commiscent*;¹² et *De arbor<ibus>*, c. 14: *Lupinum cum fracibus misceto*.¹³ Eodem utitur Plin., lib. 25, c. 6.

Gades insulae duae sunt, ut ait Plin., lib. 4, c. 22, maior scilicet et minor; et numero singulari quaelibet effertur ab eodem: *Gadis* [inquit] *longa est XII M., lata III M. passuum*.¹⁴ In numero plurali frequentissimum est.

Gena -ae, siue pro 'operculis oculorum', siue pro 'partibus oris ab oculis ad menum interiacentibus', in utroque numero usurpatur. In prima signific<atione>, Plin., lib. 11, c. 37: *Grauiiores alitum inferiore gena conuiuent*;¹⁵ ibid.: *Extremum ambitum genae superioris antiqui cilium uocauerunt*.¹⁶ In secunda uero Suet. in Claud., c. 15: *Graphium et libellos iecisse in faciem eius, ut genam non leuiter perstrinxerit*.¹⁷

Gingiua integrum est; de plurali nemo dubitat; singulari utitur Plin., lib. 30, c. 3: *Gingiua scarificata*;¹⁸ item Iuuenel, saty. 10.

Gratiae -arum, quae *Χάριτες* a Graecis appellantur, in plurali frequens est; in singulari etiam effertur aliquando, cum earum una tantum significatur. Sic Horat. 3 *Car.*, od. 19, et lib. 4, od. 7. Cum *gratia* pro *causa* ponitur, ablatiuo singulari effertur consueuit; cuius exempla frequenter occurrunt.

¹Gell., *NA* 11,7,6 ²Non. *Comp. doc.* 114M ³Gell., *NA* 11,7,3 ⁴Plaut., *Aul.* 665 ⁵Ter., *Heaut.* 613 ⁶Ou., *Her.* 12,150 ⁷Plaut., *Bac.* 833 ⁸Liu., *AVC* 40,2,2 ⁹Hor., *Serm.* 1,2,67 ¹⁰Cic., *Amic.* 59 ¹¹Hor., *Epist.* 1,7,54 ¹²Colum., *Rust.* 6,13,3 ¹³Colum., *Arb.* 14,1 ¹⁴Plin., *Nat.* 4,119 ¹⁵Plin., *Nat.* 11,156 ¹⁶Plin., *Nat.* 11,157 ¹⁷Suet., *VC Cl.* 15,4 ¹⁸Plin., *Nat.* 30,26

[²¹conditione *scrip.*] coditione *E'*] om. *E*².

Flores floccum, quanto ao que significava e ao seu uso, mostra-o Gélio, liv. 11, c. 7: «Tinha ouvido que *flocces*⁵⁵, palavra arcaica, significava as ‘borras do vinho’ depois de espremidas as uvas, tal como ‘as borras’ das azeitonas; e é essa a sua significação em Cecílio, autor de quem são citadas estas palavras em Nónio: *Ego neque florem neque flocces uolo mihi, uinum uolo.*» Gélio, no mesmo capítulo, conta que esta palavra foi retirada de certo causídico que discursava com galhofa perante o prefeito de Roma. Diz Gélio: *Hic eques Romanus apludam edit et flocces bibit.* Por esse, motivo considera que a palavra é obsoleta.

Fores, se bem que seja muito frequente no plural, contudo também se encontra por vezes no singular. O nominativo *foris* é usado por Plauto, em *Aul.*: *At at foris increpuit.* O mesmo Plauto usa essa forma em *Casina* e em *Miles*. Terêncio, *Heaut.*: *...grauiter crepuit foris.* O genitivo foi usado por Ovídio: *Constitit ad geminae limina prima foris.* O acusativo foi usado por Plauto, *Bacch.*: *... hanc forem pauxillum / aperi.* Igual forma aparece em Lívio, década 4, liv. 10: *Forem ex aede Lunae raptam tulit.* O ablativo foi usado por Horácio, *Ser.* 1, [p. 259] sátira 2: *Exclusus fore.* Tendo em conta estes usos, deve ser declinado na íntegra.

Fortuna, na aceção de ‘riquezas’, foi usado em ambos os números. Cícero, *De amicitia*: *Spes amplificandae fortunae fractior.* O mesmo número, na aceção de ‘situação na vida’, foi usado por Horácio, *Epist.*, epístola 7: *Cuius fortunae, quo sit patre, quoue patrono.* Exemplos do número plural encontrá-los-ás por todo o lado.

Fraces -ium são as ‘borras das azeitonas’. Columela, liv. 6, c. 13: *Quidam fraces uino et adipe commiscent.* E, falando acerca das árvores, c. 14: *Lupinum cum fracibus misceto.* A mesma palavra é usada por Plínio, liv. 25, c. 6.

Gades são duas ilhas, uma maior e outra menor, como diz Plínio, liv. 4, c. 22; qualquer uma delas é referida no número singular pelo mesmo Plínio, que diz: *Gadis longa est XII M., lata III M. passuum.* No número plural é um nome muito frequente.

Gena -ae, quer na aceção de ‘pálpebras’, quer na aceção de ‘parte da cara que fica entre os olhos e o queixo’, é usado em ambos os números. Na primeira significação encontra-se em Plínio, liv. 11, c. 37: *Grauiores alitum inferiore gena conuiuent; ibid.: Extremum ambitum genae superioris antiqui cilium uocauere.* Já na segunda aceção encontra-se em Suetónio, em *Claud.*, c. 15: *Graphium et libellos iecisse in faciem eius, ut genam non leuiter perstrinxerit.*

Gingiua é íntegro e quanto ao seu plural ninguém tem dúvidas; o singular é usado por Plínio, liv. 30, c. 3: *Gingiua scarificata;* e também por Juvenal, sát. 10.

Gratiae -arum, a que os Gregos chamavam Χάριτες, é frequente no plural; e também se escreve, por vezes, no singular, quando se quer designar apenas uma delas; assim o faz Horácio, *Car.*, liv. 3, ode 19 e no liv. 4, ode 7. Quando

Illecebra locum non habet inter anomala, cum a Plauto et Cicerone in singulari etiam usurpetur aliquoties.

Induuiae ponitur inter foeminina singulari destituta, quod quidam *induuium* neutrius generis efferunt et ad secundam pertinere arbitrantur. Ex illa auctoritate Plinii, lib. 13, c. 4, *De palmis*, *Faciles se ad scandendum Orientis populis praebent utilem sibi arborisque induuis circulum mira pernicitate homine subeunte*,¹ neque foemininum neque neutrum colligitur aperte. Vtrumque admitti potest.

Inferiae pluraliter usurpari comperies in accusatio, sed non uideo cur reliquis eiusdem numeri casibus sit destituendum. Qui tamen grammaticorum censuram perhorrescit a reliquis casibus absteat.

Inimicitiae tam singulariter quam pluraliter efferri potest, ut supra dictum est schol. 5.

Lactes in plurali tantum numero usurpandum, licet apud Titinium in singulari reperiatur.

Latebra non solum in plurali sed etiam in singulari numero reperitur apud Cic<eronem> saepe et Plin<ium>, Tacit<um>, Valer<ium> Max<imum>, Lucan<um> aliosque complures. Quare inter defectiua immerito refertur.

Literae -arum, pro epistola, plurali numero gaudet. Ouid. tamen saepenumero singulari usus est in eadem significatione.

Mappa in utroque numero usitatum est.

Minutia in singulari est apud Senec<am>, ep. 91: *Attritu grana franguntur donec minutiam frequenter trita redigantur*.² Numero plurali utitur Latant. *De ira Dei*, c. 10: *Pulueris minutias uidemus in sole*.³ Apud alios hoc nomen pluraliter non inuenio. Siquis uero Lactant<ium> imitatus eo utatur, non puto crimine laesae maiestatis arguendum.

Naris et *nares* in numero plurali frequentia sunt; in singulari reperiuntur interdum.^[1] [p. 260] *Naris* in recto, apud Ouid<ium>, in obliquis, apud Plin<ium>, Iuuenal, Horat<ium>. Ablatio *nare* usus est idem, 1 *Serm.*, saty. 8. Quare sua fruuntur immunitate.

Naenia -ae numero singulari non caret. Suet., in *Aug.*, cap. 100: *Cauentius naeniam principum liberis utriusque sexus*.⁴ Eodem usus est Varr., *De uita p<opulus> Rom<ano>*, lib. 4, ut refert Nonius. *Naenia -orum*, in genere neutro, protulit Ouid., *Fast.* 6: *Naeniaque in uolucres salsa figurat anus*.⁵

¹Plin., *Nat.* 13,30 ²Sen., *Epist.* 90,23 ³Lact., *Ira* 10 ⁴Suet., *VC Aug.* 100,2 ⁵Ou., *Fast.* 6,142.

[¹]interdum *scrip.*] iterdum *E'*] om. *E'* .

se usa *gratia* na aceção de ‘causa’, costuma escrever-se no ablativo do singular. Exemplos deste uso encontram-se com frequência.

Illecebra não pode ser incluído entre os anómalos, já que Plauto e Cícero algumas vezes o usam também no singular.

Induuiæ inclui-se entre os femininos destituídos de singular, uma vez que os autores que escrevem *induuium* consideram que é do género neutro e que pertence à segunda declinação. A partir deste passo de Plínio, liv. 13, c. 4, sobre as palmeiras – *Faciles se ad scandendum Orientis populis præbent utilem sibi arborisque induuiis circum mira pernicitate homine subeunte* –, não se consegue deprender claramente se é feminino ou neutro; ambos os géneros são admissíveis.

Inferiæ, no plural, encontrá-lo-ás usado no acusativo, mas não vejo razão para que seja destituído dos restantes casos desse mesmo plural. No entanto, quem se intimidar com a censura de gramáticos, abstenha-se de usar os restantes casos do plural.

Inimicitia pode dizer-se tanto no singular como no plural, conforme ficou dito acima, no escólio 5.

Lactes deve usar-se apenas no plural, embora em Ticínio também se encontre no singular.

Latebra encontra-se não só no plural, mas também no número singular em Cícero e frequentemente em Plínio, Tácito, Valério Máximo, Lucano e muitos outros; por isso, é sem razão que se inclui entre os nomes defectivos.

Litteræ -arum, na aceção de ‘carta’, usa-se no número plural. Contudo, Ovídio usou-o frequentemente no singular com a mesma significação.

Mappa é frequente em ambos os números.

Minutia existe no singular em Séneca, epístola 91: *Attritu grana franguntur donec in minutiam frequenter trita redigantur*. O número plural é usado por Lactânio, *De ira Dei*, c. 10: *Pulueris minutias uidemus in sole*. Em outros autores, não encontro este nome no plural. No entanto, se alguém, imitando Lactânio, o usar, não considero que deva ser acusado de um crime de lesa-majestade.

Naris e *nares* são frequentes no plural; no singular encontram-se ocasionalmente. [p. 260] *Naris* no nominativo encontra-se em Ovídio; nos casos oblíquos encontra-se em Plínio, Juvenal e Horácio. O ablativo *nare* usou-o o mesmo Horácio em *Serm.*, sátira 8. Por estas razões, gozem da sua integralidade.

Naenia -æ não carece do número singular. Suetónio, em *Aug.*, c. 100: *Canentibus naeniam principum liberis utriusque sexus*. Varrão usou o mesmo caso, em *De uita Populi Romani*, liv. 4, segundo testemunho de Nónio. *Naenia -orum*, no género neutro, escreveu-o Ovídio, *Fast.*, 6: *Naeniaque in uolucres falsa figurat anus*.

Nundinum -i, idem quod *nundinae -arum*, in singulari reperiri aiunt nonnulli ex illo Liu<io>, dec. 1, lib. 3: *Comitia decemuiris creandis in trinum nundinum indicta sunt*.¹ Quod etiam apud Cic<eronem> uidere licet in *Orat<ione> pro domo sua: Si quod in caeteris legibus trinum nundinum esse oportet, id, etc.*;² quamuis in quibusdam exemplaribus *trinundinum* legatur. Eodem Quint., lib. 2, c. 4, separatim usus est: *Non trino [inquit] forte nundino promulgata*.³ Quare *nundinum* reiciendum non uidetur.

Offucia proprie ‘fucum’ significat ‘quo faciei candor aut rubor inducitur’. In numero singulari exstat in *Mostell.* Plauti: *Neque cerussam neque melinum neque ullam aliam offuciam*.⁴ Numero secundo metaphorice, pro ‘fallacis’, usus est Gell., lib. 14, c. 1: *Id praestigiarum atque offuciarum genus*.⁵

Opis, pro ‘auxilio’, inferius schol<io> 18 locum habet; pro facultatibus in singulari dixerunt antiqui. Cic., 3 *Tuscul.* ex Ennio: ... *o Priami domus, / uidi ego te astantem ope barbarica*;⁶ hoc est opulentia.

Palea usitatius in plurali, sed in singulari reperitur aliquoties; idque in uaria significatione. Plin., lib. 33, cap. 1, de uuis: *Proximae pensilibus in palea seruatae*;⁷ Virg., 1 *G.*: *Nequicquam pinguis paleae teret area culmos*.⁸ Sic idem ibidem et Horat., 2 *Serm.*, saty. 6. Pro ‘aeris excremento’, Plin. lib. 34, cap. 13: *Expuitur aeris palea quaedam*.⁹ Pro ‘cartilagine a collo galli gallinacei pendente’, Varro *De re rust.*, lib. 3, c. 9: *Palea rubra subalbicanti*.¹⁰

Partes, pro ‘officio’, numero multitudinis praecipue gaudet. Cic., in *Brut.*: *Tuae partes sunt*;¹¹ Terent., *Phorm.*: *Vicissim partes tuas acturus est*.¹² Illud Cic., *Ad Q. frat.*, lib. 1, *Mea pars et si nemini cedit, fac ut tua caeteros uincat*,¹³ de officio quoque dici uidetur.

Phalerae in plurali frequentissime, in singulari quoque usitatum. Plin., lib. 33, c. 1: *Sed et phalera posita*.¹⁴

Plaga, pro ‘uulnere’ aut ‘cali terraeue tractu’, seu ‘climate’, integrum est; at *Plagae -arum*, ‘retia’ significans, in numero plurali tantum efferri solet.

Praestigiae in numero plurali frequens est; at in singulari protulit Quint., lib. 4, c. 1: *Ipse transitus huius uelut praestigiae plausum petat*.¹⁵

Primae -arum substantiue sumitur in numero plurali tantum subaudito substantiuo *partes*. Vnde illa *Dare, Ferre, Deferre, Concedere primas alicui; Primas agere, Primas tenere* eleganter efferuntur.

¹Liu., *AVC* 3,35,2 ²Cic., *Dom.* 41 ³Quint., *Inst.* 2,4,35 ⁴Plaut., *Most.* 264 ⁵Gell., *NA* 14,1,2
⁶Cic., *Tusc.* 3,44 ⁷Plin., *Nat.* 23,11 ⁸Verg., *Georg.* 1,192 ⁹Plin., *Nat.* 34,134 ¹⁰Varro, *Rust.* 3,9,5
¹¹Cic., *Fam.* 11,14,3 ¹²Ter., *Phorm.* 835 ¹³Cic., *Ad Q. Fr.* 1,1,43 ¹⁴Plin., *Nat.* 33,18
¹⁵Quint., *Inst.* 4,1,77.

Nundinum -i, o mesmo que *nundinae* -arum, dizem alguns autores que se atesta no singular, com base no passo de Lívio, década 1, liv. 3: *Comitia Decemuiris creandis in trinum nundinum indicta sunt*. Também se encontra em Cícero, no discurso *Pro Domo sua: Si quod caeteris legibus trinum nundinum esse oportet, id, etc.* (todavia, em alguns códices lê-se *trinumdinum*). A mesma forma foi usada separadamente⁵⁶ por Quintiliano, liv. 2, c. 4: *Non trino forte nundino promulgata*. Por essa razão, não parece que *nundinum* deva ser rejeitado.

Offucia significa propriamente ‘pintura para o rosto’ (*fucus*) com que se obtém a alvura ou o rubor da face. Está atestado no número singular em Plauto, *Mostell.*: *Neque cerussam neque melinum neque ullam aliam offuciam*. O plural, metaforicamente usado na aceção de ‘trapaças’, foi usado por Gélio, liv. 14, c. 1: *Id praestigiarum atque offuciarum genus*.

Opis, na aceção de ‘auxílio’, será tratado abaixo, no escólio 18; na aceção de ‘opulência’, os Antigos escreviam-no no singular. Cícero, *Tuscul.*, liv. 3, citando Ênio: ... *o Priami domus, / uidi ego te astantem ope barbarica* (i.e., ‘opulência’).

Palea é mais usado no plural, mas também se encontra por vezes no singular e com significações variadas. Plínio, liv. 23, c. 1, acerca das uvas: *Proximae pensilibus in palea seruatae*; Virgílio, *Georgica*, liv. 1: *Nequicquam pinguis paleae teret area culmos*. Assim o escreve em vários passos dessa obra; e também Horácio, *Serm.*, liv. 2, sátira 6. Na aceção de ‘fuligem do ar’, lê-se em Plínio, liv. 34, c. 13: *Expuitur aeris palea quaedam*. Na aceção de ‘cartilagem que pende do pescoço do galo dominante’, ver Varrão, *De re rust.*, liv. 3, c. 9: *Palea rubra subalbicanti*.

Partes, na aceção de ‘dever’, emprega-se sobretudo no número plural. Cícero, em *Brut.*: *Tuae partes sunt*. Terêncio, *Phorm.*: *Vicissim partes tuas acturus est*. No passo de Cícero, *Ad Quintum fratrem*, liv. 1, *Mea pars et si nemini cedit, fac ut tua caeteros uincat*, também parece que se fala de ‘dever.’

Phalerae, no plural, também é muito frequentemente usado no singular. Plínio, liv. 33, c. 1: *Sed et phalera posita*.

Plaga, na aceção de ‘ferida’ ou de ‘região terrestre ou celeste’ ou de ‘clima’, é íntegro; em contrapartida, *plagae* -arum, quando significa ‘redes’, costuma escrever-se apenas no número plural.

Praestigiae é frequente no número plural, mas Quintiliano escreveu-o no singular, liv. 4, c. 1: *Ipse transitus huius uelut praestigiae plausum petat*.

Primae -arum usa-se substantivamente apenas no número plural, subentendendo-se o substantivo *partes*; por essa razão, escrevem-se com elegância as seguintes expressões: *dare, ferre, deferre, concedere primas alicui; primas agere; primas tenere*.

Quadriga non pertinet ad classem inaequalium, cum in utroque numero reperiatur. De plurali nemo dubitat, et ipsa significatio suadet pluraliter efferendum. Et, ut refert Gell., lib. 19, cap. 8: *Quadrigas Caesar, etiam si currus unus, equorum quatuor iunctorum agmen unum sit, pluratiuo semper numero dicendas putauit.*¹ Singulari tamen usus est Plin., lib. 7, c. 21, et lib. 35, c. 10 et lib. 36, c. 5. *In summo* (inquit) *est quadriga marmorea;*² et ibidem: [p. 261] *quadriga currusque;*³ et iterum *quadrigam cum agitatore cooperuit alis muscae.*⁴

Quisquiliae in numero plurali usitatum est; in singulari quoque fuit apud antiquos, ut docet Festus ex Naeuii *Tegularia: Abi* (inquit) *deturba te faxo quisquilia, non homo.*⁵

Quisquilium, generis neutri, apud Plin<ium>, lib. 16, c. 8, ‘fruticem’ significat.

Reliquiae in numero singulari usus est Plaut., in *Mil.: At pedites tibi reliqua erant.*⁶ Aliis uero in locis numero multitudinis, sicut caeteri. Pro ‘magia’ singulariter Apuleius usurpauit in *Apologia de magia: Misi nobilem puluisculum / conuerritorem pridianae reliquiae.*⁷

Salebra et *scatebra* in utroque numero reperiuntur; frequentius tamen in plurali. Prioris nominis plura sunt numeri singularis exempla; posteriori usus est Plin., lib. 33, c. 10: *Mirum est et illud scatebra fonticuli emicante, lacum nec augeri, nec effluere.*⁸

Scala -ae integre declinatur, licet pluralis numerus magis in usu sit quam singularis et distinguantur significatione: quod *scala* dicatur quae huc atque illuc transferri possit; *scalae* uero quae immobiles permaneant; sed confunduntur interdum.

Scopae -arum, ‘notae signif<icatione>’, numero semper multitudinis usitatum.

Scopa regia, herbae nomen de qua Plin., lib. 25, c. 5, ad hunc locum non spectat; nec item *Scopas*, nomen statuarii eminentissimi, de quo idem lib. 36, c. 5, et Cic., 1 *De diu.*

Sordes frequentissime pluraliter usurpatur; interdum etiam singulariter. Genitiuo *sordis* Plaut., in *Poen.*, et Apul., 1 *Met.*; accusatiuo *sordem*, Cic., *Ad Att.*, lib. 1, cap. 14, et Tacitus in *Ner.*, lib. 1; Horat., ablatiui *sorde*, lib. 1, ep. 2, usus est.

¹Gell., *NA*, 19,8,4 ²Plin., *Nat.* 36,31 ³Plin., *Nat.* 36,36 ⁴Plin., *Nat.* 36,43 ⁵Fest., *Verb. sign.* 257 ⁶Plaut., *Mil.* 54 ⁷Apul., *Apol.* 6 ⁸Plin., *Nat.* 31,108

Quadriga não pertence à classe dos desiguais, visto que se encontra em ambos os números. A respeito do plural ninguém tem dúvidas e a própria significação indica que se deve escrever no plural. E, como refere Gélio, liv. 19, c. 8: «César considerou que se deveria dizer *quadrigae* no plural, não obstante um conjunto de quatro cavalos atrelados formar um único carro.» Contudo, Plínio usou-o no singular, liv. 7, c. 21, liv. 35, c. 10, liv. 36, c. 5, onde escreve: *In summo est quadriga marmorea*; ibidem: [p. 261] *Quadriga currusque*; e novamente: *Quadrigam cum agitatore cooperuit alis muscae*.

Quisquiliae usa-se no número plural; existiu também no singular entre os Antigos, como informa Festo com base na *Togularia* de Nóvio: *Abi de turba te saxo quisquilia, non homo*.

Quisquiliam, no género neutro, em Plínio, liv. 16, c. 8, significa ‘rebento de árvore’.

Reliquiae, no número singular, usou-o Plauto em *Mil.*: *At pedites tibi reliquia erant*⁵⁷; em outros passos, porém, usa o plural tal como os restantes autores. Na aceção de ‘magia’, usou-o no singular Apuleio, em *Apologia de magia*: *Misi nobilem pulvisculum / conuerritorem pridianae reliquiae*.

Salebra e *scatebra* encontram-se em ambos os números, embora mais frequentemente no plural. Do primeiro nome há muitos exemplos do número singular; o segundo foi usado Plínio, liv. 33, c. 10: *Mirum est et illud scatebra fonticuli emicante, lacum nec augeri, nec effluere*.

Scala -ae declina-se integralmente, apesar de o número plural estar mais em uso do que o singular e de se distinguirem quanto à significação, pois *scala* diz-se daquela escada que se pode levar daqui para ali, ao passo que *scalae* são escadas inamovíveis; no entanto, por vezes, os dois nomes são confundidos.

Scopae -arum, com uma notação de ‘censura’⁵⁸, é sempre usado no número do plural.

Scopa regia, nome de uma planta sobre a qual Plínio fala no livro 25, c. 5, não pertence aqui; nem, aliás, *Scopas*, nome de um distintíssimo escultor, sobre o qual veja-se o mesmo Plínio, livro 36, c. 5, e Cícero, *De diuinatione*.

Sordes usa-se muito frequentemente no plural e, por vezes, também no singular. O genitivo *sordis* foi usado por Plauto em *Poen.*; e por Apuleio, em *Met.*, liv. 1; o acusativo *sordem* foi usado por Cícero, *Ad Att.*, liv. 1, c. 14; e por Tácito, no primeiro livro sobre Nerva; Horácio usou o ablativo *sorde*, em *Ep.*, liv. 1, epístola 2.

Sors -tis, tam pro ‘fortuito euentu’ quam pro ‘uice et munere’, reperitur in utroque numero frequenter; pro ‘oraculis’ autem, seu ‘responsis quae a diis eorumue sacerdotibus edebantur’, in plurali frequentius usurpatur. Singularis tamen numerus est apud Ouid<ium>, 3 *Fast.* Quare non est opus hoc nomen inter anomala recensere.

Tenebrae pluraliter usurpari consuevit. Apud Lamprid<ium>, in *Comodo*, singulariter effertur: *Caligo ac tenebra in circo oborta est.*¹

Tricae -arum appellatiuum in quacumque signif<icatione> semper in plurali numero solet usurpari; at proprium urbis nomen *Trica* dicitur a Plinio, cuius exemplum iam supra retulimus, cum de *Apina* loqueremur.

Venetia -ae numero singulari tantum inuenio pro ‘regione’. Plin., lib. 3, cap. 18: *Decima regio Italiae Adriatico mari opposita Venetia;*² idem, lib. 2, c. 72: *In parte Italiae quae ‘Venetia’ appellatur.*³

Venetiae -arum numero multitudinis ‘urbem regionis eiusdem praecipuam’ significat, de qua apud classicos nullam inuenio factam mentionem. Nunc uero scriptores numero multitudinis utuntur.

Vergiliae -arum septem sunt stellae quae ‘Pleiades’ appellantur. Vsurpari solet hoc nomen in numero multitudinis tantum. Plin., lib. 2, cap. 41: *Quidam mille sexcentas annotauere stellas; in cauda Tauri septem, quas appellauere ‘Vergilias;*⁴ et lib. 9, c. 15: *Thynnorum captura est a Vergiliarum exortu ad Arcturi occasum.*⁵ Sic et complures alii.

Vigilia -ae, pro ‘excubiis nocturnis’, licet in plurali frequentius inueniatur, singulari tamen uti licebit cum Cic<erone>, *Philip.* 1: *Manendum mihi statuebam quasi in [p. 262] uigilia consulari;*⁶ et *Philip.* 7: *Populum Romanum uacuum nostra uigilia redderemus.*⁷ Item in *Pison*: *Me stante et manente in Vrbs uigilia.*⁸ Idem intellige cum accipitur pro ‘una multisue noctibus absque somno traductis’, uel pro ‘die praecedente festum, quo uigilare sacris faciendis et hymnis decantandis mos erat’.^[1]

Neutra singulari deficientia

Contemnunt casus^[2] numeri *sponsalia* primi, *munia* cum *flabris*, *aestiua*, *cibaria*, *tesqua* et *bona*, *lustra* feris habitata; *crepundia*, *cete*, *rostra*, *statiua*; quibus *parapherna*, *obliuia*, *castra*, *exta*, *hiberna* adhibe *praecordia*, *moenibus arma*, *compita*,^[3] *iusta*; illis haerent *bellaria*, *Tempe*.
His tandem cum prole sua *cunabula* iunges.

¹Lampr., *Comm.* 16,2 ²Plin., *Nat.* 3,126 ³Plin., *Nat.* 2,182 ⁴Plin., *Nat.* 2,110 ⁵Plin., *Nat.* 9,53
⁶Cic., *Phil.* 1,1 ⁷Cic., *Phil.* 7,19 ⁸Cic., *Pis.* 16

^[1]Schol. 9 [p. 256] ... mos erat *E'*] om. *E*² ^[2]Contemnunt casus *E*²] Contempsero gradus *E'*
^[3]‘compita’ *E*²] ‘sensa’ et *E'*.

Sors -tis, quer na aceção de ‘acontecimento fortuito’, quer na aceção de ‘lugar’ ou ‘cargo’, encontra-se frequentemente em ambos os números; porém, na aceção de ‘oráculos’ ou de ‘respostas proferidas pelos deuses ou pelos seus sacerdotes’ usa-se mais frequentemente no plural. O número singular existe, contudo, em Ovídio, *Fast.* 3. Por esta razão, não é preciso incluir este nome entre os anómalos.

Tenebrae costuma usar-se no plural. Em Lamprídio, *Commodus*, está escrito no singular: *Caligo ac tenebra in circo oborta est.*

Tricae -arum, apelativo, costuma usar-se sempre no número plural em qualquer uma das suas significações. No entanto, *Trica*, nome próprio de uma cidade, é usado por Plínio, exemplo que já acima referimos ao falarmos de *Apina*.

Venetia -ae, no número singular, apenas o encontro como nome de região. Plínio liv. 3, c. 18: *Decima regio Italiae Adriatico mari opposita Venetia*; idem, liv., 2, c. 72: *In parte Italiae quae ‘Venetia’ appellatur.*

Venetiae -arum, no número plural, significa a principal cidade dessa região, da qual não encontro qualquer menção nos clássicos⁵⁹. Atualmente, porém, os escritores usam este nome no número plural.

Vergiliae -arum são as sete estrelas também chamadas Plêiades. Costuma usar-se este nome apenas no número plural. Plínio, liv. 2, c. 41: *Quidam mille sexcentas annotauere stellas; in cauda Tauri septem, quas appellauerunt Vergilias*; e no liv. 9, c. 15: *Thynnorum captura est a Vergiliarum exortu ad Arcturi occasum*. Assim o escrevem muitos outros autores.

Vigilia -ae, na aceção de ‘ação de velar durante a noite’, a despeito de se encontrar mais frequentemente no plural, é legítimo, porém, usá-lo no singular, na esteira de Cícero, *Philip.*, 1: *Manendum mihi statuebam quasi in [p. 262] uigilia consulari*; e *Philip.* 7: *Populum Romanum uacuum nostra uigilia redderemus*; e também em *In Pisonem: Me stante et manente in Vrbs uigilia*. O mesmo se diga quando tomado na aceção de ‘uma ou mais noites passadas sem sono’ ou de ‘véspera de uma festividade’ na qual era costume passar a noite em cerimónias sagradas e a cantar hinos.

Neutros que carecem de singular

Desprezam os casos do singular *sponsalia*,
munia, *flabria*, *aestiua*, *cibaria*, *tesqua*,
bona, os *lustra*⁶⁰ habitados por animais selvagens, *crepundia*, *cete*,
Rostra, *statiua*; aos quais acrescenta *parapherna*, *obliuia*, *castra*,
exta, *hiberna*, *praecordia*, *moenibus*, *arma*,
compita e *iusta*. A esses associam-se *bellaria*, *Tempe*.
 A todos estes junta *cunabula* e os seus derivados.

Arma -orum, bellaria -orum, bona, pro ‘fortunis’, *iusta -orum*, pro ‘exsequiis’, *cunabula, incunabula, lustra*, pro ‘ferarum habitaculis’, *moenia -ium, magalia -ium, obliuia -orum, rostra*, pro ‘loco ubi Romae conciones habebantur’, *praecordia -orum, sponsalia -orum*, quod^[1] in datiuo et ablatiuo^[2] *sponsalibus* habet. *Cete, Tempe* indeclinabilia, etc. singulari carent.

Schol. 10.^[3] De nominibus neutris

Aduersaria -orum, pro ‘libris in quibus multa quae statim delenda sunt tumultuarie scribuntur’, pluraliter refferri consuevit. Cic., *Pro Rosc. Comoed.*: *Quid est quod negligenter scribamus aduersaria?*¹ et ibid.: *Vt pecuniam non ex tuis tabulis, sed ex aduersariis petas.*² Eodem ibid. saepe utitur.

Altaria -ium numero multitudinis usurpatur frequentissime; et numero singulari uulgo declinatur. Licet autem hic usus auctoritate classica non stabiliatur, cum tamen hoc nomen rei singulari significandae sit appositum nec aures offendat, abiiciendus non uidetur.

Analecta -orum inuenies apud Mart<ialem>, lib. 14: *Sed pretium scopis nunc analecta dabunt.*³ Significat ‘purgamenta’ seu ‘quisquillas ciborum’. Apud eundem, lib. 1, *leges Anaglypta*,⁴ quo significantur ‘rasa’ siue ‘opera in quibus imagines insculptae eminent’, quae etiam dicuntur ‘Analypha’. Numeri singul<aris> nullum occurrit exemplum.

Apiarium -ii utroque numero declinatur. Colum., lib. 9, c. 5: *Apiarium maceria circumdemus;*⁵ in eodem, cap. 1: *Appellamus apum cubilia apiaria.*⁶

Arteria -orum genere neutro pluralis numeri dixit Lucret., lib. 4: *...radit uox fauces saepe facitque / asperiora foras gradiens arteria clamor.*⁷

Arteria -ae, in eadem signif<icatione>, integrum est in utroque numero.

Aulaea frequentius in secundo numero reperitur; at Cic., in orat<ione> *Pro Caelio* singulari usus est: *Scabella* (inquit) *concrepant aulaeum tollitur.*⁸

Quid nomen *bellaria* significet et usum eius ostendit Gell., lib. 13, c. 11, ex quadam Marci Varronis satyra: “*Bellaria*” (inquit) “*ea maxime sunt mellita, quae mellita non sunt. Quod Varro in hoc loco dixit ‘bellaria’, ne quis in ista uoce haereat, significat id uocabulum omne mensae secundae genus. Nam quae τραγήματα Graeci, aut πέμματα, [p. 263] ea ueteres nostri*

¹Cic., *Q. Rosc.* 7 ²Cic., *Q. Rosc.* 5 ³Mart., *Epig.* 14,82 ⁴Mart., *Epig.* 4,39,8 ⁵Colum., *Rust.* 9,5,1 ⁶Colum., *Rust.* 8,1,4 ⁷Lucr., *DRN.* 4,528-9 ⁸Cic., *Cael.* 65.

^[1]Quod *E¹* quod *E²* ^[2]masculina post ablatiuo add. *E²* ^[3]Schol. 10 ... et ‘roborarium’ [p. 269] *E¹* om. *E²*.

Arma -orum, bellaria -orum, bona, na aceção de ‘bens’, *iusta -orum*, na aceção de ‘exéquias’, *cunabula, incunabula; lustra*, na aceção de ‘covil de feras’, *moenia -ium, magalia -ium, obliuia -orum, Rostra*, na aceção de ‘lugar onde se faziam discursos em Roma’, *praecordia -orum, sponsalia -orum* (que no dativo e no ablativo faz *sponsalibus*) e ainda *cete e Tempe* (e os restantes indeclináveis) carecem de singular.

Escólio 10. Nomes neutros

Aduersaria -orum, na aceção de ‘rascunhos que se faziam à pressa e que logo seriam apagados’, era costume escrever-se no plural. Cícero, *Pro Rosc. Comoed.*: *Quid est quod negligenter scribamus aduersaria?* E, ainda na mesma obra: *Vt pecuniam non ex tuis tabulis, sed ex aduersariis petas*. Nessa obra usa esse nome várias vezes.

Altaria -ium usa-se muito frequentemente no número plural, mas declina-se vulgarmente no singular. Ainda que este último uso não esteja fundado na autoridade dos clássicos, tendo em conta, porém, que tal nome é apropriado para significar uma coisa singular e não soa mal ao ouvido, o uso do singular não deve ser rejeitado.

Analecta -orum, poderás encontrá-lo em Marcial, liv. 14: *Sed pretium scopis nunc analecta dabunt*. Significa ‘restos’ ou ‘aparas de comida’. No mesmo Marcial, liv. 1, lerás *anaglypta*, nome que significa ‘vasos’ ou ‘obras de arte em que as imagens são esculpidas em relevo’, às quais também se chama *analypha*. Não se encontra nenhum exemplo do singular.

Apiarium -ii declina-se em ambos os números. Columela, liv. 9, c. 5: *Apiarium maceria circumdemus*; no mesmo livro, no capítulo 1: *Appellamus apum cubilia, apiaria*.

Arteria -orum, no género neutro e no número plural, escreveu-o Lucrécio, liv. 4: *... radit uox fauces saepe, facitque / asperiora foras gradiens arteria clamor*.

Arteria -ae, com a mesma significação, é íntegro em ambos os números.

Aulaea encontra-se mais frequentemente no plural; contudo, Cícero, no discurso *Pro Cael.*, usou-o no singular: *Scabella concrepant aulaeum tollitur*.

Quanto ao que significa o nome *bellaria* e ao seu uso, mostrou-os Gélio quando escreveu, no liv. 13, c. 11, com base em uma sátira de Varrão: «Muito mais doces são as guloseimas (*bellaria*) que não são doces.» Aquilo a que Varrão, neste passo, chama *bellaria* – não vá alguém ficar perplexo com esta palavra – é um vocábulo que significa ‘todo o tipo de sobremesa’. Na verdade, àquilo a que os Gregos chamaram *τραγήματα* ou *πέμματα* [p. 263] os nossos Antigos chamaram-lhe *bellaria*. Nas comédias mais antigas,

'bellaria' appellarunt. Vina quoque dulciora est inuenire in comoediis antiquioribus hoc nomine appellata dictaque esse ea 'liberi bellaria'.¹ Eadem uerba refert Macrobius in *Saturnalibus*, lib. 2, c. 9.

Bellaria -ae foeminino usus est Plaut. in *Trucul.*: *Fer huc uerbenam mihi, thus et bellarias.*²

Bona -orum substantiue, pro 'fortunis', accipitur in numero plurali tantum. Africanus, de uerbis significatione: *Bonorum appellatio, sicut haereditatis, uniuersitatem quemdam ac ius successionis et non singulares res demonstrat.*³ Vlpianus item: *Naturaliter bona ex eo dicuntur quod beant.*⁴ Eodem Cicero et alii passim utuntur.

Carchesium -ii numero plurali reperitur apud Latinos, licet Graecum sit, et Macrobius, *Saturn.*, lib. 5, c. 2, 'nouum', 'peregrinum' et 'insuetum nomen' appellet. Quid autem significet ostendit ibidem: *Est (inquit) carchesium poculum Graecis tantummodo notum;*⁵ et paulo post: *Asclepiadem existimare ait summam naualis ueli partem carchesium nominari.*⁶ Eo Virg., Ouid. et Stat. utuntur in prima significatione; in secunda uero Lucilius et Catullus in numero multitudinis. At cum sit Graecum, eodem licebit uti in numero etiam singulari, sicut et Macrobio, in expositione eiusdem nominis, et Apuleio, *Met.* 11.

Castra -orum, tam pro 'militum tentoriis' quam pro 'locis ubi milites figunt ipsa tentoria', semper in numero multitudinis usurpatur.

Castrum uero 'locum murorum ambitu munitum' significat et integre declinatur. Cic., ad Catonem, lib. 15: *Sex castellis castrisque maximis saepsi;*⁷ Liu., dec. 3, lib. 4: *Primo ad castrum Altum castra Romani habuere.*⁸

Ceraunia -orum montes sunt in finibus Epiri, qui appellantur a Plinio *Acroceraunia* numero multitudinis, ut in lib. 3, c. 23: *Inde initium Epiri montes Acroceraunia;*⁹ sic idem, lib. 4, in Prologo et eiusdem libri c. 1, et Horat., 1 *Carm.*, od. 3, *Acroceraunia*, substantiue genere neutro ab *Acroceraunius -a -um*, adiectiuo fieri credendum est. Vnde et in singulari illud Plin., lib. 3, c. 11: *Secundus Europae sinus Acroceraunio finitur promontorio;*¹⁰ et in eodem lib. c. 26: *Ad Acroceraunium promontorium.*¹¹ Sic autem uocatur, quod Acrocerauneis montibus sit uicinum.

¹Gell., *NA* 13,11,7 (Cf. Varro, *Menip.* 341) ²Plaut., *Truc.* 480 ³Afric. *apud* Iust., *Dig.* 50,16,208 ⁴Vlp. *apud* Iust., *Dig.* 50,16,49 ⁵Macr., *Sat.* 5,21,2 ⁶Macr., *Sat.* 5,21,5 ⁷Cic., *Fam.* 15,4,10 ⁸Liu., *AVC* 24,41,4 ⁹Plin., *Nat.* 3,145 ¹⁰Plin., *Nat.* 3,97 ¹¹Plin., *Nat.* 3,150.

¹¹[saepsi scrip.] sepsi *E'*.

também é possível encontrar os vinhos mais doces designados com esse nome, ou seja, os chamados *Liberi bellaria*.» Macróbio, em *Saturnalia*, liv. 2, c. 9, cita estas mesmas palavras.

Bellaria -ae, no feminino, foi usado por Plauto, *Trucul.*: *Fer huc uerbenam mihi, thus et bellarias*.

Bona -orum, como substantivo, é tomado na aceção de ‘bens’ apenas no número plural. Africano, *De uerborum significatione*: *Bonorum appellatio, sicut haereditatis, uniuersitatem quamdam ac ius successionis, et non singulares res demonstrat*. Ulpiano, também o diz nessa aceção: *Naturaliter bona ex eo dicuntur quod beant*. Esse mesmo nome é frequentemente usado por Cícero e por outros.

Carchesium -ii, no número plural encontra-se em latim, apesar de ser uma palavra grega e não obstante Macróbio, *Saturn.*, liv. 5, c. 2, lhe chamar nome ‘moderno, estrangeiro e inusitado’; quanto ao que significa, mostra-o Macróbio, nesse mesmo passo: «*Carchesium* é um copo conhecido apenas entre os Gregos»; e, um pouco depois: «Asclepiades considera que a parte mais alta da vela de um barco se chama *carchesium*.» Usam-no, na primeira dessas aceções, Virgílio, Ovídio e Estácio⁶¹; e na segunda, mas no número plural, Lucílio e Catulo⁶². Porém, visto ser um nome grego, será legítimo usá-lo também no singular, tal como fizeram Macróbio, quando dá a explicação desse nome, e Apuleio, *Met.*, liv. 11.

Castra -orum, quer na aceção de ‘tendas dos soldados’, quer na aceção de ‘lugares em que os soldados assentam acampamento’, usa-se sempre no número plural.

Castrum, porém, significa ‘lugar fortalecido, rodeado de muralhas’ e declina-se na íntegra. Cícero, em carta a Catão, liv. 15: *Sex castellis castrisque maximis sepsi*; Lívio, década 3, liv. 4: *Primo ad castrum Altum castra Romani habuere*.

Ceraunia -orum são uns montes situados nos confins do Epiro e que são designados *Acroceraunia*, no número plural, por Plínio, liv. 3, c. 23: *Inde initium Epiri montes Acroceraunia*; idem, liv. 4, no prólogo, e c. 1 do mesmo livro; e Horácio, *Carm.* 1, ode 3. *Acroceraunia*, tomado como substantivo do género neutro, deve considerar-se derivado do adjetivo *Acroceraunius -a -um*. Daí provém a forma do singular do passo de Plínio, liv. 3, c. 11: *Secundus Europae sinus Acroceraunio finitur promontorio*; e, no mesmo livro, c. 26: *Ad Acroceraunium promontorium*. Chama-se assim pelo facto de estar junto dos montes Acroceraúnios.

Ceraunius seu *Ceraunii* in utroque numero alius mons in Asia, de quo Pomponius, lib. 1, et idem Plin., lib. 5, c. 27: *Circa Maeotin ad Ceraunios montes*;¹ et cap. 10: *A latere ad Ceraunios uerso*.² Videtur etiam adiectiuum *Ceraunius* et *Ceraunia* neutrum numeri pluralis substantiue sumptum. Virg., 3 *Aen.*: *Prouehimur pelago uicina Ceraunia iuxta*.³

Ceraunia -ae, urbis nomen, cum propriis reponendum est.

Cibaria -orum dicuntur alimenta quaecumque. Est autem hoc nomen neutrum a nomine adiectiuo *cibarius -a -um* et, quemadmodum alia complura, substantiue usurpatum.

Classicum -i inter anomala locum non habet, ut cuius facile patebit.

Comitia -orum numero multitudinis usurpatissimum est pro ‘conuentu populi in quo magistratus olim creabantur’. Numero etiam singulari ueteres commune et maximum concilium dixere ‘comitium’, ut patet ex illo 12 *Tabul.* apud Cic<eronem>, 3 *De leg.*: *De capite ciuis, nisi per maximum comitium, ne ferunto*.⁴ [p. 264] Vbi nonnulli *comitatum* legunt; alii, *comitatum*, sed immerito de prima lectione dubitatur.^[1]

Comitium quoque, pro ‘loco Romae ubi populus ad lites dirimendas et comitia celebranda coibat’, in numero singulari frequenter usurpatur.

Compitum pluraliter efferri consuevit a poetis ob pedis dactyli commoditatem, quemadmodum et *Charchesia*. Cicero etiam eodem usus est 1 *De leg. Agrar.*: *In atriis auctionariis potius quam in triuiis, aut in compitis auctionentur*.⁵ Singulari usus est Liu., *Bel. Pun.* 7: *Aues ad compitum Agnaninum in luco Dianae nidos in arboribus reliquisse*.⁶ *Compitus* masc. in usu fuit apud antiquos, ut Non<ius> probat ex Caec<ilius> et M. Varr<one> *De scenicis originibus*, lib. 3.

Crepundia -orum. Plin., lib. 11, c. 51: *Semestris locutus est Craesi filius in crepundiis*.⁷ Sic Plaut., in *Rud.*; idem, in *Cistell.*, singulari usus est, idque in genere foemin<ino>: *...age loquere tu quid ibi infuerit*. HA. *Crepundia una*. LA. *est quidam homo, qui illam ait se scire ubi sit*.⁸

Cunabula et *incunabula* idem significant et numero semper multitudinis usitata comperiuntur apud Ciceronem et alios latinitatis auctores.

Cupedia -orum ‘lautos cibos’ significat. Extat hoc nomen apud Plautum in *Sticho*: *... nihil moror cupedia*.⁹ [2]

¹Plin., *Nat.* 6,20 ²Plin., *Nat.* 6,29 ³Verg., *Aen.* 3,506 ⁴Cic., *Leg.* 3,11 ⁵Cic., *Leg. agr.* 1,7
⁶Liu., *AVC* 27,4,12 ⁷Plin., *Nat.* 11,270 ⁸Plaut., *Cist.* 735 ⁹Plaut., *Stich.* 714 .

[1]dubitatur *corr.*] datitatur *E'* .

Ceraunius ou *Ceraunii*, em ambos os números, designa outro monte situado na Ásia, a respeito do qual vide Pompônio, liv. ,1 e o mesmo Plínio, liv. 5, c. 27: *Circa Maeotin ad Ceraunios montes*; e, no c. 10: *A latere ad Ceraunios uerso*. Também os adjetivos *Ceraunius* e *Ceraunia*, este último no neutro plural, parecem ser tomados substantivamente. Virgílio, *Aen.*, liv. 3: *Prouehimur pelago uicina Ceraunia iuxta*.

Ceraunia -ae, nome de cidade, deve ser devolvido aos nomes próprios.

Cibaria -orum chama-se a qualquer alimento. No entanto, este nome é um neutro que vem do nome adjetivo *cibarius -a -um*; e é usado substantivamente, à semelhança de muitos outros.

Classicum -i não tem lugar entre os anómalos, como é evidente para qualquer pessoa.

Comitia -orum, no número plural, é muito usado na aceção de ‘assembleia do povo em que, outrora, se elegiam os magistrados’; com o singular, *comitium*, os Antigos denominavam a ‘assembleia maior e comum’, como se percebe pelo passo das *Lei das Doze Tábuas*, citado por Cícero, *De leg.*: *De capite ciuis, nisi per maximum comitium, ne ferunto* [p. 264]. Neste passo, alguns autores leem *comitiatum*, outros *comitatum*, mas não há razões para duvidar da primeira lição.

Comitium também se usa frequentemente no número singular, na aceção de ‘lugar de Roma onde o povo se reunia para decidir causas e realizar eleições.’

Compitum -i era comumente escrito pelos poetas no plural por conveniência do pé dáctilo, tal como acontecia também com *carchesia*. Cícero também usou esse mesmo nome, em *De leg. Agrar.* 1: *In atriis auctionariis potius quam in triuiis, aut in compitis auctionentur*. O singular foi usado por Lívio, *Bel. Pun.*, liv. 7: *Aues ad compitum Agnaninum in luco Dianae nidos in arboribus reliquisse*. *Compitus*, no masculino, estava em uso entre os autores arcaicos, conforme prova Nônio, com base em Cecílio e M. Varrão, *De scenicis originibus*, liv. 3.

Crepundia -orum. Plínio, liv. 11, c. 51: *Semestris locutus est Croesi filius in crepundiis*. A mesma forma foi usada por Plauto, *Rud.*; idem, *Cistell.*, usou este nome no singular e no género feminino: ... *age loquere tu qui ibi infuerit*. *HA. Crepundia una. LA. Est quidam homo, qui illam ait se scire ubi sit*.

Cunabula e *incunabula* significam o mesmo e, em Cícero e em outros autores da latinidade, encontram-se sempre no número plural.

Cupedia -orum significa ‘comidas opíparas’. Este nome existe em Plauto, *Stich.*: ... *nihil moror cupedia*.

Cupedia -ae, singulariter et foeminino genere, dixisse Ciceronem probant nonnulli ex illo 4 *Tusc.*, *Aegrotationi autem talia quaedam subiecta sunt auaritia, liguritia, uinolentia, cupedia*,¹ sed locus minime suffragatur, cum possit esse in genere neutro numeri pluralis.

Aestiua -orum, pro ‘locis in quibus greges et milites aestiuant’, ab *aestiuis -a -um* adiectiuo deductum, semper in numero plurali usurpatur. Cic., *In Pisonem: Nulla trinis aestiuis gratulatio*.² Sic et alii frequenter.

Effata dicebantur ultimae precatones quas augures finitis auspiciis effari consueuerant; quo nomine usus est Cic., 2 *De leg.*: *Vatum effata incognita*.³ *Effatum* uero, pro ‘enuntiatione dialectica’, numero singulari non caret. Cic. in *Lucullo: Id autem appellant αζίωμα, quod est quasi effatum*.⁴

Exsta solum pluraliter usurpatur. Cic., 2 *De diu.*: *Inspiciamus, si placet, exsta primum*;⁵ Plin., lib. 11, c. 37: *Caecinae dracones emicuisse de exstis traditur*.⁶

Flabra -orum ‘flatus’ significat. Seruius ait hoc nomen pluraliter solum esse declinandum. Assentitur usus poetarum solum pluraliter usurpantium. Verg., *Georg.* 2: *...illam non flabra nec impres / conuellunt*;⁷ et lib. 3: *...campique natantes / lenibus horrescunt flabris*.⁸ Sic Propertius et Lucretius.

Flamen -inis idem quod *flabra* significat; uterque tamen eius numerus est in usu. Virg., 4 *Aen.*: *...rapido terram cum flamine portat*.⁹ Sic Ouid., 3 *Fast.*. Numero plurali usitatus est. Sed nec propterea inter defectiua numerandum.

Hiberna -orum, a nomine adiectiuo *hibernus -a -um* deductum, substantiue sumitur et, sicut *aestiua*, solum pluraliter usurpatur. Cic., ad Senat<um>, lib. 15: *Exercitum in hiberna dimisi*.¹⁰ Sic idem et plures alii frequenter.

Ile, ilis in numero singulari reperitur. Plin., lib 11, c. 37: *Lactes (inquit) in homine et in oue per quas labitur cibus, in caeteris ile*. Est autem intestinum artissimum uentriculo adhaerens.¹¹

Ilia, ilium, ilibus in numero plurali satis usitatum est pertinetque ad [p. 265] 3 declinationem. Iuuenal, *Saty.* 5: *...uis frater ab illis / ilibus*?¹² Apud Celsum, lib. 4, c. 1: *Iliis inuenio per secundam*.¹³ Vbi *ilibus* legitur a quibusdam. Communiter hoc nomen pro uentris imi partibus usurpatur.

¹Cic., *Tusc.* 4,26 ²Cic., *Pis.* 97 ³Cic., *Leg.* 2,20 ⁴Cic., *Luc.* 94 ⁵Cic., *Diu.* 2,28 ⁶Plin., *Nat.* 11,197 ⁷Verg., *Georg.* 2,293-4 ⁸Verg., *Georg.* 3,198-9 ⁹Verg., *Aen.* 4,241 ¹⁰Cic., *Fam.* 15,4,10 ¹¹Plin., *Nat.* 11,200 ¹²Iuuen., *Sat.* 5,135-6 ¹³Cels., *Med.* 4,1,13.

Cupedia -ae, no singular e no feminino, pretendem alguns autores que foi usado por Cícero, com base no passo de *Tusc.*, liv. 4: *Aegrotationi autem talia quaedam subiecta sunt, auaritia, liguritia, uinolentia, cupedia*; contudo, o passo não oferece qualquer garantia, pois o nome pode estar no gênero neutro do plural.

Aestiua -orum, formado do adjetivo *aestiuus -a -um*, na aceção de ‘lugares em que os rebanhos e os soldados passam o verão’ é sempre usado no número plural. Cícero, *In Pison.*: *Nulla trinis aestiuus gratulatio*. Assim o escrevem outros autores frequentemente.

Effata chamava-se às ‘últimas orações que os áugures costumavam pronunciar depois de terminados os auspícios’; Cícero usou esse nome, em *De leg.*, liv. 2: *Vatum effata incognita. Effatum*, porém, na aceção de ‘enunciação dialéctica’, não carece de singular. Cícero em *Lucullus*: *Id autem appellant ἄξιωμα, quod est quasi effatum*.

Exsta usa-se apenas no plural. Cícero, *De diui.* 2: *Inspiciamus, si placet, exsta primum*. Plínio, liv. 11, c. 37: *Caecinae dracones emicuisse de extis traditur*.

Flabra -orum significa ‘sopro’. Sérvio afirma que este nome só se deve declinar no plural. Confirma-o o uso dos poetas, que o escrevem apenas no plural. Virgílio, *Georg.*, liv. 2: *...illam non flabra nec imbres / conuellunt*; e também, liv. 3: *...campique natantes / lenibus horrescunt flabris*. Assim o escrevem Propércio e Lucrécio.

Flamen -inis significa o mesmo que *flabra*; e ambos os seus números estão em uso. Virgílio, *Aen.* 4: *...rapido terram cum flamine portat*. Assim o escreve Ovídio, *Fast.*, liv. 3. É mais usado no número plural, mas não é por isso que se deve incluir entre os defetivos.

Hiberna -orum, formado do nome adjetivo *hibernus -a -um*, toma-se como substantivo e, à semelhança de *aestiua*, só se usa no plural. Cícero, em carta ao Senado, liv. 15: *Exercitum in hiberna dimisi*. Assim o escrevem frequentemente o mesmo Cícero e outros autores.

Ile ilis só se encontra no número singular. Plínio, liv. 11, c. 37, escreve: *Lactes in homine et in oue per quas labitur cibus, in caeteris ile*. Esse órgão é o intestino estreitíssimo que está ligado ao estômago.

Ilia, ilium, ilibus, no número plural, é bastante usado e pertence [p. 265] à terceira declinação. Juvenal, sátira 5: *...uis frater ab illis / ilibus?* Em Celso, liv. 4, c. 1, encontrei *iliis* como sendo da segunda declinação, passo em que alguns leem *ilibus*. Este nome é comumente usado na aceção de ‘partes mais baixas do abdômen’. Em Plínio, no citado capítulo 37, é tomado na aceção

Apud Plinium, cap<itulo> illo 37, pro ‘arteriis quibusdam inter uesicam et aluum positis’ accipitur. In quibus significationibus pluraliter tantum usurpatum inuenio. In prima uero significatione integrum esse crediderim, licet exempla desiderentur.

Intestitinum -i numero etiam singulari effertur a Cicerone, 2 *De nat.: Succus is quo alimur permanat ad iecur a medio intestino usque ad portas iecoris*;¹ et Plin., lib. 11, c. 4, de insectis: *Nihil intus nisi admodum paucis intestinum implicatum*.² Sic, cap. 37. Celsus in singulari frequenter hoc nomen usurpat lib. 4, cap. 1, et cap. 2 saepius; item, cap. 13 et 14; Gell. item, lib. 12, c. 5, unde constat cum anomalis non esse numerandum. Legitur et *intestinus* masculinum apud Plinium, lib. 11, c. 37: *Intestinus quibusdam ab ore incipiens quadam uia eodem reflectitur, ut seipiae, polypo, in homine adnexus infimo stomacho similis canino*.³ Vbi quidam *intestinis* legunt, sed prior lectio communior est et magis ad rem.

Iugum -i, pro ‘montis cacumine’, non spectat ad inaequalium turbam, cum sit integrum in utroque numero. Testimonia passim occurrunt.

Iusta -orum, pro ‘exsequiis’, pluraliter declinatur. Cic., *Pro L. Flac.: Iusta Catilinae facta sunt*;⁴ Ouid., 2 *Fast.: Hanc, quia iusta ferunt, dixere Feralia lucem*.⁵

Lachanum -i adscribitur neutris singulari deficientibus. Horat. tamen singulari usus est *Serm.* 1, saty. 6: *Ad porri et ciceris refero lachanique catinum*.⁶ Pro quo legitur etiam *lagani*, quod ab illo differt significatione; *lachanum* enim ‘olus’, *laganum* uero placentae quoddam genus significat.

Libum -i non est anomalum. Singulari usus est Cato *De re rust.*, cap. 75, et Ouid. 1 *Fast.: ...cui cum Ceriale sacerdos / imponit libum*;⁷ idem etiam, lib. 3, ablatiuo usus est. Numero plurali frequenter inuenies.

Lumen, pro ‘oculo’, reperitur in numero singulari. Plin., lib. 11, c. 37: *Qui altero lumini orbi nascerentur*;⁸ Virg., 3 *Aen.: ...telo lumen terebramus acuto*.⁹ Sic et poetae alii complures. Quintil., lib. 6, in prooem<io>, singulari usus est metaphorice: *Prior, inquit, alterum e duobus eruit lumen*.¹⁰ Superuacaneum est igitur accumulare *lumen* inaequalibus.

Lustra -orum, pro ‘latibulis’ seu ‘habitaculis ferarum’, pluraliter usitatum est. Virg., 3 *Aen.: Cum uitam in syluis inter deserta ferarum / lustra domos traho*;¹¹ sic lib. 4: *inuia lustra*,¹² pro ‘locis etiam abditis ac sordidis’. Cic., Cassio, lib. 12: *Quae autem in lustris et in uino commentatio potuit esse*;¹³ sic idem, *Philip.* 2.

¹Cic., *Nat. deor.* 2,137 ²Plin., *Nat.* 11,9 ³Plin., *Nat.* 11,199 ⁴Cic., *Flac.* 95 ⁵Ou., *Fast.* 2,569
⁶Hor., *Serm.* 1,6,115 ⁷Ou., *Fast.* 1,127-8 ⁸Plin., *Nat.* 11,150 ⁹Verg., *Aen.* 3,635 ¹⁰Quint., *Inst.* 6, pr. 7 ¹¹Verg., *Aen.* 3,646-7 ¹²Verg., *Aen.* 4,151 ¹³Cic., *Fam.* 12,2,1.

de umas ‘artérias situadas entre a bexiga e os intestinos’. Em ambas as significações só o encontro usado no plural. Contudo, na primeira dessas significações, eu diria que é um nome íntegro, ainda que faltem abonações.

Intestinum -i foi escrito por Cícero também no singular, em *De nat.*, liv. 2: *Succus is quo alimur permanat ad iecur a medio intestino usque ad portas iecoris*; e por Plínio, liv. 11, c. 4, a respeito dos insetos: *Nihil intus nisi admodum paucis intestinum implicatum*. E também no c. 34. Celso usa frequentemente este nome no singular, no livro 4, c. 1; e ainda mais no capítulo 2 e também nos capítulos 13 e 14; e também Gélio, liv. 12, c. 5. Por estes exemplos, é claro que não deve ser incluído entre os anómalos. Também se lê *intestinus* no masculino em Plínio, liv. 11, c. 37: *Intestinus quibusdam ab ore incipiens quadam uia eodem reflectitur, ut sepiae, polypo, in homine adnexus infimo stomacho similis canino*. Neste passo alguns autores leem *intestinis*, contudo a primeira lição é mais comum e mais apropriada ao contexto.

Iugum -i, na aceção de ‘cume de um monte’, não pertence à multidão dos nomes desiguais, visto que é íntegro em ambos os números. Abonações encontram-se por todo o lado.

Iusta -orum, na aceção de ‘exéquias’, declina-se no plural. Cícero, *Pro L. Flac.*: *Iusta Catilinae facta sunt*. Ovídio, *Fast.*, liv. 2: *Hanc, quia iusta ferunt, dixere Feralia lucem*.

Lachanum -i inscreve-se nos neutros que carecem de singular. Horácio, contudo, usou o singular em *Serm.*, liv. 1, sátira 6: *Ad porri, et ciceris refero lachanique catinum*. Em vez de *lachani*, lê-se também *lagani*, mas este difere daquele quanto à significação, pois *lachanum* significa um vegetal e *laganum* uma espécie de bolo.

Libum -i não é anómalo. O singular foi usado por Catão, *De re rust.*, c. 75, e por Ovídio, *Fast.*, liv. I: *...cui cum Ceriale sacerdos / imponit libum*. O mesmo Ovídio usou o ablativo no livro 3. No número plural, encontrá-lo-ás frequentemente.

Lumen, na aceção de ‘olho’, encontra-se no singular. Plínio, liv. 11, c. 37: *Qui altero lumine orbi nascerentur*. Virgílio, *Aen.*, liv. 3: *... telo lumen terebramus acuto*. Assim o escrevem muitos outros poetas. Quintiliano, no prómio do livro 6, usou o singular metaforicamente: *Prior alterum e duobus eruit lumen*. Portanto, é inútil juntar *lumen* aos desiguais.

Lustra -orum, na aceção de ‘esconderijos’ ou ‘toca de feras’, foi usado no plural. Virgílio, *Aen.*, liv. 3: *Cum uitam in syluis inter deserta ferarum / lustra domosque traho*. Assim escreve também no livro 4: *inuia lustra*. Também se usa na aceção de ‘lugares recônditos e sórdidos.’ Cícero, em carta a Cássio, liv. 21: *Quae autem in lustris et in uino commentatio potuit esse*. E assim também, em *Philip.* 2.

Lustrum, porém, quando significa ‘período de cinco anos’, declina-se em ambos os números.

Lustrum uero ‘spatium quinquennale’ significans utroque numero declinatur.

*Magalia*¹ et *mapalia* pluraliter efferuntur. Virg., 4 *Aen.*, de Mercurio: *Vt primum alatis tetigit magalia plantis*.¹ Sic, ibid., lib. 1. Mart., lib. 10: ...*sici Getula mapalia Poeni*.² *Mapali*, in ablatiuo singulari dixit Valer. Flac., lib. 2: ...*coit e sparso concita mapali / agrestum manus*.³

Mellarium -ii, idem quod *apiarium*, numero plurali posuit ex aliorum usu Varro, *De re rust.*, lib. 3, cap. 16: *Melitones*, inquit, *ita facere oportet, quos alii [p. 266] ‘militrophea’ appellant, eandem rem quidam ‘mellaria’*.⁴ Singularis numerus, licet exempla non occurrant, recipiendus est, sicut *apiarium* et *roborarium*.

Moenia -ium, *multitia -orum*, *munia -orum* plurali numero semper usurpantur.

Moene -is olim singulariter fuisse declinatum argumento sunt illa uerba Ennii apud Festum, lib. 11: *In campo hostium per moene*.⁵

Multitia -orum ait Budaeus ‘uestes esse sericas tenuissimas aestiuus temporibus accommodatas’. Iuuenal, *Saty.* 2: ...*quaero an deceant multitia testem*;⁶ et ibid.: ...*sed quid / non facient alii quam tu multitia sumas / Cretice?*⁷ Cic., *Pro Mur.*: *Omnia haec sunt munia candidatorum*;⁸ Tacit., lib. 1: *Munia ducis per eos dies induebat*.⁹

Muliebria -ium, dum ‘menstrua’ significat, pluraliter tantum dici uolunt nonnulli, sed sine ueterum testimoniis. Quando uero pro ‘praepostera libidine’ sumitur, exempla non desunt. Vnde *muliebria pati* inuenies apud Sallustium in *Catil.*,¹⁰ Vlpianum, ff. *Depostulando*, et Quintilianum.

Nauale -is, in numero singulari, substantiue sumptum pro ‘loco ubi naues fabricantur’, usurpauit Ouid. in *Epist.* et 3 *Met.* Plurali tamen numero usitatius est. Cic., 2 *Offic.*: *Muri, naualia, portus*;¹¹ Plin., lib. 5, c. 12: *Gens Phoenicum in gloria magna literarum inuentionis et siderum naualiumque*.¹² Quare per utrumque numerum declinandum est.

Obliuia -orum, idem quod *obliuio*, sed in priori numero insolens est, in posteriore uero, frequens, et poetis familiare. Varro etiam, *De lingua Latina*, lib. 4, eodem usus est.

Ostium -ii, dum ‘aditum’ significat quo fluuii exonerantur in mare, numero singulari non est destituendum; eo enim utitur Cicero; plurali, tamen saepius poetae quam oratores.

¹Verg., *Aen.* 4,259 ²Mart., *Epig.* 10,13,7 ³Val. Flac., *Arg.* 260-1 ⁴Varro, *Rust.* 3,16,12 ⁵Enn. apud Fest., *Verb.* 145 ⁶Iuu., *Sat.* 2,76 ⁷Iuu., *Sat.* 2,65-67 ⁸Cic., *Mur.* 73 ⁹Tac., *Ann.* 1, 69 ¹⁰Sall., *Cat.* 13,3 ¹¹Cic., *Off.* 2,60 ¹²Plin., *Nat.* 5,67

[¹¹‘Magalia’ scrip.] ‘Magilia’ E’.

Magalia e *mapalia* escrevem-se no plural. Virgílio, *Aen.* 4, a respeito de Mercúrio: *Vt primum alatis tetigit magalia plantis* ; e também, *ibid.*, liv. 1. Marcial, liv. 10: ... *sicci Getula mapalia Poeni. Mapali*, no ablativo singular, escreveu-o Valério Flaco, liv. 2: ...*coit sparso concita mapali / agrestum manus*.

Mellarium -ii, o mesmo que *apiarium*, usou-o Varrão, *De re rust.*, liv. 3, c. 16, no número plural, apoiado no uso de outros autores: *Melittones ita facere oportet, quos alii [p. 266] 'melittrophea' appellant, eandem rem quidam 'mellaria'*. O número singular, ainda que não ocorram exemplos, deve ser admitido, à semelhança do que acontece com *apiarium* e *roborarium*.

Moenia -ium, multitia -orum, munia -orum usam-se sempre no número plural.

Moene -is outrora teve declinação plural, como o comprovam as palavras de Ênio, citadas em Festo, liv. 2: *In campo hostium per moene*.

Multitia -orum, afirma Budé, são umas ‘vestes de seda muito finas e apropriadas para o tempo de verão’. Juvenal, sátira 2: ... *quaero an deceant multitia testem*; *ibid.*: ... *sed quid / non facient alii quam tu multitia sumas / Cretime?* Cícero, *Pro Mur.*: *Omnia haec sunt munia candidatorum*. Tácito, liv. 1: *Munia ducis per eos dies induebat*.

Muliebria -ium, quando significa ‘menstruação’, usa-se apenas no plural, segundo pretendem alguns, contudo sem abonações dos autores antigos. Pelo contrário, quando se toma na aceção de ‘paixão desvairada’ não faltam exemplos. Por isso é que encontrarás a expressão *muliebria pati* em Salústio, *Catil.*, em Ulpiano, ff. *De postulando*, e em Quintiliano.

Nauale -is, no número singular e tomado como substantivo na aceção de ‘lugar em que se constroem os barcos’, foi usado por Ovídio, *Epist.* e *Met.*, liv. 3. Contudo, é mais frequente no plural. Cícero, *Offic.*, liv. 2: *Muri, naualia, portus*. Plínio, liv. 5, c. 12: *Gens Phoenicum in gloria magna litterarum inuentionis et siderum naualiumque*. Por essa razão, deve ser declinado em ambos os números.

Obliuia -orum, o mesmo que *obliuio*, mas no número singular, é inusitado; no número plural, porém, é frequente e usual nos poetas. Varrão também usou essa mesma forma, em *De lingua Latina*, liv. 4.

Ostium -ii, quando significa ‘entrada pela qual os rios desaguam no mar’, não dever ser privado do número singular; com efeito, assim o usa Cícero. Contudo, no plural, usam-no mais os poetas do que os oradores.

Ostreum quoque integrum est, licet in singulari minus usitatum. Senec.: *Quid ostreum sapiat, quid nullus optime nosti*;¹ Plin., lib. 32, c. 6: *Contra leporis marini uenena et ostrea aduersantur*.² Sic Iuuen., *Saty.* 6.

Ostrea -ae, eiusdem significatus, usitatus etiam est in numero plurali. Pro singulari est illud Varronis apud Nonium Marcellum: *Neque ostrea illa magna capta quiuit palatum suscitare*.³

Palearia, pro ‘pellibus ex gutture boum pendentibus’, similiter in numero secundo frequentius usurpatur. Singulares est apud Senecam, in *Hyppol.*: *Musco cenaci pectus ac palear uiret*.⁴

Palearium -ii ‘locum ubi palea conditur’ significat. Vide Colum., lib. 1. c. 6.

Parapherna -orum Graecum est, et solum apud iurisconsultos Latinis uocibus insertum. Vlpianus, De iure dot<ium> L.: *Si ego.... Si res dentur in ea, quae Graeci παράφερνα dicunt quaeque Galli ‘peculium’ uocant, uideamus an statim fiant mariti*.⁵ Dicuntur haec etiam apud eosdem *paraphernalia*. Sunt autem ea omnia quae sponso praeter dotem dari consueuerunt.

Penetrare -is non sine iniuria recensetur inter anomala. Mart., lib. 10: *Nec Capleolini summum penetrare Tonantis*.⁶ Sic Ou., 15 *Met.* *Penetral* etiam dixit Macrob., lib. 7, c. 1, pro *penetrare*. Numero plurali frequenter inuenies.

Perennia -orum, caeremoniae quae in auspiciis obseruabantur. Cic., 2 *De nat.*: *Nulla perennia seruantur*.⁷

Pondo semper est indeclinabile, siue pro ‘libra’ sumatur, siue pro ‘pondere’. Cum ‘libra’ significat, in numero etiam singulari reperitur. [p. 267] Cels., lib. 5, cap. 25: *Dictami pondo unum adiectum est*;⁸ Liu., *Bel. Mac.*, 4: *Auri pondo fuit tria millia septingenta quatuordecim*.⁹ Pro ‘pondere’, idem, *Ab Urb.*, 3: *Coronam auream dictatori librae pondo decreuit exercitus*;¹⁰ Colum., lib. 12, c. 12: *Sextarium aquae cum dodrante pondo mellis diluunt*.¹¹ Cum uero *pondo* ‘libram’ significat, nonnulli reformidant in numero singulari usurpare. Verisimile uidetur id, quod Perottus, in suis *Lat<inae> linguae comment<ariis>*, adstruit singulari numero non carere. Nonnulli, cum Phoca, contrarium opinantur, quibus tamen concedendum est numeri pluralis usum apud auctores esse frequentissimum.

Praecordia -orum ex omnium sententia semper effertur in numero secundo, quare non est cur immoremur.

¹Sen., *Epist.* 77,16 ²Plin., *Nat.* 32,58-59 ³Varro, *Men.* 549 *apud* Non. Marc. *Comp. doc.* 216M
⁴Sen., *Phaed.* 1044 ⁵Vlp., *Dig.* 23,3,9,3 ⁶Mart., *Epig.* 10,51,13 ⁷Cic., *Nat. deor.* 2,9 ⁸Cels.,
Med. 5,25,13 ⁹Liu., *AVC* 34,52,7 ¹⁰Liu., *AVC* 3,29,3 ¹¹Colum., *Rust.* 12,12,2.

Ostreum também é íntegro, embora menos usado no singular. Séneca: *Quid ostreum sapiat, quid mullus optime nosti*. Plínio, liv. 32, c. 6: *Contra leporis marini uenena et ostrea aduersantur*. E também Juvenal, sátira 6.

Ostrea -ae, que tem a mesma significação que *ostreum*, também é mais usado no plural. A favor do uso no singular há aquele passo de Varrão, citado por Nônio Marcelo: *Neque ostrea illa magna capta quiuit palatum suscitare*.

Palearia, na aceção de ‘peles que pendem do cachaço de um boi’, também se usa mais no número plural. O singular encontra-se em Séneca, *Hyppol.*: *Musco tenaci pectus ac palear uiret*.

Palearium -ii significa ‘lugar em que se armazena a palha’. Vide Columela, liv. 1, c. 6.

Parapherna -orum é um nome grego e só se encontra nos juristas, no meio de palavras latinas. Ulpiano, *De iure dotium*, L. *Si ego: ... Si res dentur in ea, quae Graeci παράφερνα dicunt, quaeque Galli peculium uocant, uideamus an statim fiant mariti*. Essas coisas também são, em grego, chamadas *paraphernalia*. Entenda-se por ‘essas coisas’ tudo aquilo que se costumava dar ao noivo, além do dote.

Penetrare -is é, com alguma injustiça, contado entre os anómalos. Marcial, liv. 10: *Nec Capitolini summum penetrare Tonantis*. A mesma forma escreve-a Ovídio, *Met.*, liv. 15. *Penetral* também foi escrito por Macróbio, liv. 7, c. 1, em lugar de *penetrare*. Encontrá-lo-ás frequentemente no plural.

Perennia -orum eram as cerimónias que se realizavam nos auspícios. Cícero, *De nat.*, liv. 2: *Nulla perennia seruantur*.

Pondo é sempre indeclinável, quer se tome na aceção de ‘balança’, quer se tome na aceção de ‘peso.’ Quando significa ‘balança’ também se encontra no número singular. [p. 267] Celso, liv. 5, c. 25: *Dictami pondo unum adiectum est*. Lívio, *Bel. Mac.*, liv. 4: *Auri pondo fuit tria millia septingenta quatuordecim*. Na aceção de ‘peso’, veja-se Lívio, *Ab Urb.*, liv. 3: *Coronam auream dictatori librae pondo decreuit exercitus*. Columela, liv. 12, c. 12: *Sextarium aquae cum drodante pondo mellis diluunt*. Todavia, quando *pondo* significa ‘balança,’ alguns autores têm receio de o usar no número singular. Afigura-se verosímil o que afirma Perotto⁶³, nos seus *Latinae linguae Commentarii*, a saber, que não é destituído do número singular. Todavia, alguns, na esteira de Focas, são da opinião contrária; a estes temos de conceder que o uso do número plural é muito frequente nos autores.

Praecordia -orum escreve-se sempre, segundo a opinião geral, no número plural; por isso, não há razão para nos demorarmos aqui.

Principia -orum, teste Veget<io>, *De re mil<itari>*, principes in exercitu milites proprie dicebantur robustioris aetatis, qui post hastatos in secunda acie consistebant nullusque locus in castris quam post principia tutior habebatur. Vnde *Post principia esse*, hoc est, in tuto ac citra periculum. Eodem utitur Terent. et Liu. in numero plurali; singulariter uero in hac significatione non uidetur usurpatum.

Pugillar, generis neutri, numero singulari dixit Ausonius; *pugillaria*, Catullus, in plurali. Sed *pugillares* masculinum, in eadem significatione nimirum pro ‘cereis’ uel ‘cuiusuis alterius materiae tabellis, in quibus stylo scribi solet’, usitatius est.

Repotia -orum significat ‘eas computationes quae post nuptias celebrari consueuerant’^[1] et numero semper posteriore reperitur apud auctores. *Repotia*, inquit Festus, lib. 16, *postridie nuptias apud nouum maritum coenantur, quia quasi reficitur potatio*;¹ Horat., 2 *Serm.*, saty. 2: *Ille repotia, natales aliosue dierum / festos albatu celebrat*;² Gell., lib. 2, c. 24: *Nuptiis autem et repotiis HS. millies esse*.³

Roboraria -orum quid sint ostendit Gell., lib. 2, cap. 20: *Quod apud Scipionem*, inquit, *omnium aetatis suae purissime locutum legimus ‘roboraria’, aliquot Romae doctos uiros dicere audiui id significare, quod nos ‘uiuaria’ dicimus, appellataque esse a tabulis roboreis, quibus septa essent*.⁴ Numero tamen singulari non carere probant uerba Scipionis apud eundem Gellium, in eodem cap. 20, ex oratione eius quinta contra Asellium: *Inde*, inquit, *corrigitur uiam, aliis per uineas medias, aliis per roborarium atque piscinam*.⁵ Non est igitur anomalis admiscendum, cum non sit minoris auctoritatis elegantissimus ille Scipio, qui omnium aetatis suae purissime locutus dicebatur, quam Gellius, ex cuius testimonio solum numeri pluralis usum accepimus.

Sensa -orum uide infra inter nomina uariae declinationis.

Rostra, pro ‘templo’ seu ‘foro Romae ante curiam Hostiliam, ex quo contionabantur oratores’, in numero plurali tantum usurpatur. *Rostrum* uero, pro ‘ore animalium’ seu ‘parte nauium anteriori’, non est anomalum.

Seria -orum, substantiue sumptum, desumitur a terminatione neutra nominis adiectiui *serius -a -um*, quod usu uenit aliis eiusdem formae compluribus et quoduis adiectiuum substantiue in neutra cuiusuis numeri terminatione sumi potest. Tacit., lib. 6: *Geminus amicus Seano nihil ad serium*. Scilicet *locutus est*.⁶

¹Fest., *Verb. sign.* 281 ²Hor., *Serm.* 2,2,60-1 ³Gell., *NA* 2,24,14 ⁴Gell., *NA* 2,20,5 ⁵Gell., *NA* 2,20,6 ⁶Tac., *Ann.* 6,14.

[¹consueuerant *scrip.*] consueuerant *E*’.

Principia -orum eram chamados, segundo testemunho de Vegécio, *De re militari*, liv. 2, os soldados no exército, mais propriamente, os que estavam no vigor da sua robustez, que se alinhavam na segunda formação, a seguir aos *hastati*⁶⁴ (e, por isso, considerava-se que não havia lugar mais protegido do que depois dos *principes*; daí a expressão *post principia esse*, ou seja, ‘estar a salvo, fora de perigo’). Esse mesmo nome é usado por Terêncio e por Lívio no número plural; no singular, todavia, não parece ser usado nesta significação.

Pugillar, do género neutro, escreve-o Ausónio no número singular; Catulo escreve *pugillaria* no plural. Em contrapartida, *pugillares*, nome masculino, na mesma significação, isto é, na significação de ‘tabuinhas de cera ou de qualquer outra matéria’ em que se costuma escrever com um estilete, é mais usado.

Repotia -orum significa o ‘festim⁶⁵ que se costumava celebrar depois do casamento’ e encontra-se nos autores sempre no número plural. Diz Festo, liv. 16: “os *repotia* fazem-se no dia a seguir ao casamento em casa do recém-casado, porque é como se fizesse uma nova *potatio*⁶⁶”; Horácio, *Serm.*, liv. 2, sátira 2: *Ille repotia, natales aliosue dierum / festos albatu celebrat*; Gélio, liv. 2, c. 24: *Nuptiis autem et repotiis HS. milies esse*.

Roboraria -orum. Gélio, no livro 2, c. 20, explica o que são: «Porque em Cipião, cuja eloquência era a mais pura da sua época, lemos *roboraria*, ouvi em Roma alguns homens cultos dizer que isso significava aquilo a que nós chamamos *uiuaria* (‘viveiros’) e que assim eram designados por causa das tábuas de carvalho com que estavam cercados.» Contudo, as palavras de Cipião, extraídas do seu quinto discurso contra Asélio, citadas por Gélio no mesmo capítulo 20, provam que não carece do número singular: *Inde corrigere uiam aliis, per uineas medias, aliis per roborarium atque piscinam*. Por conseguinte, este nome não deve ser adicionado aos anómalos, já que a autoridade daquele elegantíssimo Cipião, tendo em conta que se dizia que a sua eloquência era a mais pura da sua época, não é inferior à de Gélio, de cujo testemunho só recebemos o uso do número plural.

Sensa -orum. Veja-se, infra, entre os nomes de diferentes declinações.

Rostra, na aceção de ‘templo’ ou de ‘foro de Roma de onde discursavam os oradores, situado em frente à Cúria Hostília’, usa-se apenas no número plural. *Rostrum*, porém, na aceção de ‘focinho de animais’ ou de ‘parte dianteira do navio’, não é anómalo.

Seria -orum, tomado como substantivo, forma-se a partir da terminação neutra do nome adjetivo *serius -a -um*, o que acontece com muitos outros dessa mesma enunciação (e, de resto, qualquer adjetivo pode ser tomado substantivamente a partir da terminação neutra de qualquer um dos números). Tácito, liv. 6: *Geminius amicus Seano nihil ad serium* (scilicet: *locutus est*).

Serta -orum similiter substantiue sumitur a participio *sertus -a -um*, quo usus est Lucan., lib. 10: *Accipiunt sertas [p. 268] nardo florente coronas*;¹ Plin., lib. 21, c. 2: *Cum uero e floribus fierent sertae, a serendo seruiuae appellabantur*.² *Sertum -i*, in numero singulari, est in titulo eiusdem cap<ituli>. Sic enim habet: *De strophio serto*. Item apud Ausonium: *...roseo Venus aurea serto*.³ Quos imitati sunt nonnulli ex poetis iunioribus.

Serta -ae foeminino usus est Cornelius Seuerus: *Huc ades Aonia crinem circumdata sertae*;⁴ et Prop., lib. 2: *Cum tua praependent demissae in pocula sertae*.⁵ In uulgaribus tamen Propertii libris nunc aliter habetur.

Soteria -orum, ‘munera’. Mart., in Sosib.: *Aegrotas quoties, soteria poscis amicos*.⁶ Sic et Graeci.

Spolium -ii integrum est. Numeri posterioris exempla passim offendet; priori usus est Plin., lib. 7, c. 26: *Spolio inde capto, etc.*;⁷ Suet. etiam, in Caes. c. 64, et Virg., *Aen.*, 12; item Senec., in *Herc. fur.*: *...cur latus laeum uacat / spolio leonis*;⁸ Ouid. quoque, 4 et 7 *Met.*, et Sil., lib. 5. Quare ignoscendum iis qui nomen hoc singulari spoliandum putauerunt.

Sponsalia, cum sint ‘mutua duorum promissio’, numero plurali non solum quadrant, sed usu etiam pluraliter efferuntur. Seruius Sulpitius, de dotibus, apud Gellium, lib. 4, c. 4: *Is contractus stipulationum sponsionumque dicebatur ‘sponsalia’*.⁹ Genitiuo in *-orum* usus est Suet. in Aug., cap. 53: *Nec prius dies solennes cuiusuis frequentare desiit, quam grandior iam natu et in turba quondam sponsaliorum die uexatus*.¹⁰ Vbi Philippus, eius interpres, <et> antiqui *Saturnaliorum, Bacchanaliorum, uiridiorum* et *sponsaliorum* dicere malebant, quam *Saturnaliu, Bacchanalium, uiridium* et *sponsalium*, sicut regula grammaticae exposcit. Itaque, alterum regula, alterum ueterum defendit auctoritas. *Sponsalibus*, tertiae declinationis, in *Pandect.* inuenies, tit. “De sponsalibus”.

Statiua -orum, substantiuum a nomine *statiuus -a -um* deriuatum pluraliter tantum dicitur, ut *aestiua, Hyberna*. Cic., *Pro l<ege> agr<aria>*: *Vrbes statiua, etc uenduturi sint*;¹¹ Liu., dec. 1, lib. 3: *Seruilii in Latino agro statiua habuit*.¹²

Tempe, neutrum numeri pluralis tantum et indeclinabile, siue proprium sit amoenissimorum quorundam Thessaliae uel Boeotiae, seu Siciliae locorum, siue pro quibuscumque locis amoenitatis eximiae sumatur. Liu., dec. 4, lib. 9: *Ad Thessalica Tempe concilium indictum est*;¹³ et ibid.: *Sunt enim Tempe saltus etc.*;¹⁴ Virg., in *Culice*: *... o gratissima Tempe*.¹⁵

¹Lucan., *BC* 10,164 ²Plin., *Nat.* 21,3 ³Aus., *Idyll.* 6,88 ⁴Corn. Seu., *Carm.* 3,1 ⁵Prop., *Eleg.* 2,33,37 ⁶Mart., *Epig.* 12,56,3 ⁷Plin., *Nat.* 7,96 ⁸Sen., *Herc. fur.* 1151 ⁹Gell., *NA* 4,4,2 ¹⁰Suet., *VC Aug.* 53,3 ¹¹Cic., *Leg. agr.* 2,40,9 ¹²Liu., *AVC* 3,2,1 ¹³Liu., *AVC* 39,24,14 ¹⁴Liu., *AVC* 44,6,7 ¹⁵Verg., *Culex.* 94.

Serta -orum, igualmente tomado substantivamente a partir do participípio *sertus -a -um*, foi usado por Lucano, no livro 10: *Accipiunt sertas nar-[p. 268] do florente coronas*. Plínio, liv. 21, c. 2: *Cum uero e floribus fierent sertae, a serendo seruae appellabantur*. No número singular, *sertum -i*, encontra-se no título do mesmo capítulo. Com efeito, lê-se assim: *De strophio serto*. Também se encontra em Ausônio: ... *roseo Venus aurea serto*. Alguns dos poetas mais recentes imitaram esses autores.

Serta -ae, no feminino, foi usado por Cornélio Severo: *Huc ades Aonia crinem circumdata sertae*; e também Propércio, liv. 2: *Cum tua praependent demissae in pocula sertae*. Contudo, atualmente, nas edições mais divulgadas de Propércio, o passo está diferente.

Soteria -orum, ou seja, ‘presentes’, lê-se em Marcial, no epigrama dirigido a Sosibiano: *Aegrotas quoties, soteria poscis amicos*. Assim se dizia também em grego.

Spolium -ii é íntegro. Encontrarás exemplos do número plural por todo o lado; o número singular foi usado por Plínio, liv. 7, c. 26: *Spolio inde capto* etc.; e também por Suetônio, em *Caes.*, c. 64, e por Virgílio, *Aen.* 12, e ainda por Séneca, *Herc. Fur.*: ... *cur latus laeuum uacat / spolio leonis*. Ovídio também o usou, em *Met.* 4 e 7, e Sílio, no livro 5. Por essa razão, há que perdoar aqueles que consideraram que este nome devia ser espoliado do singular.

Sponsalia, visto que é a ‘promessa mútua de duas pessoas’, não só se enquadra no plural como também se escreve no plural. Sérvio Sulpício, *De dotibus*, citado por Gélío, liv. 4, c. 4: *Is contractus stipulationum, sponsionumque dicebantur sponsalia*. O genitivo em *-orum* usou-o Suetônio, em *Aug.*, c. 53: *Nec prius dies solennes cuiusuis frequentare desiit, quam grandior iam natu et in turba quondam sponsaliorum die uexatus*. Daí que Filipe⁶⁷, seu comentador, e os Antigos preferissem dizer *Saturnaliorum, Bacchanaliorum, uiridiorum e sponsaliorum* do que *Saturnalium, Bacchanalium, uiridium e sponsalium*, como o exigiria a regra gramatical. Assim, a um defende-o a regra, a outro defende-o a autoridade dos autores Antigos. Encontrarás *sponsalibus*, da terceira declinação, em *Pandect.*, título *De sponsalibus*.

Statiua -orum, substantivo derivado do adjetivo *statiuus -a -um*, diz-se no plural, à semelhança de *aestiua e hyberna*. Cícero, *Pro lege Agraria: Vrbes statiuas, etc., uendituri sint*. Lívio, década 1, liv. 3: *Seruilus in Latino agro statiuas habuit*.

Tempe, é um nome neutro apenas do número plural e indeclinável, quer seja tomado como nome próprio de uns lugares muito aprazíveis da Tessália, da Beócia ou da Sicília, quer seja tomado na aceção de quaisquer lugares de aprazibilidade incomparável. Lívio, década 4, liv. 9: *Ad Thessalica Tempe concilium indictum est*; *ibid.*: *Sunt enim Tempe saltus* etc.; Virgílio, *Culex*: ... *o gratissima Tempe*.

Tesqua ait Festus, lib. 18, ‘loca augurio designata’. Cic. aspera ait esse et difficilia. Apud Varronem, lib. 6 *De ling. Latina*, *tesca*, per *c* scriptum legitur eo, quod a *tuesca*, quasi a *tuendis sacris* deriuetur. Ibid.: *Loca quaedam agrestia, quod alicuius dei sunt, dicentur ‘tesca’*.¹ Ab Horat., lib. 1 *Epist.*, ep. 14, *inhospita tesqua*,² et Lucan., lib. 6, *nemorosa*,³ dicuntur, idque in numero multitudinis. Ablatiuo usus est Apuleius, 2 lib. *Florid.*: *Nullus in tesquis suis fructus est*.⁴

Transtra, licet usitatius sit in numero plurali, tamen in singulari reperitur apud Persium, saty 5: *...tibi torta cannabe futo / coena sit in transtro*,⁵ Lucan., lib. 8: *Collaque in obliquo ponit languentia transtro*.⁶

Tripudium, pertinens ad auguria persaepe in numero singulari effertur a Cicerone; plurali usus est Plin., lib. 10, cap. 20, de Gallis: *Horum [p. 269] sunt tripudia solistima*.⁷ Pro ‘saltatione’ uero, in numero multitudinis usi sunt Liu., *Ab Vrb.* 1, et Catull., de Berecynth. Singulari tamen non esse priuandum puto, licet testimonia non occurrant.

Vinacea -orum, tam pro ‘granulis’ quam pro ‘folliculis uuarum expressis’ inter anomala singulari deficientia ponitur. *Vinacei* quoque masculine dicuntur in numero plurali, tum a Catone, cap. 10, tum a Varrone, 3 *De re rustica*, cap. 11. Item *uinaceae -arum*, foemininum, quo praeter Colum., *De arboribus*, cap. 4, usus est Plin., lib. 17, cap. 22, in eodem numero. De his tamen tribus addiderim, si his auctoribus opus fuisset, de uno tantum uinaceo folliculo uel grano loqui, dubium non esse, quin numero singulari fuissent usuri. Quare qui uel his, uel aliis huiusmodi nominibus utatur, de barbarismo non uidetur accusandus. Est enim penitus improbabile (ut initio dicebamus) argumentum quo quidam persuadere conantur in uocibus anomalam ex eo solum: quod in libris non reperiantur exempla; quasi uero nihil omnino Latinae linguae supersit, quod literis consignatum non fuerit, et auctores omnes communi consensu uniuersos omnium tam nominum, quam uerborum casus siue ad rem facerent, siue non facerent, posteritati mandare decreuerint.

Viscus, uisceris singulari non caret. Suet., in Vitell., c. 13: *Viscus et farra manderet*,⁸ Lucret., lib. 1: *Visceribus uiscus gigni sanguenque creari*,⁹ Ouid., 15 *Met.*: *...de putri uiscere passim / florilegae nascuntur apes*.¹⁰ Plurali frequentius usurpatur.

Viuarium, quamuis in numero plurali solum reperiatur usitatum, singulari tamen uti licebit, sicut *apiarium* et *roborarium*.^[1]

¹Varro, *Ling.* 7,11 ²Hor., *Epist.* 1,14 ³Lucan., *BC* 6,41 ⁴Apul., *Flor.* 11 ⁵Pers., *Sat.* 5,146-7
⁶Lucan., *BC* 8,671 ⁷Plin., *Nat.* 10,49 ⁸Suet., *VC Vit.* 13,3 ⁹Lucret., *DRN* 1,837 ¹⁰Ou., *Met.* 15,365-6.

[1]Schol. 10 [p. 262] ... ‘roborarium’ *E*¹] *om. E*².

Tesqua, chama Festo, liv. 18, aos ‘lugares designados para o augúrio’. Cícero diz que são lugares desertos e de difícil acesso. Em Varrão, *De ling. Latina*, lê-se *tesca* escrito com *c*, pelo facto de derivar de *tuesca*, como se o seu sentido fosse ‘para observar cerimónias sagradas’. Ibid.: *Loca quaedam agrestia, quod alicuius dei sunt, dicentur tesca*. São qualificados por Horácio, *Epist.*, liv. 1, epístola 14, como *inhospita tesqua*, e por Lucano, liv. 6, como *nemorosa* (no número plural, note-se). O ablativo foi usado por Apuleio, *Florida*, liv. 2: *Nullus in tesquis suis fructus est*.

Transtra, embora seja mais usado no plural, encontra-se, contudo, no singular em Pérsio, sátira 5: ... *tibi torta cannabe fulto / coena sit in transtro*; e em Lucano, liv. 8: *Collaque in obliquo ponit languentia transtro*.

Tripudium, que diz respeito aos augúrios, é frequentemente escrito no singular por Cícero; Plínio usou o plural, liv. 10, c. 20, a respeito dos Gauleses: *Horum [p. 269] sunt tripudia solistima*. Na aceção de ‘dança’, porém, usaram-no no número plural Lívio, *Ab Vrb.*, liv. 1 e Catulo, *De Berecynthia*. Todavia, não considero que deva ficar privado do singular, mesmo que não se encontrem abonações.

Vinacea -orum, tanto na aceção de ‘pequenos grãos’ como na de ‘foliculos das uvas depois de pisadas’, integra-se nos anómalos que carecem de singular. *Vinacei*, também foi escrito no masculino e no número plural tanto por Catão, c. 10, como por Varrão, *De re rustica*, c. 11. E também existe *uinaceae -arum* no feminino e no plural, que, além de Columela, *De arbor.*, c. 4, Plínio também usou no livro 17, c. 22, no mesmo número. A respeito destes três nomes, porém, gostaria de acrescentar que, se um destes autores precisasse de falar de um só folículo ou de um só grão de uva, não há dúvida de que usariam o número singular. Por isso, quem usar estes ou outros nomes do mesmo tipo, não deve, segundo me parece, ser acusado de barbarismo. Com efeito, não tem qualquer fundamento (conforme dizíamos no início) o argumento que alguns usam para tentar provar a anomalia nestas palavras, a saber, o simples facto de não se encontrarem exemplos nos livros – como se absolutamente nada mais tivesse havido na língua latina do que aquilo que foi consignado na literatura ou como se todos os autores, de comum consenso, tivessem decidido legar à posteridade todos os casos quer de nomes quer de verbos, independentemente de esses casos se enquadrarem ou não no contexto em que escreviam.

Viscus uisceris não carece de singular. Suetónio, *Vitell.*, c. 13: *Viscus et farra manderet*; Lucrécio, liv. 1: *Visceribus uiscus gigni sanguenque creari*; Ovídio, *Met.*, liv. 15: ... *de putri uiscere passim / florilegae nascuntur apes*. O plural usa-se com mais frequência.

Viuarium, apesar de se encontrar usado apenas no número plural, contudo, será legítimo usá-lo no singular, à semelhança do que acontece com *apiarium* e *roborarium*.

Masculina in singulari, in plurali neutra

Dindymus, in numero plurali, *Dindyma* sumit.
Taygetus discrimen idem, *Pangaeus*, *Auernus*,
Tartarus accipiunt et *Massicus*; *Ismarus* illis,
Maenalus accedunt. Fines iunxere uiriles
Sibilus et *iocus* atque *locus* pluralia neutris.

Auernus -i, *Auerna* -orum. Sic *Tartarus*, *Maenalus*, *Massicus*, *Dindymus*,
Taygetus.

Item *sibilus*, *iocus* et *locus*; quae, numero multitudinis, masculina sunt uel
 neutra: *sibili* uel *sibila*, *ioci* uel *ioca*, *loci* uel *loca*.

Locus tamen, dum significat ‘sedem in artibus et scientiis, unde eruuntur
 argumenta’, masculinum est in utroque numero.

Schol. 11.^[1] De n<ominibus> masculinis in singulari, neutris in plurali

Masculina quaedam nomina genus in numero plurali, neutrum effligitant.

Auernus quid sit et cuius generis in numero singulari indicat Plin., lib. 3,
 c. 5, de Campania loquens: *Lacus Lucrinus*, inquit, et *Auernus*, iuxta quem
Cimmerium oppidum quondam;¹ Liu., dec. 3, lib. 4: *Annibal ad lacum Auerni*
descendit.² Numero multitudinis utuntur poetae. Virg., 3 *Aen.*: *Diuiosque*
lacus et Auerna sonanti syluis;³ Lucret., lib. 6: *Principio quod Auerna uocant*
non [p. 270] nomen id ab re / impositum.⁴ *Auerni* -orum masculine dicuntur
 in eodem numero apud Claud<ianum>, lib. 1 *De rapt.*: *Di, quibus ad*
numerum uacui famulantur Auerni.⁵ Nec miranda uarietas, cum *Auernus*
 -a -um sit adiectiuum substantiueque sumatur, sicut et alia complura,
 subaudiaturque substantium *lacus*, tam in singulari numero quam in plurali;
 et, in hoc posteriori, genus neutrum nominis adiectiui substantiue accidi
 possit.

Balteus uel *Baltenum* -i, uide infra.

Cetus utrumque numerum sortitur, dum masculinum est. Plaut., *Capt.*:
 ...*scombrum et trygona et cetum*;⁶ Festus, lib. 1: *Balenam dicunt esse cetum*.⁷
 Nominatiuum in -os ait Budaeus esse apud Cels<um>. Plin., lib. 32, c. 1:
Cetos sexcentorum pedum longitudinis et trecentorum sexaginta latitudinis
 etc.⁸ *Cete*, generis neutri, tantum numero multitudinis declinatur. Plin. lib. 9,
 c. 50: *Reliqua cete simili modo*;⁹ et ibid., c. 24: *Hoc genus solum, ut ea, quae*
‘cete’ appellat, animal parit.¹⁰

¹Plin., *Nat.* 3,61 ²Liu., *AVC* 24,12,4 ³Verg., *Aen.* 3,442 ⁴Lucr., *DRN* 6,740-1 ⁵Claud., *Rapt.*
 1,33,20 ⁶Plaut., *Capt.* 851 ⁷Fest., *Verb. sing.* 36 ⁸Plin., *Nat.* 32,10 ⁹Plin., *Nat.* 9,157 ¹⁰Plin.,
Nat. 9,78.

^[1]Schol. 11 ... diuersum sit [p. 273] *E*¹ om. *E*².

Nomes masculinos no singular e neutros no plural

Dindymus recebe no plural *Dindyma*,
A mesma variação recebem *Taygetus*, *Pangaeus*, *Auernus*,
Tartarus e *Massicus*; acrescente-se-lhes *Ismarus* e
Maenalus. *Sibilus*, *iocus* e *locus* misturam
terminações masculinas com neutras no plural.

Auernus -i, *Auerna -orum*. Assim também *Tartarus*, *Maenalus*, *Massicus*,
Dindymus, *Taygetus*.

O mesmo se diga de *sibilus*, *iocus* e *locus* os quais, no número plural, são masculinos ou neutros: *sibili* ou *sibila*, *ioci* ou *ioca*, *loci* ou *loca*.

Locus, contudo, quando significa, nas artes e nas ciências, ‘tópico de onde se extraem argumentos’, é masculino em ambos os números.

Escólio 11. Nomes masculinos no singular e neutros no plural

Alguns nomes masculinos exigem o género neutro no número plural.

Auernus. O que é e o género a que pertence no número singular indica-o Plínio, liv. 3, c. 5, quando, ao falar da Campânia, diz: *Lacus Lucrinus et Auernus, iuxta quem Cimmerium oppidum quondam*. Lívio, década 3, liv. 4: *Annibal ad lacum Auerni descendit*. Os poetas usam o número plural. Virgílio, *Aen.*, liv. 3: *Diunosque lacus et Auerna sonantia syluis*. Lucrécio, liv. 6: *Principio quod Auerna uocant non [p. 270] nomen id ab re / impositum*. *Auerni -orum* encontra-se no masculino, e também no plural, em Claudiano, *De rapt.*, liv. 1: *Di, quibus ad numerum uacui famulantur Auerni*. A variação não é de admirar já que *Auernus -a -um* é um adjetivo e, tal como muitos outros, é tomado substantivamente, subentendendo-se o substantivo *lacus*, tanto no número singular como no plural; e, neste último número, o género neutro do nome adjetivo pode ser tomado substantivamente.

Balteus ou *balteum -i*: ver infra.

Cetus recebe ambos os números quando é masculino. Plauto, *Capt.*: ... *scombrum et trygona et cetum*. Festo, liv. 1: *Balenam dicunt esse cetum*. O nominativo em *-os*, afirma Budé, existe em Celso. Plínio, liv. 32, c. 1: *Cetos sexcentorum pedum longitudinis et trecentorum sexaginta latitudinis* etc. *Cete*, do género neutro, declina-se apenas no número plural. Plínio, liv. 9, c. 50: *Reliqua cete simili modo*, e também *ibid.*, c. 24: *Hoc genus solum, ut ea, quae ‘cete’ appellant, animal parit*.

Dindymus, apud Ouid<ium>, 4 *Fast.*, exstat in numero singulari: *Dindymon et Cybelen et amoenam sentibus Idam*.¹ Cuius nominatiuus debuit esse *Dindymos*, in *-us*, uero Propert.: *Dyndymus et sacra fabricata iuuenca Cybelle*.² Neutro genere pluralis numeri, *Dindyma* apud Valer<ium> Flac<cum>, lib. 3: *...at barbara buxus / si uocet, et motis ululantia Dindyma sacris*.³ Sic iterum ibid. et Virg., lib. 9 et 10 *Aen.* Significat autem ‘Phrygiae montes, in quibus sacra Cybeles celebrabantur’.

Euentus -us, *euentus -uum* et *euentum -i*, *euenta -orum* ex iis sunt quae ‘abundantia’ uocantur et integre per omnes utriusque numeri casus declinantur. Sed, quoniam de masculino numeri pluralis et neutro singularis dubitatum est, eorum tantum exempla subiiciam. Cic., 2 *De diu.*: *Aues euentus significant aut aduersos, aut secundos*.⁴ Sic idem saepius, sic Virg., 6 et 10 *Aen.*; Tacit., in *Vita Agricolae*: *Soliti plerumque damna aestatis hibernis euentibus pensare*.⁵ *Euentum*, in singulari, Lucret., lib. 1: *Euentum dici poterit quodcumque erit actum*.⁶ Cic., in *Partit.*: *Si cuiusque facti et euenti causa ponetur*.⁷

Gargarus ‘lacum Phrygiae iuxta montem Idam’ significat, et in numero singulari ponitur a Prisc<iano>, lib. 5, de numero: *Maenalus*, inquit, *dicitur et ‘Tartarus’ et ‘Gargarus’*.⁸ sed sine ueterum testimonio. In numero uero plurali significat et ‘cacumen Idae montis’ et ‘oppidum eiusdem nominis’. Plin., lib. 5, cap. 30: *Intus mons Gargara eodemque nomine oppidum*.⁹ Virg., 1 *Georg.* et Valer., Flac., lib. 2 *Argon.*, Macro., lib. 5, cap. 20: *Ex his*, inquit, *liquido claret Gargara cacumen Idae montis appellari pro ‘oppido’ autem ‘Gargara’ qui dixerint enumerabo*.¹⁰ Ibid. singulariter extulit explicans uerba quaedam Homeri: *Hic Gargarum*, inquit, *pro excelsissimo montis loco accipe conuenire et ipse sensus indicium facit*.¹¹ Ex his facile conici potest in his significationibus *Gargara* pluraliter efferri consueuisse. Quare ad hunc locum non spectat.

Infernus -a -um adiect<iuum> est. Suptum uero substantiue nondum inueni apud auctores latinitatis. *Infernus -i*, numero singulari masculinum, reperies in Sacris literis, *Cant.* 8: *Dura sicut infernus aemulatio*.¹² Oseae, 13: *Morsus tuus ero. inferne*.¹³ Sic [p. 271] alibi frequenter. Vsus autem hic a ueterum ueterum Latinorum consuetudine non abhorret, qui frequenter adiectiua subauditis cuiuscumque generis substantiuis usurparunt, ut ostensum est supra de gen<eribus> nom<minum>, schol. 24. Numero plurali, *inferna -orum*, est est in lib. Iob, cap. 21: *Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt*.¹⁴ Quod latinius dicitur, cum adiectiua nomina substantiue sumantur in genere neutro.

¹Ou., *Fast.* 4,249 ²Prop., *Eleg.* 3,22,3 ³Val. Flac., *Arg.* 3,231-2 ⁴Cic., *Diu.* 2,79 ⁵Tac., *Agr.* 22,3 ⁶Lucr., *DRN* 1,470 ⁷Cic., *Part.* 32 ⁸Prisc., *Inst.* (GLK II 177) ⁹Plin., *Nat.* 5,122 ¹⁰Macr., *Sat.* 5,20,6 ¹¹Macr., *Sat.* 5,20 4 ¹²Vulg., *Cant.* 8,6 ¹³Vulg., *Os.* 13,14 ¹⁴Vulg., *Iob.* 21,13 .

Dindymus existe em Ovídio, *Fast.*, liv. 4, no número singular: *Dyndimon et Cybelen amoenam sentibus Idam*. O nominativo devia ter sido *Dindymos*. A terminação *-us*, porém, é usada por Propércio: *Dindymus et sacra fabricata iuuenca Cybelle*. No gênero neutro e no número plural, *Dindyma*, encontra-se em Valério Flaco, liv. 3: ... *at barbara buxus si / uocet, et motis ululantia Dindyma sacris*; aparece assim, repetidas vezes, na mesma obra e ainda em Virgílio, *Aen.*, liv. 9 e 10. *Dindyma*, porém, significa os ‘montes da Frígia em que se celebravam os mistérios de Cíbele’.

Euentus -us, *euentus -uum* e *euentum -i*, *euenta -orum* pertencem aos nomes chamados ‘abundantes’⁶⁸ e declinam-se em todos os casos de ambos os números. Todavia, uma vez que se levantaram dúvidas quanto ao masculino do número plural e ao neutro do singular, apresentarei apenas exemplos de cada uma dessas formas. Cícero, *De diu.: Aues euentus significant aut aduersos, aut secundos*. Assim escreve o mesmo autor frequentemente, bem como Virgílio, *Aen.* 6 e 10. Tácito, em *Vita Agricolae: Soliti plerumque damna aestatis hibernis euentibus pensare. Euentum*, no singular, lê-se em Lucrécio, liv. 1: *Euentum dici poterit quodcumque erit actum*; e em Cícero, *Partit.: Si cuiusque facti et euenti causa ponetur*.

Gargarus significa um ‘lago da Frígia, junto do monte Ida’ e é usado no singular por Prisciano, que, a respeito do número, diz no livro 5: «Diz-se *Maenalus, Tartarus* e *Gargarus*». Contudo fá-lo sem qualquer testemunho dos autores antigos. Em contrapartida, no número plural, significa tanto o cume do monte Ida como a cidade do mesmo nome. Plínio, liv. 5, c. 30: *Intus mons Gargara eodemque nomine oppidum*. Virgílio, *Georg.* 1; e Valério Flaco, *Argon.*, liv. 2; Macrôbio, liv. 5, c. 20, diz: *Ex his liquido claret Gargara cacumen Idae montis appellari pro oppido autem Gargara qui dixerint enumerabo. Pro oppido autem Gargara, qui dixerint, enumerabo*. O mesmo Macrôbio escreve-o no singular ao explicar determinado passo de Homero: *Hic Gargarum pro excelcissimo montis loco accipe conuenire et ipse sensus indicium facit*. Com base nestes passos, é fácil conjecturar que se costumava escrever *Gargara* no plural. Por essa razão, não se enquadra aqui.

Infernus -a -um é um adjetivo; contudo, tomado como substantivo, ainda não o encontrei nos autores da Latinidade. *Infernus -i*, no número singular, masculino, encontrá-lo-ás na Sagrada Escritura, Cant. 8: *dura sicut infernus aemulatio*; Oseias, 13: *Morsus tuus ero inferne*. E assim [p. 271] se lê frequentemente em outros passos. Contudo, este uso não repugna ao costume dos antigos autores latinos que, com frequência, usaram adjetivos subentendendo substantivos de qualquer um dos gêneros, conforme ficou demonstrado acima, no escólio 24, capítulo sobre o gênero dos nomes. *Inferna -orum*, no número plural, encontra-se no livro de Job, c. 21: *Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt*. Esta formulação é mais própria do latim, visto que é no gênero neutro que os nomes adjetivos são tomados como substantivos.

Ismarus -i, Thraciae mons, in singulari masculinum est apud Virgilium, *Eclog.* 6. *Ismara -orum*, neutrum apud eundem, 2 *Georg.*, et Lucret., lib. 5.

Iussum -i integrum est in numero plurali frequens pro 'imperio'; in singulari minus usitatum. Plaut., *Curcul.*: *Postquam sum tuo iusso prosectus perueni in Cariam*;¹ Sil., lib. 9: *Nec iusso mora etc.*² Item, pro 'lege'. Cic., *Pro Caecin.*: *Quaero abs te putesne id iussum ratum atque firmum futurum?*³ Sic Attrius Capito apud Gellium, lib. 10, c. 20: *Lex est generale iussum.*⁴ Et Gellius ipse ibidem. Sisenna itidem, *Histor.*, lib. 4, apud Nonium, plurali numero, *iussa -orum*, frequentissimum est. Ablatiuus *iussu*, a nomine *iussus -us*, quartae declinationis usurpatur assidue; caeteros utriusque numeri casus non facile reperies. Idem intellige de composito eius *iniussus*, cuius ablatiuus *iniussu* frequens est. Cic., *De senect.*: *Vetatque Pythagoras iniussu imperatoris (id est Dei) de praesidio et statione uitae decedere.*⁵ Sic idem saepius et alii complures.

Iocus -i, in numero singulari, masculinum crebro inuenies; in plurali, *ioci* uel *ioca -orum*. Cic., *Att.* 14: *Ioca tua plena facetiarum.*⁶ Sic idem, 2 *De fin.*, et Sall., in *Iug.*, Plaut., *Sticho*: *Iocos ridiculos uendo, agite licemini*; Plin., in *Paneg.*: *Liberales ioci etc.*; sic Ouid., 3 *Met.*

Locus -i, uel *loca -orum*, dum significat 'id quo aliquid continetur', usitatissimum est in utroque numero in eademque significatione tam masculine quam neutraliter in numero multitudinis effertur, nec exemplis opus est, cum passim occurrant. Masculino plurali usus est Cic. in *Partit.*: *In locis autem et illa naturalia, maritimi an remoti a mari*;⁹ et Virg., 6 *Aen.*: *Deuenero locos laetos et amoena uireta.*¹⁰ Sic alii frequenter. Cum uero sedem unde promuntur argumenta significat, masculino utendum est. Cic., in *Topicis*: *itaque licet definire locum esse argumenti sedem*;¹¹ ibid.; *Cum peruestigare argumentum uolumus locos nosse debemus*;¹² idem, in *Orat.*: *Hunc locum Philosophi solent in officiis tractare*;¹³ ibid.: *Loci communes, qui de¹¹ uniuersa re tractari solent.*¹⁴

Maenalus et *Massicus* masculina sunt in singulari, neutra in numero plurali. Plin., lib. 4, c. 6: *Montes in Arcadia Maenalus, Artemisius*;¹⁵ Virg., *Eclog.* 10: *Maenalus et gelidi fleuerunt saxa Lycaei*;¹⁶ idem, 1 *Georg.*: *Pan ouium custos, tua si tibi Maenala curae, / adsis*;¹⁷ Ouid., 1 *Met.*: *Maenala transieram etc.*¹⁸.

¹Plaut., *Cur.* 329 ²Sil., *Pun.* 9,602 ³Cic., *Caec.* 96 ⁴Gell., *NA* 10,20,2 ⁵Cic., *Cato* 73 ⁶Cic., *Att.* 14,14,1 ⁷Plaut., *Stich.* 221 ⁸Plin., *Pan.* 49,8 ⁹Cic., *Part.* 36 ¹⁰Verg., *Aen.* 6,638 ¹¹Cic., *Top.* 8 ¹²Cic., *Top.* 7 ¹³Cic., *Orat.* 72 ¹⁴Cic., *De orat.* 3,106 ¹⁵Plin., *Nat.* 4,21 ¹⁶Verg., *Ecl.* 10,15 ¹⁷Verg., *Georg.* 1,17-18 ¹⁸Ou., *Met.* 1,216 .

¹¹de scrip.] do E¹ .

Ismarus -i, monte da Trácia, existe como masculino, no singular, em Virgílio, *Eclog.* 6. *Ismara -orum*, como neutro, existe no mesmo Virgílio, *Georg.* 2, e em Lucrécio, liv. 5.

Iussum -i é íntegro e frequente no número plural, na aceção de ‘ordem’; no singular é menos usado. Plauto, *Curcul.*: *Postquam sum tuo iusso profectus perueni in Cariam*; Sílio, liv. 9: *Nec iusso mora*, etc. O mesmo se diga de quando surge na aceção de ‘lei’: Cícero, *Pro Caecin.*: *Quaero abs te putesne id iussum ratum atque firmum futurum?* Assim o usa Átrio Capitão, citado em Gélio, liv. 10, c. 20: *Lex est generale iussum*; e também o próprio Gélio, nessa mesma obra. Também em Sisena, *Histor.*, liv. 4, citado por Nónio, o número plural *iussa -orum* é muito frequente. O ablativo *iussu*, do nome *iussus -us* da quarta declinação, usa-se com frequência; em contrapartida, os restantes casos de ambos os números não os encontrarás facilmente. O mesmo se deverá dizer do seu composto *iniussus*, cujo ablativo *iniussu* é frequente. Cícero, *De senect.*: *Vetatque Pythagoras iniussu imperatoris (id est Dei) de praesidio et statione uitae decedere*. Assim o usa o mesmo Cícero a maior parte das vezes, bem como muitos outros autores.

Locus -i, no número singular, encontrá-lo-ás como masculino a todo o passo; no plural faz *ioci* ou *ioca -orum*. Cícero, *Att.* 14: *Ioca tua plena facetiarum*; idem, *De fin.*; Salústio, *Iug.*; Plauto, *Stich.*: *Iocos ridiculos uendo, agite licemini*; Plínio, *Paneg.*: *Liberales ioci* etc.; e ainda Ovídio, *Met.*, liv. 3.

Locus -i ou *loca -orum*, quando significa ‘aquilo em que algo está contido’ é muitíssimo usado em ambos os números; na mesma significação, escreve-se no número plural, tanto no masculino como no neutro, e não há necessidade de exemplos, visto que se encontram por toda a parte. O masculino plural foi usado por Cícero, *Partit.*: *In locis autem et illa naturalia, maritimi an remoti a mari*; e por Virgílio, *Aen.*, liv. 6: *Deuenero locos laetos et amoena uireta*. Assim o usam outros autores com frequência. Contudo, quando significa ‘lugar de onde se extraem argumentos’ deve ser usado no masculino. Cícero, *Topica*: *Itaque licet definire locum esse argumentum sedem*; *ibid.*: *Cum peruestigare argumentum uolumus locos nosse debemus*; idem, *Orat.*: *Hunc locum Philosophi solent in officiis tractare*; *ibid.*: *Loci communes, qui de uniuersa re tractari solent*.

Maenalus e *Massicus* são masculinos no singular e neutros no plural. Plínio, liv. 4, c. 6: *Montes in Arcadia Maenalus, Artemisius*; Virgílio, *Eclog.* 10: *Maenalus et gelidi fleuerunt saxa Lycaeii*; idem, *Georg.* 1: *Pan ouium custos, tua si tibi Maenala curae, / adsis*; Ovídio, *Met.* 1: *Maenala transieram* etc.

Massicus, Stat., 4 *Sylv.*: *Atque echo simul hinc et inde fractam / Gaudio Massicus uiifer remittit*;¹ ita Sil., lib. 7. Additur aliquando *mons* substantiuum nomen, unde uidetur in utroque numero, ut alias esse solet, adiectiuum. Liu., dec. 3, lib. 1: *In extrema iuga Massici montis uentum est*;² Plin., lib. 3, c. 5: *Deinde consurgunt Massici montes*.³ *Massica*, in numero plurali, dixit Virg., 7 *Aen.*: *...uertunt felicia Baccho / Massica, qui rastris* etc.⁴ *Pangaeus* [p. 272], Thraciae promontorium. Plin., lib. 4, c. 11, de Thracia: *Ad Nestum amnem Pangaei montis ima ambientem*;⁵ et infra: *Mons Pangaeus*;⁶ item, lib. 7, c. 56: *Auri metalla et conflaturam [inuenit] Cadmus Phoenix ad Pangaeum montem*.⁷ Numero multitudinis neutrum est. Virg., 4, *Georg.*: *Altaque Pangaea*;⁸ Lucan., lib. 1: *...uideo Pangaea niuosis / cana iugis*.⁹

Est et *Pangaeus -a -um* adiectiuum. Vnde Ouid., 3 *Fast.*, *Flumina Pangaea*¹⁰ dixit. Quare neutrum nominis adiectiui substantiue sumpti positio in numero multitudinis uidetur a poetis usurpari pro singulari.

Permissus -um infrequens est praeter ablatiuum *permissu*, quo Cic., *Verr.* 5, et alibi saepius usus est.

Permissum -i, permissa -orum, pro ‘permissione’, a suo participio adiectiuo *permissus -a -um*, sicut alia similia substantiua neutra, desumi posse manifestum est. Horat., *Epist.* 2, ep. 1: *Vtor permissu*.¹¹

Pileus, masculinum. Gell., lib. 7, c. 4: *Pileus impositus demonstrabat eiusmodi seruos uenundari*.¹² Masculino et neutro usus est Plaut., ut refert Non<ius>, de Propert. Serm. Fest., lib. 1: *Albogalerus est pileum capitis, quo Diales flamines utebantur*;¹³ Val. Max., lib. 8, c. 835: *In modum uexilli pileum seruituti ad arma capienda ostentatum erat*.¹⁴ Numero plurali, Pers., *Saty.* 5: *Haec mera libertas, haec nobis pilea donant*?¹⁵

Sibilus, in numero singulari, masculinum. Virg., *Eclog.* 5: *...uenientis sibilus Austri*.¹⁶ Sic Lucilius apud Nonium Marcelum. Genere neutro, *suaue sibilum* (ut refert idem Nonius)¹⁷ dixit Q. Serenus. Numero multitudinis, *sibila*, neutrum saepe; masculinum *sibili* rarius inuenies. Senec., *Epist.* 57: *Sibilos et acerbissimas respirationes remiserunt*;¹⁸ Lucan., lib. 9: *Stridula fuderunt uibratis sibila linguis*.¹⁹ Sic Ouid., lib. 3 *Met.*, et alii complures. *Sibila ora*, id est, sibilantia, apud Virgilium, 2 *Aen.*,²⁰ et *sibila colla*, *Georg.* 3,²¹

¹Stat., *Silv.* 4,3,63-4 ²Liu., *AFC* 22,14,3 ³Plin., *Nat.* 3,60 ⁴Verg., *Aen.* 7,725-6 ⁵Plin., *Nat.* 4,40 ⁶Plin., *Nat.* 4,42 ⁷Plin., *Nat.* 7,197 ⁸Verg., *Georg.* 4,462 ⁹Luc., *BC.* 1,679-670 ¹⁰Ou., *Fast.* 3,739 ¹¹Hor., *Epist.* 2,1,45 ¹²Gell., *NA* 6,4,3 ¹³Fest., *Verb. sign.* 10 ¹⁴Val. Max., *Mem.* 8,6,2 ¹⁵Pers. *Sat.* 5,82 ¹⁶Verg., *Georg.* 5,82 ¹⁷Ser. apud Non., *Comp. doc.* 223M ¹⁸Sen., *Epist.* 56,1 ¹⁹Lucan., *BC* 9,631 ²⁰Verg., *Aen.* 2,221 ²¹Verg., *Georg.* 3,421 .

Massicus encontra-se em Estácio, *Syl.*, liv. 4: *Atque echo simul hinc et inde fractam / Gauro Massicus uifer remittit*. Assim escreve também Sílio, liv. 7. Por vezes, acrescenta-se-lhe o nome substantivo *mons*, o que indica que é um adjetivo em ambos os números (como acontece em outros casos). Lívio, década 3, liv. 1: *In extrema iuga Massici montis uentum est*; Plínio, liv. 3, c. 5: *Deinde consurgunt Massici montes. Massica*, no número plural, foi escrito por Virgílio, *Aen.*, liv. 7: ... *uertunt felicia Baccho / Massica, qui rastris* etc.

Pangaeus é um cabo [p. 272] da Trácia. Plínio, liv. 4, c. 11, a respeito da Trácia: *Ad Nestum amnem Pangaei montis ima ambientem*; e, um pouco mais abaixo, escreve *mons Pangaeus*. Ainda Plínio, liv. 7, c. 56: *Auri metalla et conflaturam [inuenit] Cadmus Phoenix ad Pangaeum montem*. No número plural é neutro. Virgílio, *Georg.* 4: *Altaque Pangaea*; Lucano, liv. 1: ... *uideo Pangaea niuosis / cana iugis*. Existe ainda o adjetivo *Pangaeus -a -um*. Por isso é que Ovídio escreve, em *Fast.*, liv. 3, *Flumina Pangaea*. Por essa razão, a terminação neutra do nome adjetivo no número plural, tomado substantivamente, parece ser usada pelos poetas com valor de singular.

Permissus -us é raro, à exceção do ablativo *permissu*, que Cícero usou em *Verr.* 5 e mais frequentemente em outros lugares da sua obra.

Permissum -i e *permissa -orum*, na aceção de ‘permissão’ pode derivar-se, como é óbvio, do respetivo participio adjetivo *permissus -a -um*, à semelhança de outros substantivos neutros similares. Horácio, *Epist.* 2.1: *Vtor permissio*.

Pileus é masculino. Gélio, liv. 7, c. 4: *Pileus impositus demonstrabat eiusmodi seruos uenumdari*. Plauto, segundo refere Nónio, *De propriet. serm.* usou-o como masculino e como neutro. Festo, liv. 1: *Albogalerus est pileum capitis, quo Diales flamines utebantur*; Valério Máximo, liv. 8, c. 835: *In modum uexilli pileum seruituti ad arma capienda ostentatum erat*. O número plural é usado por Pérsio, sátira 5: *Haec mera libertas, haec nobis pilea donant?*

Sibilus, no número singular, é masculino. Virgílio, *Eclog.* 5: ... *uenientis sibilus Austri*. Assim escreveu Lucílio, citado por Nónio Marcelo. Q. Sereno escreveu-o no género neutro: *suaue sibilum* (segundo refere o mesmo Nónio). No número plural, encontrarás frequentemente *sibila*, como neutro; *sibili*, como masculino, mais raramente. Séneca, epístola 57: *Sibilos et acerbissimas respirationes remiserunt*. Lucano, liv. 9: *Stridula fuderunt uibratis sibila linguis*. Assim escreve Ovídio, *Met.*, liv. 3, e muitos outros autores. *Sibila ora*, isto é, ‘sibilantes’, encontra-se em Virgílio, *Aen.* 2; e *sibilla colla*, em *Georg.*, liv. 3.

Nil e *nihil* são óbvios. *Nihil* é usado por alguns como adjetivo indeclinável. Diz-se, e talvez com mais razão, que é o genitivo do nome substantivo *nihilum*, tal como dissemos acima a respeito de *mancipi*. Por essa razão, pode ligar-se, sem receio de qualquer reparo, a quaisquer substantivos de ambos os números: *Homo nihil* ou *homines nihil, Mancipium* ou *mancipia nihili*, etc.

Opus, quando é adjetivo, mantém sempre a mesma terminação e liga-se frequentemente aos nomes substantivos de qualquer gênero em ambos os números, e isso nos casos nominativo e acusativo (tal como acontecia com *necesse*), juntando-se-lhe o verbo *est* ou o verbo *habeo*, o que se verá na Sintaxe.

Pedum, diz Focas, não tem variação de casos; contudo, eu não contestarei, de modo algum, quem quiser, na esteira de outros que divergem dessa opinião, dar na íntegra a este nome os seis casos do número singular.

Pondo, em qualquer significação, mantém-se sempre imóvel, e não é preciso procurar qualquer outra confirmação dos Antigos, à semelhança do que acontece com os adjetivos *praesto*, *tot*, *quot* e os seus compostos *totidem*, *quoquot*, *aliquot*.

*Praesto*⁷⁸, porém, goza dos casos nominativo e acusativo de ambos os números, à semelhança do que já dissemos a respeito dos nomes *opus* e *necesse*. Quanto aos outros casos, não vejo por que razão não devam ser usados sempre que for preciso, como, por exemplo, quando alguém quiser construir uma frase como esta: *tibi praesto cum turmis auxiliaribus exspectanti quam primum adero*. O mesmo se diga dos outros casos.

Praeneste. Cícero, *De diu.* 2: *Carneadem dicere solitum nusquam se fortunatiorem quam Praeneste uidisse fortunam*; Lívio, *Bel. Pun.*, liv. 3: *Statua eius indicio fuit, Praeneste in foro statuta*; Plínio, liv. 26, c. 25: *In Fortunae delubro quod Praeneste fecit*. Em Virgílio, *Aen.* 8, *Praenestis -is* é feminino: *Qualis eram cum primam aciem [p. 280] Praeneste sub ipsa / strauit*.

Sinapi, tal como *cappari* e *gummi*, é indeclinável. Plínio, liv. 20, c. 22: *Sinapi, cuius in satiuis tria genera diximus, Pythagoras principatum habere iudicauit*. Existe também um feminino terminado em *-is*. O mesmo Plínio, liv. 19, c. 8: *Vsus iis et cum lente ac faba, ut lenitas excitetur acrimonia sinapis*.

Tempe só existe no número plural e, conforme demonstrámos acima, no escólio 10, quando tratávamos dos nomes neutros que carecem de singular, é indeclinável.

Tempe numeri tantum multitudinis esse et indeclinabile supra ostensum est schol. 10, cum de nominibus neutris singularique carentibus ageremus.

Virus -i Diomedes et Phocas in casus uarios inclinandum putant, quibus Lucretii suffragatur auctoritas, lib. 2: *Liquit enim tetri supra primordia uiri*;¹ ibid., *Contrectansque suo contactus perdere uiro*;² et lib. 6: *Quod flueret naturali uiro*.³ Caeteri auctores solum casus in *-us* fequenter usurpant.^[1]

Vocatiuo carentia

| | |
|--|----------------------------|
| Sunt spolianda uocatiuo ^[2] quaecumque rogandi mobilia, ut <i>quis?</i> , <i>qualis?</i> , <i>uter?</i> Priuatur eodem iure relatiuum, ceu <i>qui</i> . Superadde negandi quaelibet, ut <i>nemo</i> , <i>nullus</i> . Pronomina, dempsit, <i>tu</i> , <i>meus</i> et <i>noster</i> , <i>nostras</i> . Hoc plurima tandem casu partitiua carent, ^[3] ut <i>neuter</i> , <i>uterque</i> , <i>quisque</i> , <i>alius</i> , <i>quidam</i> . Sed <i>solus</i> , <i>totus</i> et <i>unus</i> et <i>quicumque</i> , <i>aliquis</i> casum meruere uocandi. | 1 2 3 4 5 6 |
|--|----------------------------|

1) Vocatiuo carent nonnulla, cuiusmodi sunt interrogatiua, ut *quis?*, *qualis?*, *uter?*

2) Relatiua, ut *qui*, *quae*, *quod*.

3) Negatiua, ut *nemo*, *nullus*.

4) Pronomina etiam, praeter *tu*, *meus*, *noster* et *nostras*, ferme uocandi casu destituuntur.

5) Partitiua pleraque, ut *quidam*, *ullus*, *alius*.

6) At^[4] *solus*, *totus*, *quicumque*, *aliquis* et *unus*, licet inter partitiua numerantur, non sunt tamen quinto casu fraudanda cum aliis nonnullis quae partitiue sumuntur aliquando, ut *omnis*, *paucus*; nec comparatiua atque superlatiua, quamuis interdum partitiuorum naturam induant, ut *maior*, *maximus*.

¹Lucr., *DRN* 2,476 ²Lucr., *DRN* 2,853 ³Lucr., *DRN* 6,30 .

^[1]Schol. 16 [p. 277] ... usurpant *E*¹] *om. E*² ^[2]spolianda uocatiuo *E*²] quinto spolianda gradu *E*¹ ^[3]casu partitiua carent *E*²] partitiua gradu careant *E*¹ ^[4]at *E*²] *om. E*¹ .

Virus -i, segundo Diomedes e de Focas, deve ser declinado em vários casos e esta opinião é sancionada pela autoridade de Lucrécio, liv. 2: *Liquit enim tetri supra primordia utri*; *ibid.*: *Contrectansque suo contactus perdere uiro*; e no livro 6: *Quod flueret naturali uiro*. Os restantes autores usam frequentemente apenas os casos em *-us*.

Nomes que carecem de vocativo

| | |
|---|---|
| Devem ser despojados do caso vocativo todos os móveis ⁷⁹ | 1 |
| interrogativos, como <i>quis? qualis? uter?</i> Prive-se do mesmo | 2 |
| direito o relativo, a saber <i>qui</i> . Acrescenta quaisquer negativos, | 3 |
| como <i>nemo, nullus</i> . E os pronomes, à exceção de | 4 |
| <i>tu, meus, noster, nostras</i> . Careçam deste mesmo caso | 5 |
| a maioria dos partitivos, como <i>neuter, uterque, quisque, alius, quidam</i> . Porém, <i>solus, totus, unus, quicumque</i> e <i>aliquis</i> mereceram o caso vocativo. | 6 |

1) Carecem de vocativo algumas palavras, de que são exemplo os interrogativos como *quis? qualis? uter?*

2) Os relativos: e.g. *qui, quae, quod*.

3) Os negativos: e.g. *nemo, nullus*.

4) Também os pronomes, com exceção de *tu, meus, noster* e *nostras*, são quase sempre destituídos do caso vocativo.

5) E ainda a maior parte dos partitivos: e.g. *quidam, ullus, alius*.

6) Mas *solus, totus, quicumque, aliquis* e *unus*, embora se incluam entre os partitivos, não devem ser despojados do caso vocativo, juntamente com alguns outros que, por vezes, são usados partitivamente, de que são exemplo *omnis* e *paucus*; nem dele devem ser despojados os comparativos e superlativos, não obstante se revestirem por vezes da natureza dos partitivos: e.g. *maior* e *maximus*.

Schol. 17. De quibusdam uocatiuum interdum admittentibus

Non omnia partitua uocandi casu destituuntur. Cur enim *omnis* uocatio priuetur? *Aliquis* etiam in illo Virg<ilii>, *Aen.* 4, *Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor*,¹ non uideo cur uocatiuus non sit. Item, in illo Plaut<i>, *Maenech.*: ...*Erotium aliquis euocate ante ostium*;² in *Merc.*: *Aperite hoc aliquis*;³ Terent., *Adelph.*: *Aperite aliquis actutum ostium*;⁴ item, in illo Ciceronis *Pro Flac.*, *O nox illa, quae paene aeternas huic Vrbi tenebras attulisti*,⁵ et paulo inferius, *O nonae illae decembres, quae me consule fuistis*,⁶ multo apertius etiam uocatiue dictum uidetur. Tibull., lib. 2, eleg. 3: ...*mos precor ille redi*;⁷ ibid., eleg. 4: *Iam mihi libertas illa paterna uale*;⁸ Sil., lib. 8: ...*nunc dextras mihi quisque atque illa referto, / quae Marte exclusus promittere magna solebas*.⁹ Verba [p. 281] sunt Annibalis ad milites. Idem, lib. 9: *Dux sibi quisque uiam capito*;¹⁰ Ouid., in *Ibin*: *Ipsaque tu tellus, ipsum cum fluctibus aequor, / ipse meas Aether accipe summe preces*.¹¹ *Quicumque* apud Statium, *Theb.* 10: *Exclamat, cohibete gradum quicumque, sed hostes / esse patet*.¹² Prisc., lib. 5, ait *unus* et *solus* habere uocatiuum et utrumque ueterum testimoniis ostendit, ut supra dictum est. Catull., epig. in Egnatium: *Tu praeter omnes une de capillatis* etc.¹³ [1]

Variis casibus deficientia

| | |
|--|---|
| Vt <i>Iouis</i> atque <i>precis</i> rectum casumque uocandi, sic <i>opis</i> atque <i>uicis</i> numero renuere priori. | 1 |
| <i>Aes, mare, thus</i> et <i>hiems</i> et <i>far</i> cum <i>melle</i> recusant in numero patrium, ternum sextumque secundo. His quoque (tolle <i>dies</i> et <i>res</i>) dabis omnia quintae. | 2 |

1) Quatuor illa nominatio et uocatio numeri singularis carent: *Iouis, Ioui, Iouem, a Ioue; precis, preci, precem, a prece; opis, opi, opem, ab ope; uicis, uici, uicem, a uice*. Numero plurali integra sunt. Genitiuus tamen huius postremi, *uicum* aut *uicium* non est in usu.

2) *Aes, mare, thus, hiems, far* et *mel*; nomina item quintae declinationis (praeter *res* ac *dies*) in genitiuo, datiuo et ablatiuo numeri pluralis sunt inusitata.

¹Verg., *Aen.* 4,625 ²Plaut., *Men.* 674 ³Plaut., *Merc.* 131 ⁴Ter., *Ad.* 634 ⁵Cic., *Flac.* 102
⁶Cic., *Flac.* 102 ⁷Tib., *Eleg.* 2,3,74 ⁸Tib., *Eleg.* 2,4,2 ⁹Sil., *Pun.* 8,238 ¹⁰Sil., *Pun.* 9,33
¹¹Ou., *Ib.* 71-2 ¹²Stat., *Theb.* 10,393-4 ¹³Catull., *Carm.* 37,17.

[1]Schol. 17 ... 'capillatis' etc *E*² .

Escólio 17. Algumas palavras que por vezes admitem vocativo

Nem todos os partitivos são destituídos do caso vocativo. Na verdade, por que razão se há de privar *omnis* do vocativo? Também não vejo por que razão *aliquis* não possa ser vocativo neste passo de Virgílio, *Aen.* 4: *Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor*. E também neste de Plauto, *Menaech.*: ... *Erotium aliquis euocate ante ostium*; e também em *Merc.*: *aperite hoc aliquis*; e neste de Terêncio, *Adelph.*: *Aperite aliquis actutum ostium*. Também nos seguintes passos de Cícero (*Pro Flac.*: **O nox illa**, *quae paene aeternas huic Vrbi tenebras attulisti*, e, um pouco mais abaixo: **O nonae illae Decembres**, *quae me consule fuistis*), se vê, até mais claramente, que *illa* está em vocativo. Tibulo, liv. 2, elegia 3: ... *mos precor ille redi*; *ibid.*, eleg. 4: *Iam mihi libertas illa paterna uale*; Sílio, liv. 8: ... *nunc dextras mihi quisque atque illa referto*, / *quae Marte exclusus promittere magna solebas* (são palavras [p. 281] de Aníbal dirigidas aos soldados). O mesmo Sílio, liv. 9: *Dux sibi quisque uiam capito*; Ovídio, *Ibis*: *Ipsaque tu tellus, ipsum cum fluctibus aequor*, / *ipse meas Aether accipe summe preces*. Em Estácio, *Theb.*, liv. 10, encontra-se *quicumque*: *Exclamat, cohibete gradum quicumque, sed hostes / esse patet*. Prisciano, liv. 5 afirma que *unus* e *solus* têm vocativo e demonstra-o com exemplos de autores Antigos, conforme acima ficou dito. Catulo, no epigrama dirigido a Egnácio, escreve: *Tu praeter omnes une de capillatis* etc.

Nomes que carecem de vários casos

- | | |
|---|---|
| Como <i>Iouis</i> e <i>precis</i> renunciam ao caso nominativo e vocativo no número singular, assim também lhe renunciam <i>opis</i> e <i>uicis</i> . | 1 |
| <i>Aes</i> , <i>mare</i> , <i>thus</i> , <i>hiems</i> , <i>far</i> e <i>mel</i> recusam o genitivo, o dativo e o ablativo no plural . | 2 |
| A estes ⁸⁰ também darás todos os nomes da quinta (exceto <i>dies</i> e <i>res</i>). | |

1) Estes quatro carecem de nominativo e vocativo do singular: *Iouis*, *Ioui*, *Iouem*, *a Ioue*; *precis*, *preci*, *precem*, *a prece*; *opis*, *opi*, *opem*, *ab ope*; *uicis*, *uici*, *uicem*, *a uice*. No plural são íntegros. Contudo, o genitivo plural deste último, *uicum* ou *uicium*, não está em uso.

2) *Aes*, *mare*, *thus*, *hiems*, *far*, *mel* e também os nomes da quinta declinação (à exceção de *res* e *dies*) não se usam no genitivo, dativo e ablativo do plural.

Tantumdem in recto, *tantidem* patrius exstant,
et quartum assiduus *tantumdem* amplectitur usus.
Cum recto quartum *instar* habet casumque uocandi,
quos etiam in numero *grates* habuere secundo.

| | |
|--|---|
| Rectum et quintum habeant tantum sibi <i>Iuppiter</i> , <i>expes</i> . | 1 |
| <i>Impetis</i> et <i>spontis</i> dumtaxat et <i>impete</i> , <i>sponte</i> et <i>repetundarum</i> , <i>repetundis</i> flectere solum in patrio et sexto ueterum sententia cauit. | 2 |
| Dat rectum numeris et quintum <i>macte duobus</i> . <i>Suppetiae</i> dat <i>suppetias</i> et plura recusat. | 3 |
| Quartum habet <i>infitias</i> . Sexto ^[1] <i>iussu</i> atque <i>rogatu</i> , <i>permissu</i> , <i>iniussu</i> natuque contenta recedant. ^[2] | 4 |

1) *Iuppiter* atque *expes* nominatiuum et uocatiuum numeri singularis tantum habent.

2) Genitiuus *impetis*, in numero singulari, et ablatiuus *impete* pro *impetu*, item *spontis* et *sponte*, in iisdem casibus, *repetundarum*, *ab his repetundis* in numero plurali reperiuntur usurpata.

3) *Macte* nominatiuum et uocatiuum utriusque numeri retinuit: *macte*, *o macte*, plurali, *macti*, *o macti*. *Suppetiae* nominatiuus et *suppetias* accusatiuus numeri plurali in usu sunt tantum.

4) Nonnulla uno solum casu contenta sunt *infitias*, accusatiuo pluralis numeri; *natu* uero *iussu*, *iniussu*, *permissu*, *rogatu*, ablatiuo singulari. *Promptu* addi solet, sed in accusatiuo etiam reperitur.

[p. 282] Adiectiua quaedam defectiua

| | |
|---|---|
| Mobilia in numero quaedam neutrale secundo deseruere genus, quod in <i>-a</i> dat norma: <i>superstes</i> , et <i>locuples</i> , <i>ales</i> , ^[3] cum <i>sospite</i> , <i>pauper</i> et <i>uber</i> , <i>diues</i> , <i>inops</i> , <i>memor</i> et <i>supplex</i> , <i>teres</i> atque <i>tricuspis</i> . | 1 |
| <i>Plus</i> neutrum in numero capiat genus omne secundo ^[4] at <i>uictrix</i> , <i>ultrix</i> addant muliebria neutrum. | 2 |

^[1]Sexto *E*²] Abeant *E*¹ ^[2]Permissu' ... recedant *E*²] 'iniussu', 'natuque' gradu contenta Latino *E*¹ ^[3]et 'locuples', 'ales' *E*²] 'ales', 'hebes', 'locuples' *E*¹ ^[4]in numero ... secundo *E*²] et 'victrix', 'ultrix' muliebria poscunt / ut fit in appositis, numeri genus omne secundi *E*¹

Subsistem *tantundem* no nominativo e *tantidem* no genitivo, e o uso frequente abrange o acusativo: *tantundem*. *Instar*, além do nominativo, tem acusativo e vocativo; esses mesmos casos teve, no número plural, *grates*.

| | |
|---|---|
| Têm nominativo e vocativo <i>Iuppiter, expes</i> . | 1 |
| <i>Impetis, impete, spontis, sponte, repetundarum, repetundis</i> fletem apenas o genitivo e o ablativo – segundo assegura a opinião dos Antigos. | 2 |
| <i>Macte</i> tem nominativo e vocativo em ambos números. | 3 |
| <i>Suppetiae</i> faz <i>suppetias</i> e recusa os restantes. | |
| <i>Infitias</i> tem acusativo. <i>Iussu</i> e <i>rogatu, permissu, iniussu</i> e <i>natu</i> fiquem-se pelo caso ablativo. | 4 |

1) *Iuppiter* e *expes* têm apenas o nominativo e o vocativo do número singular.

2) No número singular, só se encontra o genitivo *impetis* e o ablativo *impete*, em vez de *impetu*, assim como *spontis* e *sponte* nesses mesmos casos; *repetundarum* e *ab his repetundis*⁸¹ encontram-se apenas no número plural.

3) *Macte* manteve o nominativo e o vocativo de ambos os números: *macte, o macte*; e, no plural, *macti, o macti*. Apenas estão em uso *suppetiae* no nominativo plural e *suppetias* no acusativo plural.

4) Alguns ficam limitados a um único caso: *infitias*, ao acusativo do número plural; *natu, iussu, iniussu, permissu, rogatu*, ao ablativo do singular. *Promptu* costuma acrescentar-se a esta lista, mas também se encontra no acusativo.

[p. 282] Alguns adjetivos defetivos

| | |
|---|---|
| Alguns móveis perderam, no plural, o género neutro que a norma apresenta em <i>-a</i> : <i>superstes, locuples, hebes, ales, sospes, pauper, uber, diues, inops, memor, supplex, teres</i> e <i>tricuspis</i> . | 1 |
| <i>Plus</i> , neutro, no número plural assume todos os géneros e os femininos <i>uictrix</i> e <i>ultrix</i> adicionam o neutro. | 2 |

1) *Ales, superstes*, etc. nominandi, accusandi uocandique terminatione neutra in *-a* pluralis numeri deficiunt. In reliquis uero casibus, ut *alitur, alitibus, ab alitibus*, tribus generibus sunt communia.

2) *Plus -ris*, in numero singulari, neutrum est tantum; in plurali, *plures* et *plura* adiectiuum omnis generis.

Victrix -icis, ultrix -cis foeminae sunt in singulari, at, in plurali, neutra sunt etiam et adiectiua.^[1]

Schol 18.^[2] De nominibus defectiuus

Aleo idem est quod *aleator*, ut est apud Festum, usus est Naeuius: *Pessimorum pessime, audax, ganeo, lurco, aleo*.¹ Solum nominatiuum et uocatiuum habere traditur, sed non uideo cur integre inflectendum non sit, non solum in recto, sed in obliquis etiam, ut *labeo -onis*, quo usi sunt Liu., dec. 4, lib. 3, et Gell., lib. 13, c. 10 et 12. Idem dicendum de nomine *ganeo*, quod M. Tull. et alii frequenter in recto numeri singularis usurpant. *Ganeonem* quoque in orat<ione> pro Sest<io> inuenies, et *ganeones*, in accusatiuo multitudinis, apud Varronem.

Ales, diues, hebes, locuples, teres et caetera adiectiua carminibus contenta positione neutra numeri multitudinis priuantur in nominatiuo, accusatiuo et uocatiuo tantum. *Teretia* Gell. usurpauit; *hebetia*, Celsus. Apud alios non facile reperias. *Locupletia* minus aures offendit.

Ambages -is immerito genitiuo multitudinis priuatur, licet enim non sit admodum suauis, est tamen apud Ouid<ium>, *Met. 7: Immemor ambagum uates obscura tuarum*.²

Caeterus, caetera, caeterum in masculina nominatiui terminatione rarum est. Cato, *De re rust.*, c. 22: *Caeterus ornatus domi Pompeiis emptus est*.³

Daps -pis, frons -dis, frux -gis, nex -cis nominatiuo spolianda non sunt. *Daps* exstat apud Cat<onem>, *De re rust.*, c. 132. Festus etiam, lib. 4, exponit quid *daps* apud antiquos significarit. Varro, 1, *De re rust.: Vnde frons ouibus et bubus sit*;⁴ idem, alibi: *Alta frons decidit*.⁵ *Frons* etiam apud Q. Seren<um>, in recto non semel inuenies. Varro, *frux*, legumen triticum. Auson., in *Monosyl<abis>: Ante equidem campis quam spicea suppeteret frux*;⁶ ibid.: *Sola uenenato potu abstulit Annibalem nex*;⁷ Cic., *Pro Mil.: Latroni quae potest esse iniusta nex*?⁸ [2]

¹Naeu., *Pall.* 118 ²Ou., *Met.* 7,761 ³Cato, *Agr.* 22,3,5 ⁴Varro, *Rust.* 1,24,3 ⁵Varro, *Men.* 390 ⁶Aus., *Tech.* 8, 9 ⁷Aus., *Tech.* 8, 10 ⁸Cic., *Mil.* 10 .

[1]neutra ... adiectiua E²] tribus generibus communia, ut nomina apposita seu adiectiua E¹

[1]Schol. 18 ... schol. 22 [p. 288] E¹] om. E² .

1) *Ales*, *superstes*, etc., carecem da terminação *-a* no caso nominativo, acusativo e vocativo do número plural; contudo, nos restantes casos, a saber *alitum*, *alitimbus*, *ab alitibus*, as formas são comuns aos três gêneros.

2) *Plus -ris*, no número singular, é apenas neutro; no plural, é um adjetivo de todos os gêneros: *plures* e *plura*.

Victrix -icis e *ultrix -icis* são femininos no singular, mas no plural são também neutros e adjetivos.

Escólio 18. Nomes defetivos

Aleo é o mesmo que *aleator* e, como se lê em Festo, foi usado por Névio: *Pessimorum pessime, audax, ganeo, lurco, aleo*. É sabido que tem apenas nominativo e vocativo, contudo não vejo razão para não se declinar na íntegra, isto é, não apenas no nominativo, mas também nos casos oblíquos, à semelhança de *labeo -onis*, que foi usado por Lívio, década 4, liv. 3, e Gélio, liv. 13, c. 10 e 12. O mesmo se diga do nome *ganeo*, que M. Túlio e outros usam frequentemente no nominativo do número singular. Também poderás encontrar *ganeonem*, no discurso *Pro Sestio*; e *ganeones*, no acusativo do plural, em Varrão.

Ales, *diues*, *hebes*, *locuples*, *teres* e outros adjetivos mencionados nos versos ficam privados apenas da terminação do neutro no nominativo, acusativo e vocativo do plural. *Teretia* foi usado por Gélio, *hebetia* por Celso. Em outros autores, não encontrarás facilmente essas formas. *Locupletia* não fere tanto o ouvido.

Ambages -is é, sem razão, privado do genitivo do plural, pois, embora não seja muito harmonioso, contudo existe em Ovídio, *Met.*, liv. 7: *Immemor ambagum uates obscura tuarum*.

Caeterus, *caetera*, *caeterum* é raro com a terminação do nominativo masculino. Catão, *De re rust.*, c. 22: *Caeterus ornatus domi Pompeiis emptus est*.

Daps -pis, *frons -dis*, *flux -gis*, *nex -cis* não devem ser espoliados do nominativo. *Daps* existe em Catão, *De re rust.*, c. 132. Também Festo, no livro 4, explica o que significava *daps* nos autores arcaicos. Varrão, *De re rust.*: *Vnde frons ouibus et bubus sit*. O mesmo Varrão escreve, em outro passo: *Alta frons decidit*. Poderás encontrar *frons* no nominativo, mais do que uma vez, em Quinto Sereno. Em Varrão, *flux* é a ‘planta do trigo’. Ausônio, em *Monosylabis*: *Ante equidem campis quam spicea suppeteret flux*; *ibid.*: *Sola uenenato potu abstulit Annibalem nex*; Cícero, *Pro Mil.*: *Latroni quae potest esse iniusta nex?*

Dica reperitur in casu nominandi singularis numeri; et *dicam* ac *dicas*, in accusatio utriusque numeri, apud Cic<eronem>, *Verr.* 4. Item, accusatiuus *dicam* apud Plau<tum> in *Poen.*, et Teren<ium>, in *Phorm.* Ablatiuus *dica* dicitur esse apud Auson<ium>. Reliquorum uero casuum [p. 283] exempla desiderantur.

Ditio -onis accusatiuum tantum et ablatiuum habere uoluerunt Phocas et Diomedes. Genitiuus tamen *ditionis* legitur apud Tacitum et Claudianum. Datiuus usus est Cic., 2 *De lege agraria: Regna decemuirum ditioni permissa esse dico*;¹ Gell., lib. 5, c. 19: *Caput liberum alienae ditioni subiiciant*.² Nominatiuus et uocatiuus si utaris et criticus aliquis duorum insignium grammaticorum opponat auctoritatem, dic eos quemadmodum in duobus casibus lapsi sunt, sic etiam in reliquis errare potuisse. Eodem argumento non solum toto singulari, sed etiam plurali donandum esse, quemadmodum *natio*, *munitio* et similia defendes.

Aes, in numero singulari, integrum est; at, in plurali, tres casus habere solum, nominandi, accurandi et uocandi iam supra docuimus.

Far etiam, *hiems* et *mel* eodem modo declinantur.

Exspes nominatiuus tantum et consequenter eius simili uocatiuus singulares numeri contentum esse, concors est omnium existimatio. In recto exstat apud Tacitum, Horatium et Ouidium.

Quos etiam solum *Iupiter* habere dicendum est. *Qui enim*, inquit Probus, *declinat 'hic Iupiter', 'huius Iouis' potest et 'hic Phoebus', 'huius Apollinis', et 'haec Minerua', 'huius Palladis' declinare*.³

Fors, o *fors*, a *forte* tres tantum casus in usu esse comperio, dum casus fortuitus significatur. Cic., *De diu.*, lib. 2: *Quid aliud fors, nisi cum sic accidit, sic euenit*, etc.⁴ Vocatiuus cum sit recto similis, exemplo non indiget. Liu., *Ab Vrb.* 5: *Nam forte quadam dictator interuenit*;⁵ Virg., 1 *Aen.*: *Forte sua* etc.;⁶ Gell., lib. 16, c. 10: *Forte quadam*.⁷ Est etiam proprium Fortunae deae nomen eidemque nomen *Fortuna* praeponi consueuit, in qua significatione toto numero singulari donandum est. Cic., *Att.*, lib. 8: *Quemcumque Fors tulerit casum*;⁸ Liu., dec. 3, lib. 10: *Aedem fortis Fortunae de manubiis faciendam locauit*;⁹ Colum., lib. 10: *Et celebres Fortis Fortunae dicite laudes*;¹⁰ Terent., *Phorm.*: *O Fortuna, o Fors Fortuna*.¹¹

¹Cic., *Leg. agr.* 2,39 ²Gell., *NA* 5,19,10 ³Prob., *Cath.* 8 (*GLK* IV 8) ⁴Cic., *Diu.* 2,15 ⁵Liu., *AVC* 5,49,1 ⁶Verg., *Aen.* 1,377 ⁷Gell., *NA* 16,10,19 ⁸Cic. *Att.* 8,1,3 ⁹Liu., *AVC* 10,46,14 ¹⁰Colum., *Rust.* 10,1,1 ¹¹Ter., *Phorm.* 841.

Dica encontra-se no caso nominativo do singular; e *dicam* e *dicas*, no acusativo de ambos os números, em Cícero, *Verr.* 4. Também se encontra o acusativo *dicam* em Plauto, *Poenulus*, assim como em Terêncio, *Phormio*. O ablativo *dica* diz-se que existe em Ausônio. Mas para os restantes casos [p. 283] faltam exemplos.

Ditio -onis, pretenderam Focas e Diomedes que tivesse apenas acusativo e ablativo. No entanto, o genitivo *ditionis* lê-se em Tácito e em Claudiano. O dativo foi usado por Cícero, *De lege agraria* 2: *Regna decemuirum ditioni permissa esse dico*. Gélio, liv. 5, c. 19: *Caput liberum alienae ditioni subiiciant*. O nominativo e o vocativo, se os usares e algum crítico te contestar com a autoridade dos dois ilustres gramáticos, diz-lhe que, tal como eles erraram a respeito dos casos já citados, também podem ter errado nos restantes. Com o mesmo argumento, podes defender que se deve dar, na íntegra, a este nome não apenas o singular, mas também o plural, a exemplo de *natio*, *munitio* e outros semelhantes.

Aes, no número singular, é íntegro; no plural, porém, já acima explicámos que tem apenas três casos, a saber, o nominativo, o acusativo e o vocativo.

Far, *hiems* e *mel* também se declinam da mesma maneira.

Exspes, segundo opinião unânime de todos, limita-se apenas ao nominativo e, por consequência, ao vocativo que, no singular, é igual. No nominativo está atestado em Tácito, Horácio e Ovídio.

Iupiter, deve dizer-se, tem esses mesmos casos. Diz Probo: «Pois quem declina *hic Iupiter*, *huius Iouis* pode declinar também *hic Phoebus*, *huius Apollinis* e *haec Minerua*, *huius Palladis*.»

Fors, o *fors*, a *forte*, segundo verifico, tem apenas esses três casos quando significa ‘acontecimento fortuito.’ Cícero, *De diu.*, liv. 2: *Quid aliud fors, nisi cum sic accidit, sic euenit*, etc. O vocativo, visto que é igual ao nominativo, não carece de exemplo. Lívio, *Ab Urb.*, liv. 5: *Nam forte quadam dictator interuenit*; Virgílio, *Aen.* 1: *Forte sua*, etc.; Gélio, liv. 16, c. 10: *Forte quadam*.

É também o nome próprio da deusa Fortuna e costumava antepor-se-lhe⁸² o nome *Fortuna*; nessa significação deve ser-lhe dado o número singular na íntegra. Cícero, *Att.*, liv. 8: *Quemcumque Fors tulerit casum*; Lívio, década 3, liv. 10: *Aedem Fortis Fortunae de manubiis faciendam locauit*; Columela, liv. 10: *Et celebres Fortis Fortunae dicite laudes*; Terêncio, *Phorm.*: *O Fortuna*, o *Fors Fortuna*.

Grates habere tres numeri multitudinis casus in *-es* finitos perspicuum est, nec opus confirmatione, cum passim oratoria quam poetica inueniantur exempla. Genitiuus *gratis*, in numero singulari, dicitur esse apud Cicer<onem>, in *Orat.*: *Cum gratis causa nihil facias*.¹ Sed *gratiae causa* in libris correctis inuenio. Ablatiuus *grate* refertur etiam sine ueterum testimonio.

Hymen in singulari numero solet usurpari idque in tribus nominandi, accusandi et uocandi casibus tantum. Vide quae dicta sunt schol<io> 14, in *gen<era> nom<inum>*.

Impetis, in genitiuo, a recto *impes* inusitato. Lucret., lib. 6: *Inde ubi non potuit nubes capere impetis auctum / exprimitur uis*.² In illo Sil<ii>, lib. 6, *...stimulante dolore fuisset / impetis*,³ legitur a quibusdam *impetus*. *Impete* in ablatiuo frequenter occurrit. *Impetibus*, in ablatiuo pluralis numeri, est apud Lucret<ium>, lib. 1, qui casus esse potest ab *impetus -us*. Est tamen duriusculus sicut et datiuus singularis *impetui*, quo usus est Seneca, lib. 1, *De ira*, cap. 9: *Quoties impetui est locus* etc.⁴

Inferias in accusatiuo plurali frequenter offendes; in aliis, difficulter. Festus eius significationem explicauit in recto: *Inferiae*, inquit, *sacrificia, quae diis manibus inferebant*.⁵ Totus tamen [p. 284] numerus pluralis huius usurpari posset, si per criticos liceret. Nec enim cuiusque nominis, quod a nitore Latinae lingua non abhorret, casus omnes ueterum exemplis probandi sunt.

Infitias in accusatiuo tantum plurali persaepe uerbo *eo, is* reperitur adiunctum. Dicitur enim eleganter *infitias ire*, pro *infitiari*, seu *negare*. Reliquis casibus communi consensu priuatur.

Instar nominandi atque accusandi casus exploratos tantum obtinuit, quibus et uocatiuus similis addendus est. Virg., *Aeneid.* 6: *...quantum instar in ipso est*,⁶ Iust., lib. 4: *Mittitur Gylippus, in quo instar omnium auxiliorum erat*,⁷ Liu., *Bel. Pun.* 8, de Scipione: *Vnus qui gesserat inexplabilis ueraeque laudis paruum instar eorum, quae spe atque magnitudine animi concepisset*,⁸ Ouid., *Epist.* 2: *Sed scelus hoc meriti pondus et instar habet*.⁹

Iouis nominatiuo singulari numeri caret et uocatiuo, quos a nomine *Iupiter* nonnulli uulgo mutantur in declinando. Numero plurali *Ioues, Iouium, Iouibus* et per omnes casus inflectitur. Vide quae supra, schol. 1 de nominibus propriis, dicta sunt.

¹Cic., *Orat.* 34 ²Lucret., *DRN* 6,327-8 ³Sil., *Pun.* 6,256-7 ⁴Sen., *Dial.* 3,3,4 ⁵Fest., *Verb. sign.* 112 ⁶Verg., *Aen.* 6,865 ⁷Iust., *Dig.* 4,5,7 ⁸Liu., *AVC* 28,17,2 ⁹Ou., *Epist.* 2,30 .

Grates, como é evidente, tem três casos do número plural terminados em *-es* e não há necessidade de comprovação, dado que exemplos na oratória e na poesia se encontram a cada passo. Diz-se que, em Cícero, *Orat.*, se encontra o genitivo singular *gratis*: *Cum gratis causa nihil facias*. Contudo, nas edições mais expurgadas, encontro *gratae causa*. O ablativo *grate* também é referido, mas sem abonação dos autores antigos.

Hymen usa-se normalmente no número singular e apenas em três casos: nominativo, acusativo e vocativo. Vide o que foi dito no escólio 14, capítulo sobre o género dos nomes.

Impetis, genitivo, provém do nominativo *impes*, que caiu em desuso. Lucrécio, liv. 6: *Inde ubi non potuit nubes capere impetis auctum / exprimitur uis*. No passo de Sílio, liv. 6, ... *stimulantes dolore fuisset / impetis*, alguns leem *impetus*. *Impete*, no ablativo, ocorre frequentemente. *Impetibus*, no ablativo do plural, existe em Lucrécio, liv. 1, mas esse caso pode ser do nome *impetus -us*. Contudo, essa forma é um pouco mais dura, tal como o dativo singular *impetui* que Séneca usou em *De ira*, liv. 1, c. 9: *Quoties impetui est locus*, etc.

Inferias encontrá-lo-ás frequentemente no acusativo do plural; nos restantes casos, dificilmente. Festo explicou a significação que tinha no caso nominativo: «*Inferiae* eram os sacrifícios que se levavam⁸³ aos deuses Manes.» Contudo, todo [p. 284] o número plural deste nome poderia ser usado, se os críticos dessem licença. De facto, não é necessário comprovar com exemplos dos Antigos todos os casos de qualquer nome que não destoe do esplendor da língua latina.

Infitias encontra-se apenas no acusativo do plural, muito frequentemente em correlação com o verbo *eo, is*. Com efeito, diz-se elegantemente *infittias ire* na aceção de ‘desmentir’ ou de ‘negar.’ Por consenso geral, é destituído dos restantes casos.

Instar só teve como casos atestados o nominativo e o acusativo; a esses, deve acrescentar-se o vocativo, que é igual. Virgílio, *Aen.* 6: ... *quantum instar in ipso est*; Justino, liv. 4: *Mittitur Gylippus, in quo instar omnium auxiliorum erat*; Lívio, *Bel. Pun.* 8, falando sobre Cipião: *Vnus qui gesserat inexplabilis ueraeque laudis paruum instar eorum, quae spe atque magnitudine animi concepisset*; Ovídio, *Epist.* 2: *Sed scelus hoc meriti pondus et instar habet*.

Iouis carece do nominativo e do vocativo do singular, casos que geralmente alguns autores tomam de empréstimo do nome *Iupiter*. *Ioues, Iouiium, Iouibus* declina-se no número plural e em todos os casos. Vide o que ficou dito acima, no escólio 1 sobre os nomes próprios.

Ius, iuris, in communi significatione, tribus casibus numeri plurali priuatur: genitiuo, datiuo et ablatiuo. Plaut. tamen, in *Epid.*, genitiuo *iurum* usus est: ...*omnium*, inquit, *legum atque iurum fictor*.¹ *Iurum* etiam dixit Cat., *Orig.*, lib. 7, ut Charisius, lib. 1, docet. Illud Plin<ii>, lib. 3, cap. 4, *iuribus agrorum*,² aliter in libris castigatoribus habetur. Vtriusque iuris interpretes his casibus uti quam saepissime compelluntur eosdemque grammaticis etiam inuitis usurpant. Vnde C. *Cum expediat, De elect.*, lib. 6, sic habetur: *Cum expediat concordare iura iuribus*.³

Iussu, iniussu, permissu, rogatu a nominibus *iussus, iniussus, permissus, rogatus* frequenter in libris antiquorum expresse reperiuntur. Caeteri casus adhuc in tenebris delitescunt. His ablatiuus adduntur et alii: *diu, natu, promptu*. *Diu* etiam pro *die*, nominis ablatiuus est aliquando, ut nonnulli opinantur. Cum appositis tamen nullibi reperio copulatum, sed ex similitudine coniectura fieri potest. *Noctu* enim, pro *nocte*, distinctum appositis inuenitur. Plaut., *Curcul.*: *Hac noctu in somnis uisus sum uiderier*.⁴ Sic ibidem iterum et in *Amph.* Sic Ennius et Claud. Quadrigarius.

A natus -us et *promptus -us* inusitatis, ablatiuus *natu* et *promptu* relictus sunt. Vnde illa *grandis natu, maior, minor, maximus* et *minimus natu, in promptu esse, in promptu habere* uel *ponere* apud idoneos auctores. *Promptum* in accusatiuo inuenies apud Celsum, lib. 8, c. 1: *Flexu modico in promptum dato*, etc.⁵

Astus additur praecedentibus sine fundamento, cum *astus -us* pro *astutia* integrum sit permultaque utriusque numeri reperiantur exempla.

Later -ris per omnes utriusque numeri casus inclinatur. Nominatiui, genitiui et datiuus, de quibus praecipue dubium erat, subiiciemus exempla. Colum., lib. 6, c. 14: *Cum id accidit, ueteri lateri later conTeritur*.⁶ Plin., lib. 18, c. 10: *Addito in sextarios XX lateris crudi frusto et arenae semodio*.⁷ Pallad., mense mart., tit. 9, de ruta: *Maxime in terra soluti lateris [rutam] ponunt*.⁸ idem, lib. 6, c. 12, de lateribus faciendis: *Intra formam lateri similem deprimitur*.⁹ Caeteri casus sunt indubitati. [p. 285] Quando uero genitiuus *lateris* a *later* uel *latus* oriatur, ex appositis intelligitur ut in datiuo, *lateri* ostensum est ex Colum<ella>.

Lues aiunt tres tantum habere casus in numero singulari: nominandi, accusandi, uocandi; ablatiuus tamen exemplum nemo profert. Quare sine exemplis etiam tres numeri multitudinis casus, *lues, lues, o lues* a prima recti positione non discrepantes, aequo iure recipiendos esse concesserim. Genitiuus, datiuus et ablatiuus eiusdem numeri non probantur.

¹Plaut., *Epid.* 522-3 ²Plin., *Nat.* 3,31 ³*De elect.* 6 ⁴Plaut., *Curc.* 260 ⁵Cel., *Med.* 8,1,14
⁶Colum., *Rust.* 6,14,7 ⁷Plin., *Nat.* 18,98 ⁸Pallad., *Agr.* 4,9 ⁹Pallad., *Agr.* 6,12.

Ius -iuris, na significação comum, é destituído de três casos do número plural: genitivo, dativo e ablativo. Plauto, porém, em *Epid.*, usou o genitivo *iurum*: ... *omnium legum atque iurum fictor*. Catão, em *Orig.*, liv. 7, também escreveu *iurum*, segundo informa Carísio, liv. 1. O passo de Plínio, liv. 3, c. 4, *iuribus agrorum*, lê-se de forma diferente nas edições mais expurgadas. Os juristas de ambos os foros⁸⁴ veem-se muito frequentemente obrigados a usar tais casos e usam-nos para desagrado dos gramáticos. Daí que, em *C. Cum expediat, De elect.*, liv. 6, se leia assim: *Cum expediat concordare iura iuribus*.

Iussu, iniussu, permissu, rogatu, formados dos nomes *iussus, iniussus, permissus, rogatus*, encontram-se frequentemente nas obras dos autores antigos. Os restantes casos permanecem até hoje na obscuridade. A estes ablativos, alguns autores acrescentam ainda *diu, natu, promptu*. Também *diu*, na aceção de 'dia' é, por vezes, ablativo⁸⁵, segundo a opinião de alguns autores. Contudo, em parte nenhuma o encontro ligado a determinantes ou adjetivos, apesar de, por analogia, se poder fazer tal conjectura. Com efeito, encontra-se *noctu*, em vez de *nocte*, distinguido por meio de determinantes ou adjetivos. Plauto, *Curcul.*: *Hac noctu in somnis uisus sum uiderier*. Assim se lê outra vez na mesma obra e em *Amph.* E também em Ênio e Cláudio Quadrigário.

De *natus -us* e de *promptus -us*, caídos em desuso, restaram os ablativos *natu* e *promptu*. Por isso é que existem nos melhores autores as expressões *grandis natu, maior, minor, maximus e minimus natu*; e também *in promptu esse, in promptu habere* ou *ponere*. *Promptum*, no acusativo, poderás encontrá-lo em Celso, liv. 8, c. 1: *Flexu medico in promptum dato*, etc.

Astus é adicionado aos exemplos anteriores, mas sem qualquer fundamento, visto que *astus -us*, na aceção de 'astúcia', é íntegro; e encontram-se muitíssimos exemplos de ambos os números.

Later -ris declina-se em todos os casos de ambos os números. Apresentaremos exemplos do nominativo, genitivo e dativo sobre os quais havia mais dúvidas. Columela, liv. 6, c. 14: *Cum id accidit, ueteri lateri later conteritur*; Plínio, liv. 18, c. 10: *Addito in sextarios XX lateris crudi frusto et arenae semodio*; Paládio, no mês de Março, título 9, a respeito da arruda: *Maxime in terra soluta lateris [rutam] ponunt*; idem, liv. 6, c. 12, sobre como se devem fazer tijolos: *Intra formam lateri similem deprimetur*. Os restantes casos estão fora de dúvida. Os casos [p. 285] em que não se sabe se o genitivo *lateris* provém *later* ou de *latus* deverão ser resolvidos com a ajuda dos determinantes ou adjetivos, tal como se demonstrou acima para o dativo, a partir do passo de Columela⁸⁶.

Lues, dizem que tem apenas três casos no número singular: nominativo, acusativo e vocativo (exemplo do ablativo ninguém apresenta). Por essa razão, eu admitiria que devem aceitar-se com igual direito também os três casos do número plural, *lues, lues, o lues*, os quais, embora sem exemplos, não se

Mactus, in recto, unde *macte*, o *macte*, et *macti*, o *macti*, nominatiuus et uocatiuus utriusque numeri profecti sunt, exstat apud Catonem, *De re rust.*, cap. 134. Seneca, epist. 67: “*Macte uirtute esto*”, *sanguinolentis et acie redeuntibus dicitur*;¹ Liu., *Ab Vrb.* 7: “*Macte uirtute*” inquit “*hac pietate in patrem patriamque T. Manli esto liberata Repub<lica>*”;² Sil., lib. 12: *Agnoscensque decus* “*Macte o uirtutis auitae / macte Antenoride*”;³ Plin., *Panegy.*: *Macte hac grauitatis gloria Caesar, quam consecutus es* etc.⁴ Accusatiuus singularis effertur a Liuio 2 *Ab Vrb.*: *Iuberem, inquit, macti uirtute esse, si pro mea parte ista uirtus staret*. Recto multitudinis usus est idem, *Ab Vrb.* 7: *Cum Decius, “macti uirtute”, inquit, “milites romani, este*”;⁵ Curt., lib. 4: *Vos quidem macti uirtute estote, qui primi intellexistis quanto maius esset regnum fastidire quam accipere*.⁶

Mane, indeclinabile et neutrum, *ab hoc mani* olim; nunc *ab hoc mane* dicimus; Plaut., *Mostell.*: *Sol semper hic est usque a mane ad uesperam*;⁷ Colum, lib. 9, c. 15: *Postero mane*.⁸ Vide plura exempla schol<io> 6.

Obex, *obicis* integre declinandum est. Rectus est apud Plautum, in *Merc.*: *...laetitiam pariet obex*.⁹ Quod si quis genitiuum multitudinis *obicum* reiiciendum putet, is etiam *Lyncum* a *Lynx* abiiciat, quo Plin., lib. 8, c. 38, usus est.

Opes, *opum*, pro ‘facultatibus’, quid habeat tam supra docuimus. *Opis*, in singulari, pro ‘auxilio’, tres casus habet nemo dubitat: *opis*, *opem*, *ab ope*, genitiuus, accusatiuus et ablatiuum. Non uideo quare datiuo priuandum sit. In eandem significationem, Cic., *Ad Q. fr.*, numero multitudinis, hoc nomen uidetur usurpasse: *Nunc ita accidit ut neque praetores suis opibus neque nos studio nostro quicquam proficere possemus*;¹⁰ Virg., *Aen.* 12: *Non haec humanis opibus, non arte magistra / eueniunt*;¹¹ Horat. quoque, in *Epist.* 1, ep. 10: *...in certamine longo / implorauit opes hominis*.¹² Solum igitur nominandi et uocandi casus numeri singulari dissimulandi sunt.

Opis -is nomem proprium recto non caret. *Opis* inquit Festus, lib. 13, *dicta est coniux Saturni, per quam uoluerunt terram significare, quia omnes opes humano generi terra tribuit*.¹³

Opus adiectiuum nomen in utroque numero duos tantum nominandi et accusandi casus habet sub eadem terminatione in *-us*. Exempla nonnulla adhibentur in constructione nominum.

¹Sen., *Epist.* 66,50 ²Liu., *AVC* 7,10,4 ³Sil., *Pun.* 257-8 ⁴Plin., *Paneg.* 46,5 ⁵Liu., *AVC* 7,36,5
⁶Curt., *Alex.* 4,1,18 ⁷Plaut., *Most.* 767 ⁸Colum., *Rust.* 9,15,11 ⁹Plaut., *Merc.* 72 ¹⁰Cic., *Ad Q. fr.* 1,1,2 ¹¹Verg., *Aen.* 12,247-8 ¹²Hor., *Epist.* 1,10,35-6 ¹³Fest., *Verb. sign.* 186.

afastam da terminação do nominativo singular. Os genitivo, dativo e ablativo desse mesmo número não podem ser comprovados.

Mactus, no nominativo (nome que deu origem ao nominativo e vocativo de *macte* em ambos os números: *macte*, *o macte*, *macti*, *o macti*), subsiste em Catão, *De re rust.*, c. 134. Sêneca, epíst. 67: '*Macte uirtute esto*', *sanguinolentis et acie redeuntibus dicitur*; Lívio, *Ab Vrb.*, liv. 7: '*Macte uirtute*', *inquit*, '*ac pietate in patrem patriamque T. Manli esto liberata Republica*'; Sílio, liv. 12: *Agnoscensque decus macte o uirtutis auitae / 'macte Antenoride'*; Plínio, *Panegy.*: *Macte hac grauitatis gloria Caesar, quam consecutus es* etc. O acusativo do singular é escrito por Lívio, *Ab Vrb.*, liv. 2: *Iuberem macte uirtute esse, si pro mea parte ista uirtus staret*. O nominativo do plural foi usado pelo mesmo Lívio, *Ab Vrb.*, liv. 7: *Cum Decius, 'macti uirtute*', *inquit*, '*milites Romani est*'; Cúrcio, liv. 4: *Vos quidem macti uirtute estote, qui primi intellexistis quanto maius esset regnum fastidire quam accipere*.

Mane, indeclinável e neutro, outrora escrevia-se no ablativo *ab hoc mani*; atualmente escreve-se *ab hoc mane*. Plauto, *Mostell.*: *Sol semper hic est usque a mane ad uesperam*; Columela, liv. 9, c. 15: *Postero mane*. Vide mais exemplos no escólio 6.

Obex obicis deve declinar-se na íntegra. O nominativo existe em Plauto, *Merc.*: ... *laetitiam pariet obex*. No caso de alguém considerar que se deve recusar o genitivo do plural (*obicum*), esse deverá também rejeitar *Lyncum*, genitivo de *Lynx*, que Plínio usou no livro 8, c. 38.

Opes opum, na aceção de 'recursos', já acima dissemos os casos que tem. *Opis*, no singular, na aceção de 'ajuda', tem, ninguém duvida disso, três casos: o genitivo *opis*, o acusativo *opem* e o ablativo *ab ope*. Não vejo razão por que deva ser privado do dativo. Cícero, *Ad Q. fr.*, parece ter usado este nome, na mesma significação, no número plural: *Nunc ita accidit ut neque praetores suis opibus neque nos studio nostro quicquam proficere possemus*; e Virgílio também, em *Aen.* 12: *Non haec humanis opibus, non arte magistra / eueniunt*; Horácio também, em *Epist.* 1, epístola 10: ... *in certamine longo / implorauit opes hominis*. Portanto, apenas os casos nominativo e vocativo do singular devem ser deixados de lado.

Opis -is, nome próprio, não carece de nominativo. Festo diz, no livro 13, que «*Opis* é o nome dado à cômputo de Saturno, e com a qual quiseram simbolizar a terra, uma vez que é a terra que dá recursos à espécie humana.»

Opus, nome adjetivo, só tem os casos nominativo e acusativo em ambos os números e com a mesma terminação em *-us*. Alguns exemplos serão dados na construção dos nomes⁸⁷.

Os, oris aliquando *oribus* habere probatur ex Virgilio, 8 *Aen.*: *Componens manibusque manus atque oribus ora*;¹ et lib. 10: *...quingenta oribus ignem / pectoribusque arsisse*.² Genitiuus *orium* non exstat apud Plinium, lib. 20, c. 9, legitur enim in libris castigatioribus non *orium grauiolentiam*, sed *earum grauiolentiam*. Non tamen illa positio uidetur a similitudine Latinae dictionis aliena.

Praesto nominatiuum et accusatiuum utriusque numeri casus habere iam supra docuimus.

[p. 286] *Precis* omnes utriusque numeri casus habet praeter nominatiuum, quod *prex* esse debuit, et uocatiuum singularis numeri, nec indiget confirmatione. Genitiuus *precis* admittitur ubique sine testimonio. Datiuo *preci* usus est Terentius tum in *Phorm.*, tum etiam in *Andria*. *Precem*, in accusatiuo singulariter, ut Festus ait, protulit Cato. Illud Plauti, in *Merc.*, *...nunc oro per Precem*,³ ‘de Iouis filia’ intelligendum est. Genitiuo plurali *precum* Plin., lib. 8, c. 16, et Quint., lib. 3, c. 10, usi sunt. *Prece*, cum reliquis sequentibus, in frequentiori usu esse manifestum est.

Plus numero singulari, neutrum; plurali, tribus generibus commune satis notum est.

Pus -ris in numero plurali reperitur apud Plinium, lib. 35, cap. 6: *Eretria [creta] utilia ad deprehendenda pura*;⁴ et lib. 28, c. 6: *Contra aurium pura uermiculosque*.⁵

Quintae declinationis nomina tribus casibus pluralis numeri carere dicuntur, praeter *res* et *dies*, ut patet ex declinatione, schol. 11, ubi additum est Ciceronem, in *Topicis*, *specierum* et *speciebus* dicere recusasse, cum tamen Latine dici posse non negarit. *Facierum* quoque dixit Cato, teste Prisciano. Quod etiam de reliquis intelligendum concluditur, in quibus aliqua ratio peculiaris, quare sint repudianda, non apparet, ut supra admonuimus.

Repetundarum et *repetundis* in genitiuo et ablatiui numeri plurali tantum latinitatis auctores usurpare maluerunt. In utroque subauditur aliquando substantiuum, interdum exprimitur. Cic., *Pro Cluent.*: *Clames te lege pecuniarum repetundarum non teneri*.⁶ Quare potius participii casus dicendi sunt illi duo, quam substantiuui. Deducuntur enim a participio *repetundus*, *e* litera mutata in *u*, quod ius saepenumero in uerbis tertiae coniugationis exercetur.

¹Verg., *Aen.* 8,486 ²Verg., *Aen.* 10,566-7 ³Plaut., *Capt.* 244 ⁴Plin., *Nat.* 35,38 ⁵Plin., *Nat.* 28,65 ⁶Cic., *Cluent.* 148.

Os oris apresenta, por vezes, o ablativo *oribus*, segundo se comprova a partir de Virgílio, *Aen.* 8: *Componens manibusque manus atque oribus ora*; e do livro 10: ... *quinquaginta oribus ignem / pectoribusque arsisse*. O genitivo *orium* não subsiste em Plínio, liv. 20, c. 9, pois, nas edições mais expurgadas, não se lê *orium grauiolentiam*, mas *earum grauiolentiam*. Contudo, essa terminação não parece ser estranha à autenticidade da dicção latina.

Praesto tem nominativo e acusativo de ambos os números, conforme já acima dissemos.

[p. 286] *Precis* tem todos os casos de ambos os números, à exceção do nominativo, que deveria ser *prex*, e do vocativo do número singular – e não carece de confirmação. O genitivo *precis* é comumente admitido, apesar da falta de abonação. O dativo *precī* foi usado por Terêncio, tanto em *Phormio*, como em *Andria*. *Prece*, no acusativo singular, segundo diz Festo⁸⁸, foi escrito por Catão. O passo de Plauto, *Merc.*, ... *nunc oro per Prece*, deve entender-se a respeito da ‘filha de Júpiter’. O genitivo plural *precum* foi usado por Plínio, liv. 8, c. 16, e por Quintiliano, liv. 3, c. 10. *Prece*, com os restantes casos que se seguem⁸⁹, é manifestamente de uso mais frequente.

Plus, no singular, é neutro; no plural, é assaz sabido que é comum aos três géneros.

Pus -ris, no número plural, encontra-se em Plínio, liv. 35, c. 6: *Eretria [creta] utilis ad deprehendenda pura*; e no liv. 28, c. 6: *Contra aurium pura uermiculosque*.

Diz-se que os nomes da quinta declinação carecem dos três casos do número plural, à exceção de *res* e *dies*, como fica claro do que se disse no escólio 11, capítulo sobre a declinação, passo em que se acrescentou que Cícero, em *Topica*, recusava escrever *specierum* e *speciebus*, ainda que não negasse que isso se poderia dizer em latim. Catão também escreveu *facierum*, segundo testemunha Prisciano. Em conclusão, o mesmo se deve dizer de todos os outros nomes em relação aos quais, conforme observámos acima, não existe nenhuma razão específica pela qual devam ser rejeitados.

Repetundarum e *repetundis*, no genitivo e no ablativo do número plural, são as únicas formas que mereceram a preferência dos autores da Latinidade. No uso de ambas as formas, por vezes subentende-se o substantivo, outras vezes exprime-se. Cícero, *Pro Cluent.*: *Clames te lege pecuniarum repetundarum non teneri*. Por essa razão, esses dois casos mais deveriam ser considerados casos do particípio do que do substantivo. De facto, são formados do particípio *repetundus*, com a letra *e* mudada para *u* – lei que se observa muitas vezes em verbos da terceira conjugação.

Ros integrum est; de singulari nemo dubitat. Accusatiuum pluralem inuenies apud Ciceronem, 1 *De diu.*, et Horatium, 3 *Carm.*, od. 3. Ablatiuo usus est Plin., lib. 17, cap. 24: *Scabies gignitur roribus lentis post Vergilias*.¹ Sic Lucan., lib. 7.

Rus in utroque numero recipitur, exceptis tribus illis casibus: genitiuo, datiuo et ablatiuo numeri pluralis. *Ruribus* tamen Plin. Iunior, in *Epist.*, usus est; quod sufficit, ut integre declinetur. Nam genitiuus *rurium* non plus abhorret a latinitate quam *murium*, quo usus est Plinius, lib. 10, cap. 65; uel *rurum*, quam *crurum*, quo Virgil., 3 *Georg.*, et Ouid., 11 *Met.*, usi sunt. Raris tamen parcus utendum.

Satias, *satiatis* pro *satietas* -*atis* usurpatur in numero singulari. Terent., in *Hecy.*: ...*satias me iam tenet*.² Eundem rectum inuenies apud Sallustium, Liuium et Tacitum. Accusatiuus effertur a Lucretio, lib. 5: *Nil (ut opinor) ita ad satiatem terra ferarum, / nunc etiam senet*;³ idem, lib. 2, ablatiuo usus est: *fessus satiate uidendi*;⁴ et lib. 5: *Cum satiate cibi*.⁵ Numeri multitudinis exempla non legi.

Saties -*ei*, eiusdem significationis, est apud Silium, lib. 4, in recto; et *satie*, in sexto casu, apud Plinium, lib. 8, c. 51.

Specus -*us*, quartae declinationis, integrum est; *specus* uero, tertii ordinis et neutrum, tres casus in -*us*, tantum numeri singularis habet. Dicitur et *specu*, quae omnia probantur schol. 28, in gen<era> nom<inum>.

Spons in recto est apud Ausonium in [p. 287] *Monosyl.*: *Sponte*, inquit, *ablatiui casus quis rectus erit? Spons*.⁶ Genitiuo *spontis* usi sunt Colum., lib. 9, cap. 4: *Est enim satiua et altera suae spontis*;⁷ sic idem, lib. 11, cap. 3; item Cels., lib. 1, cap. 1: *Sanus homo, qui et bene ualet et suae spontis est nullis obligare se legibus debet*.⁸ Legitur etiam genitiuus hic apud Varronem et Gellium. Ablatiuus *sponte* usitatissimus est.

Suppetiae, in recto, et *suppetias*, in accusatiuo numeri pluralis, in usu tantum reperiuntur. Plaut., *Amph.*: *Non metuo quin meae uxori latae suppetiae sient*;⁹ sic in *Epid.*; idem, in *Rud.*: *Ferte suppetias*;¹⁰ sic apud eundem, in *Menaech.*: *Afferre suppetias*;¹¹ Hirt., *Bell. Afric.*: *Labienuis fugientibus suis suppetias ire contendit*;¹² ibidem: *Oppidisque suppetias profectus est*.¹³ Sic apud eundem: *Occurrere, Venire suppetias alicui*.¹⁴

¹Plin., *Nat.* 17,225 ²Ter., *Hec.* 594 ³Lucr. *DRN* 5,39-40 ⁴Lucr. *DRN* 2,1038 ⁵Lucr. *DRN* 5,1391 ⁶Auson., *De monosyl.* ⁷Colum., *Rust.* 9,4,2 ⁸Cels., *Med.* 1,1,1 ⁹Plaut., *Amph.* 1106 ¹⁰Plaut., *Rud.* 624 ¹¹Plaut., *Men.* 1003 ¹²Hirt., *Bel. Afric.* 41,3 ¹³Hirt., *Bel. Afric.* 25,5 ¹⁴Hirt., *Bel. Afric.* 68,3 .

- ²⁵ Cf. César, *Gall.* 5.48.10; Virgílio, *Georg.* 2.217 e 4.230; Lucrécio, *DRN* 3.430 e 6.104; Ovídio, *Rem.* 185, *Met.* 1.571; 15.351; 15.734, *Fast.* 1.343; 1.577; *Trist.* 5.529; *Ib.* 239; Marcial, *Epig.* 2.90.7; 3.82.23; 4.5.7; 14.108.1.
- ²⁶ Cf. Prisciano, *Inst.* 5 (GLK II 175).
- ²⁷ Cf. Gélio, *NA* 19.8.2-4.
- ²⁸ Cf. Gélio, *NA* 19.8.17-18.
- ²⁹ Ovídio, *Met.* 14.227; *Fasti* 3.398 e 6.247; *Pont.* 2.1.25.
- ³⁰ Tácito, *Hist.* 3.28.
- ³¹ *Fressa* e *allio* são formas arcaicas, nas quais não se observa ainda a simplificação de geminadas.
- ³² *Peregrinus*, em Roma, designava a condição jurídica dos habitantes do império, filhos de romano e de nativa, que, em virtude dessa condição, não eram cidadãos romanos. A conotação que o autor dá à palavra, neste passo, terá em mente a influência de línguas vernáculas em determinados autores, cujos nomes, todavia, não cita.
- ³³ *Pascha*, no original, encontra-se no dativo da primeira declinação, provavelmente por questões de métrica; na verdade, a palavra só é neutra como nome da terceira declinação (*Pascha Paschatis*).
- ³⁴ Diomedes, *Ars* 1 (GLK I 327).

³⁵ Cf. Carísio, *Inst. Gramm.* 2.50.

³⁶ Probo, *Cath. Gramm.* (GLK IV 15).

³⁷ Capro, *Gramm.* (GLK VII 101).

³⁸ Na realidade, a referência diz respeito aos escólios 10 e 11 do capítulo sobre o género dos nomes.

³⁹ Sérvio, *In Don.* (GLK IV 428).

⁴⁰ Isto é, por comparação com os nomes de jogos, discutidos nos parágrafos anteriores.

⁴¹ O uso de formas neutras e masculinas confirma o que o autor diz no parágrafo anterior, isto é, que os nomes de obras são derivados de formas adjetivais.

⁴² A tradução de *tongent* («conhecem») é dada pelo autor pelo facto de este verbo ser obscuro.

⁴³ Este parágrafo deve ser entendido como uma recomendação pedagógica, relativamente ao uso em contexto letivo da lista que apresenta a seguir.

⁴⁴ Isto é, o ‘convés do navio’.

⁴⁵ Cf. Calepino, *Dictionarium*, Venetiis, Ioan. Gryphius, 1550, f. 271 v: *plurali tantum numero, dicuntur filii uel filiae, quamuis etiam liberorum appellatione unus filius et una filia intelligatur.*

⁴⁶ A referência poderá ter base o título que os editores do século XVI davam às *Histórias* de Tácito, de que é exemplo a edição de Justo Lípsio, *Historiae ab excessu Neronis*, Antuérpia, 1585.

⁴⁷ Sc. a constelação de Peixes.

⁴⁸ Catão, *Agr.* 40.3.3; 51.1.3 e *Or.* 30,1.; Suetónio, *VC Iul.* 16.2.6; *Aug.* 100.4.3; *Cl.* 1.3.6; *Dom.* 8.3.3; *Sílio*, *Pun.* 11.143; *Gélio*, *NA* 1.18.3.; 2.7.6.; 10.19.3.

⁴⁹ O pronome assinala o caso genitivo.

⁵⁰ O escólio encontra-se no capítulo sobre o género dos nomes.

⁵¹ Por razões de métrica, contudo, o autor escreve estes nomes no singular.

⁵² Festo, *Verb. Sign.* 16.

⁵³ Este segmento evoca o passo, no qual Horácio, *Arte Poética*, 72, refere o ‘uso’: ... *quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi*. Trad. de Rosado Fernandes: «Pois só a ele pertencem a soberania e o direito e a legislação da língua.»

⁵⁴ O autor aproxima *aedis* e *aeuum* (‘duração da vida’), com base na sua semelhança.

⁵⁵ *Flocces*, em Gélio.

⁵⁶ Nas abonações anteriores, *nundinum* é precedido de *trinum*; porém, como havia códices nos quais o segmento *trinum nundinum* constituía uma só palavra (*trinundinum*), o autor apresenta a citação de Quintiliano para provar que, de facto, *nundinum* existia como lema.

⁵⁷ Má leitura de um passo que, nas edições modernas, se lê *Peditastelli quia erant*.

⁵⁸ *Scopae* designa, em latim, ‘um conjunto de ramos ou fios usados para qualquer propósito’ (por exemplo, como vassoura). No entanto, a palavra usada pelo autor (*nota*) para indicar o significado deste nome pode ter o valor semântico de censura, frequentemente associado à expressão *scopae solutae* (‘homem inútil’), sentido que é registado em dicionários do século XVI, que serão provavelmente a fonte deste passo (e.g. Teodosio Trebellio, *Latinae Linguae Uniuersae Promptuarium*, per Ioan. Oporinum et Rob. Winther, 1545, s.v. *Scopa*).

⁵⁹ Veneza apenas foi fundada no séc. V d.C.

⁶⁰ Na verdade, *lustrum* em latim pode ter o sentido de ‘sacrifício propiciatório’, ‘período de cinco anos’, ‘covil de feras’ e ‘floresta’, o que justifica que o autor tenha acrescentado a expressão “habitado por feras”.

⁶¹ Virgílio, *Georg.* 4,380; *Aen.* 5.77. Ovídio, *Met.* 7.246-7; 12.318; 12.326. Estácio, *Ach.* 1.680; *Theb.* 4.502.

⁶² Lucílio, *Sat. frag.* 1309. Catulo, 64.235b (trata-se de uma lição que erradamente aparecia nas edições de Catulo até ao século XIX, com base em Nônio Marcelo, p. 876).

⁶³ Niccolò Perotti (1429-1480), humanista italiano autor de uma célebre gramática escolar, *Rudimenta Grammatices*, publicada em 1473.

⁶⁴ Em Vegécio, estes soldados não eram designados pelo neutro plural, mas pelo masculino (*principes*).

⁶⁵ No original, *compotatio*, isto é uma festa, cujo motivo principal era a bebida.

⁶⁶ *Potatio* designa a «ação de beber». Festo esclarece o -re de *repotatio*, como sendo indicativo de repetição.

⁶⁷ Filippo Beroaldo, editor de Suetónio no século XVI (*Caii Suetonii Tranquilli, duodecim caesares cum Philippi Beroaldi Bononiensis, Marcique item Antonii Sabellici Commentariis [...] Lugduni, Apud Ioannem Frellonium, 1548*).

⁶⁸ Sc. nomes com formas duplas em todos ou quase todos os casos ou que pertencem a várias declinações.

⁶⁹ A ideia de que a palavra *Hierosolyma* é constituída por dois elementos (*Hiero* e *Solyma*) teria por base a leitura de uma das formas gregas do nome da cidade (Ἱεροσόλυμα); contudo, trata-se de uma falsa etimologia, uma vez que a palavra é hebraica.

⁷⁰ O passo poderá ter sido obtido nos *Epitheta* de Ravísio Textor, Basileae, haeredes Brylingerii, 1581, p. 209. O autor é Quinziano Stoa, aliás, Giovanni Francesco Conti (1484-1557), poeta italiano que escreveu várias obras em latim, nomeadamente o poema intitulado *Theandrogeniti*, no qual se lê o verso citado (*Set coelos videor scandere gemmeos*). Cf. *Christiana opera*, Parrisii [sic] in aedibus Ioannis Petit, 1514, f. ii.

⁷¹ Isto é, no plural.

⁷² Isto é, essas palavras são indeclináveis, como a seguir se explica.

⁷³ Isto é, como lema.

⁷⁴ Sc. no livro sobre a Prosódia, p. 671 da edição de 1599.

⁷⁵ Os pronomes que o autor discute, bem como os nomes que introduz a seguir, não têm marca de género, pelo que é possível usá-los com palavras de qualquer género e com diferentes casos (e.g. *homines eiusmodi, femina eiusmodi*, etc). Trata-se de um exemplo de construção figurada, sobre a qual ver Galán Sánchez, 2003, p. IV e sg.

⁷⁶ Prisciano, *Inst.* 5 (*GLK II 145*).

⁷⁷ Vide nota 35, capítulo «O género dos nomes».

⁷⁸ Isto é, como nome.

⁷⁹ Vide nota 77, capítulo «O género dos nomes».

⁸⁰ Isto é, aos nomes que carecem de vários casos.

⁸¹ O caso ablativo do plural vem assinalado com a preposição *ab*, para o distinguir do caso homónimo (dativo do plural).

⁸² Na realidade, nos exemplos, ora aparece como anteposto ora como posposto.

⁸³ *Inferbant* em latim. Festo fez, possivelmente, uma derivação etimológica entre *Inferiae* e *infero*, não obstante o nome *Inferiae* derivar de *Inferi*.

⁸⁴ Isto é, do Direito civil e do Direito canónico.

⁸⁵ De acordo com Leumann 1977, vol. 1, p. 357, *diu* é um locativo indo-germânico, com significado de 'de dia'.

⁸⁶ O autor refere-se a *ueteri lateri*, que consta da primeira abonação deste mesmo parágrafo.

⁸⁷ Sc., na parte desta Gramática, respeitante à sintaxe.

⁸⁸ Festo, *Verb. Sign.* 220.

⁸⁹ Sc. os casos do plural.

⁹⁰ Isto é, o genitivo e dativo do singular, presentes nas três abonações citadas imediatamente antes.

⁹¹ Apesar de indeclinável, o autor escreve a enunciação com os casos nominativo e genitivo, mantendo o mesmo esquema ao longo desta lista de palavras. Na verdade, originalmente alguns destes nomes, especialmente os da quarta declinação, não eram indeclináveis.

⁹² No plural, *sestertia*. Normalmente, diz-se *tres, septem... sestertia*, subentendendo mil, isto é «três, sete... mil sestércios».

IX. PRETÉRITOS E SUPINOS DOS VERBOS

[p. 299] DE VERBORVM PRAETERITIS ET SVPINIS

Simplicium leges ferme coniuncta sequuntur.
Hinc pauca excipiam, memori quae mente repones.

Verba composita suorum simplicium norma inflectuntur, ut *moneo -es -ui -itum*, *admoneo -es -ui -itum*, et sic in caeteris. Nonnulla excipiuntur, quae ex regulis subsequentibus patefient. At uarietas quae cernitur in compositis in quibus simplicium integritas non seruatur, quod in compositione fiat mutatio literarum, ut in his, *damno - condemno*, *placeo - displiceo*, *laedo - collido*, *audio - obedio* et similibus, usu potius quam praeceptis addiscenda est. De mutatione uero literarum quae fit in praeteritis ac supinis, in fine pauca dicenda sunt.

Schol. 1.^[1] De immutatione literarum quae fit in compositione

In uerborum copulatione, aut uerbum et praepositio manerit integra, ut *concurro*, *adiungo*, aut utrumque corrumpitur, ut *colligo*, *allido*, aut praepositio manet integra, corrupto uerbo, ut *excido*, *deprimo*, aut, contra, uerbum manet integrum, corrupta praepositione, ut *colludo*, *compono*. Qua de re agit Diomedes, lib. 1, Donatus, 2 Editione, Priscianus, lib. 8. Illi bipartitam aiunt esse uerbi figuram; sunt enim uerba aut simplicia aut composita. Hic addit ‘decomposita uerba’, quae nimirum ex uerbis iam compositis rursus componuntur, ut *repercutio*, *subinuideo*. Cic., in *Orat.*, Quintil., lib. 1, c. 17, nonnulla etiam de hac compositione scripserunt. Primo, quanta maxima potero breuitate dicam de uerbis quae in compositione corrumpuntur; deinde, de ipsis praepositionibus.

A in *e* mutant composita ex uerbis *damno*, *halo*, *lacto*, *mando*, *patro*, *sacro*, *tracto*, *arceo*, *carpo*, *fallo*, *farcio*, *gradior*, *pario*, *partior*, *partio*, *scando*, *spargo*, ut *condemno*, *anhelo*, *delecto*, *commendo*, *impetro*, etc.

Pauca admodum retinent *a*, ut *amando*, *demando*, *exhalo*, *inhalo*, *desacro*, *effarcio*, *infarcio*. Caes., *Bel. Gall.* 7: *Ea interualla grandibus saxis effarciuntur.*¹ Sed Plaut., *Mostell.*, act. 1, per *e* protulit: *Este, effercite uos, saginam caedite.*² *Infarciuntur* Plin., lib. 35, c. 14;³ *infarcito*, Colum., lib. 12, c. 53.⁴ Ex *partio* fit *impartio* et *impertio*; a *tracto*, *pertracto*, *retracto*. *Contractent* dixit Plin., lib 13, c. 23. Sed haec et alia id genus usu discenda sunt.

¹Ces., *Gall.* 7,23,3 ²Plaut., *Most.* 65 ³Plin., *Nat.* 35,169 ⁴Colum., *Rust.* 12,55,2 .

^[1]Schol. 1... tunc constructione [p. 303] *E¹* om. *E²* .

[p. 299] PRETÉRITOS E SUPINOS DOS VERBOS

Os verbos compostos seguem quase sempre as leis dos verbos simples. Os poucos que excluí deverás aprendê-los de cor.

Os verbos compostos conjugam-se segundo a norma dos respetivos verbos simples, como, por exemplo, *moneo, es, ui, itum* e *admoneo, es, ui, itum*, e assim nos restantes. Excetuam-se alguns que as regras que se seguem ajudarão a esclarecer. No entanto, aquela variação que se observa nos compostos, nos quais a integridade do verbo simples não se mantém pelo facto de haver uma mudança de letras¹ (como em *damno* e *condemno, placeo* e *displaceo, laedo* e *collido, audio* e *obedio* e em outros do mesmo tipo), deve ser aprendida menos pelas regras do que pelo uso. No final, dir-se-ão algumas coisas a respeito da mudança de letras que acontece nos pretéritos e supinos.

Escólio 1. Sobre a mutação de letras que ocorre na composição

No processo de composição dos verbos, ou o verbo e a preposição permanecem íntegros, como em *concurro* e *adiungo*; ou ambos se corrompem, como em *colligo* e *allido*; ou a preposição permanece íntegra, corrompendo-se o verbo, como em *excido* e *deprimo*; ou, inversamente, permanece íntegro o verbo, corrompendo-se a preposição, como em *colludo* e *compono*. Este assunto é tratado por Diomedes, no livro 1, por Donato, na *Secunda Editio*, e por Prisciano, no livro 8. Dizem esses autores que a figura do verbo é bipartida: de facto, os verbos ou são simples ou são compostos. Este último autor acrescenta os ‘verbos decompostos’, isto é, verbos que se compõem a partir de verbos que já eram compostos, como *repercutio* e *subinuideo*. Cícero, em *Orat.*, Quintiliano, liv. 1 c. 7 e Gélio, liv. 2, c. 17, escreveram algumas considerações sobre este tipo de composição. Começarei por tratar, com a maior brevidade que me for possível, os verbos que se corrompem no processo de composição; em seguida tratarei das próprias preposições.

De *a* para *e* mudam os compostos dos verbos *damno, halo, lacto, mando, patro, sacro, tracto, arceo, carpo, fallo, farcio, gradior, pario, partior, partio, scando, spargo*, de que são exemplo *condemno, anhelio, delecto, commendo* e *impetro*, etc.

Muito poucos retêm o *a*, a exemplo de *amando, demando, exhalo*. César, *Bel. Gall. 7: Ea interualla grandibus saxis effarciuntur*. No entanto, Plauto, *Mostell.*, ato 1, escreveu com *e*: *Este, effarcite uos, saginam caedite. Infarciuntur* lê-se em Plínio, liv. 35, c. 14; *infarcito*, em Columela, liv. 12, c. 53. A partir de *partio* forma-se *impartio* e *impertio*; de *tracto*, formam-se *pertracto* e *retracto*. Plínio, liv.13, c. 23, escreve *contractent*. Todavia, estes e outros do mesmo tipo devem ser aprendidos por uso.

A in *i*, quae fiunt ex uerbis *amico*, ut *inimico* et *inimicor -aris*; *maneo*, adiuntis praepositionibus *e*, *in*, *prae*, *pro*; *tacero*, *placeo*, *habeo*, *lateo*, *fateor* et ex *lacio* uerbo prisco composita, ut *allicio*, *elicio*; *iacio*, *facio*, *sapio*, *rapio*, *capio*, *cado*, *ago*, *frango*, *tango*, *pango*, *cano*, *salio*, *statuo*. Excipe *complaceo*, *perplaceo*, *sublateo*, *perago*, *circumago*, *satago*, *dego* [p. 300] *cogo*, *depango*, *repango*; et composita ex *facio*, si ex uerbis componantur, ut *tepefacio*, *calefacio*; itemque *interiacio* et *praeiacio*, *superiacio*, quae maxime in prima positione *a* retinent. Tacit., lib. 2: *Nam pleraque Latino sermone interiaciebat*;¹ Colum., lib. 8, c. 17: *Mox praeiaciuntur in gyrum moles*;² idem, lib. 2, c. 1: *Folia superiaciebantur*;³ Valer., lib. 2, c. 1, in fine: *Coniugis se flammis superiacit*;⁴ idem, lib. 3, c. 2: *Vt ardentibus tectis superiaceretur*;⁵ idem, lib. 9, c. 2: *Infantes alios superiacios pilis excipi iussit*.⁶ *Interfacio*, in alio significato quam *interficio*, a Liuius usurpatur *Bel. Pun.*, lib. 5.

A in *u*, quae ex uerbis *quatio*, *salto*, *calco*, *scalpo*, ut *excutio*, *insulto*, *incolco*, *incolpo*; et unum ex *capio*, *occupo -as*, si grammaticis habenda est fides, nam *occipio* a *capio* fit; *occupo* uidetur potius ex uerbo obsoleto *cupo* compositum. Diomedes, lib. 1, docet *scalpo* non *sculpo* dicendum esse, et *gemmam scalptam* non *sculptam*; adiecta tamen praepositione, *incolpo* et *incolptam gemmam* dicendum esse. Phocas tamen et *scalpo* et *sculpo* posuit inter uerba quorum praeterita exeunt in *-psi*. Prisc., lib. 10, tum *scalptum* cum *sculptum* a praeteritis *scalpsi* et *sculpsi* posuit. *Recalcare*, per *a*, Colum., lib. 2, c. 2, usurpauit: *Si uelis* (inquit) *scrobibus egestam humum recondere et recalcare* etc.⁷

E in *i*, quae ex uerbis *teneo*, *emo*, *sedeo*, *rego*, *lego -is*, *premo*, *specio* uerbo prisco, ut *aspicio*. Excipe *coemo*, *supersedeo*, *circumsedeo*, quod etiam *circumsedeo* dicitur. Fient etiam *persedeo* uel *persideo*, *allego -is*, *anterlego*, *perlego*, *praelego*, *relego*, *sublego*, *translego*, quo utitur Pallad., lib. 3, t. 25, de malo arbore, et lib. 7. Plautus etiam, *Asin.*: *Age, quaeso, mi hercle, translege*.⁸ *Delego* pro *deligo* dixit Solin., c. 23: *Ostentationi potius quam usui deleguntur*.⁹ Id est gemmae ponticae.

V in *e* breue mutant *deiero*, *peiero* a *iuro*. *Deiuro* apud Plautum aliquoties reperitur. *Periuro* non solum apud eundem, sed etiam apud Horatium, 2 *Serm.*, saty. 3: *...quare / si quiduis satis est periuras, surripis, aufers / undique*;¹⁰ et apud Ouidium, *periuratos deos*.¹¹ Caetera semper *u* simpliciter retinent, ut *adiuro*, *coniuro*.

¹Tac. *Ann.* 2,10 ²Colum., *Rust.* 8,17,10 ³Colum., *Rust.* 2,1,6 ⁴Val. Max., *Mem.* 2,6,14 ⁵Val. Max., *Mem.* 3,2,7 ⁶Val. Max., *Mem.* 9,2,4 ⁷Colum., *Rust.* 2,2,19 ⁸Plaut., *Asin.* 750 ⁹Solin., 13,3 ¹⁰Hor., *Serm.* 2,3,126-8 ¹¹Ou., *Am.* 13,11,22 .

De *a* para *i* mudam os que se formam a partir dos verbos *amico*, como, por exemplo, *inimico* e *inimicor -aris*; *maneo*, quando se lhe juntam as preposições *e*, *in*, *prae*, *pro*; *taceo*, *placeo*, *habeo*, *lateo*, *fateor*; os compostos do verbo arcaico *lacio*, como *allicio*, *elicio*; e também os que se formam de *iacio*, *facio*, *sapio*, *rapio*, *capio*, *cado*, *ago*, *frango*, *tango*, *pango*, *cano*, *salio*, *statuo*. Excetua *complaceo*, *perplaceo*, *sublateo*, *perago*, *circumago*, *satago*, *dego*, [p. 300] *cogo*, *depango* e os compostos de *facio*, se, na composição, entrar outro verbo, a exemplo de *tepefacio*, *calefacio*²; e também *interiacio*, *praeiacio* e *superiacio*, que retêm o *a* sobretudo na primeira terminação³; Tácito, liv. 2: *Nam pleraque Latino sermone interiaciebat*; Columela, liv. 8, c. 17: *Mox praeiaciuntur in gyrum moles*; idem, liv. 2, c. 1: *Folia superiaciebantur*; Valério, liv. 2, c. 1, no final: *Coniugis se flammis superiacit*; idem, liv. 3, c. 2: *Vt ardentibus textis superiaceretur*; idem, liv. 9, c. 2: *Infantes alios superiacos pilis excipi iussit*. *Interfacio*, em outro significado que não o de ‘matar’, é usado por Lívio, *Bel. Pun.*, liv. 5.

Os compostos dos verbos *quatio*, *salto*, *calco*, *scalpo* mudam o *a* para *u*, como, por exemplo, *excutio*, *insulto*, *inulco*, *insculpo* e, a fazer fé nos gramáticos, também um dos compostos de *capio*, a saber, *occupo -as*. Na realidade, *occipio* é formado a partir de *capio* ao passo que *occupo* parece ser antes um composto do verbo desusado *cupio*. Diomedes, no liv. 1, defende que se deve escrever *scalpo* e não *sculpo* e *gemma scalpta* e não *gemma sculpta*; contudo, quando se lhe acrescenta a preposição, deverá dizer-se *insculpo* e *insculpta gemma*. Focas, todavia, pôs quer *scalpo* quer *sculpo* entre os verbos cujos pretéritos terminam em *-psi*⁴; Prisciano, no liv. 10⁵, defendeu quer *scalptum* quer *sculptum* como derivados dos pretéritos *scalpsi* e *sculpsi*. *Recalcare*, com *a*, foi usado por Columela liv. 2, c. 2: *Si uelis scrobibus egestam humum recondere et recalcare*, etc.

De *e* para *i* mudam os verbos compostos de *teneo*, *sedeo*, *rego*, *lego -is*, *emo*, *premo*, e os do arcaico *specio* (como, por exemplo, *aspicio*). Excetua: *coemo*, *supersedeo* e *circumsedeo* (que também se escreve *circumsideo*, assim como também se escreve *persedeo* ou *persideo*); *allego -is*, *interlego*, *perlego*, *praelego*, *relego*, *sublego*, *translego* (este último é usado por Paládio, liv. 3, título 25, sobre a árvore má; e também no liv. 7); Plauto também o usa, em *Asin.*: *Age, quaeso, mi hercle, translege*. *Delego*, em lugar de *deligo*, escreveu-o Solino, c. 23: *Ostentationi potius quam usui deleguntur* (refere-se às ‘gemas do mar’).

De *u* para *e* breve mudam *deiero* e *peiero*, compostos de *iuro*. *Deiuro* encontra-se algumas vezes em Plauto; *periuro* encontra-se não só no mesmo autor, mas também em Horácio, *Serm.* 2, sátira 3: ... *quare / si quiduis satis est periurus, surripis, aufers / undique*; e, em Ovídio, encontra-se *periuratos deos*. Os restantes mantêm sempre o *u* simples, como, por exemplo, *adiuro*, *coniuro*.

Nonnullae diphthongi etiam in uocales migrant.

Ae in *i* longum mutant quae fiunt ex uerbis *caedo*, *laedo*, *quaero*, ut *concido*, *allido*, *exquiro*.

Au in *o*, quae ex uerbo *plaudo*, ut *explodo*, *complodo*, *supplodo*. Excipe *applaudo*. *Plodo* apud priscos pro *plaudo* dicebatur. Vide Diomedem, lib. 1.

Au in *u*, quae ex *claudio*, ut *excludo*, *concludo*, ut fiunt ex *cludo*, nam utroque modo dicitur.

Au in *e* longum unum mutat compositum ex uerbo *audio*, *obedio*.

De compositis quae mutant *a* in *i*, siue *e* in prasenti et uocales alias assumunt aut easdem retinent in supinis, agendum inferius.

Ex praepositionibus quaedam interdum partem sui amittunt. *Con* enim, sequente uocali literam *n*, abiicit, ut *coemo*, *cohaereo*, *coopto*, *cogo -iri*, quorum postremo etiam *a* uerbi simplicis extritum est *ago*, *cogo* uel potius *o* et *a* in *o* longum *coaluerunt*. Quidam ex recentioribus hic praepositionem *cum* esse putat, non *con*, et literam *m* cum uocali praecedente fuisse extritam. Vero Quintil., lib. 1, c. 5, *con* esse docet in simili uerbo, non *cum*. *Frequenter autem*, [p. 301] inquit, *praepositiones quoque copulatio corrumpit: inde 'abstulit', 'aufugit', 'amisit', cum praepositio sit 'ab' sola, et 'coit', cum sit praepositio 'con'. Sic 'ignauit' et 'erepti';*¹ ibidem, cap. 6: *Inhaerent tamen quidam molestissima diligentiae peruersitate, ut 'audaciter' potius dicant quam 'audacter', licet omne oratores aliud sequantur, et 'emicauit', non 'emicuit', 'conire', non 'coire'.² Non dixit Quintil., ut uides, *cumire* sed *conire*. Lege Gellium, lib. 2, cap. 17.*

Ab in *amitto* *b* amisit, ut ex Quintiliano modo uidisti.

Ob in *omitto*, *operio* eandem amisit.

Ad d in *aperio* et in uerbis quorum prima est *s* litera, ut *aspicio*, *ascendo*, *asto*; quidam tamen, maxime antiquarii, malunt *adspiro*, *adsto* scribere.

Trans duas ultimas literas fere abiicit, si uerbis adiungatur, quorum prima est *d* uel *i* uel *n*, ut *trado*, *traiiicio*, *trano*. Legitur et *transdo*, *transduco*, *transuctus*, *transno* apud idoneos auctores. *Transiaci* apud Solinum, cap. 65, et *tramittebam* apud Ciceronem; *tramisit* et *tramissus*, apud Tacitum; *trauectus*, apud Plinium; *tralucent*, apud eundem, lib. 36, c. 25, item, lib. 37, cap. 6. *Tralucent*, et apud Lucretium.

Traloquor, *tramitto*, *trauolo* apud Plautum, in *Pers.*: *Tuas impuritas traloqui nemo potest;*³ et in *Epid.*: *Mihi illam ut tramittas;*⁴ ibid.: *Trauolauerunt [arma] ad hostes.*⁵

¹Quint., *Inst.* 1,5,69 ²Quint., *Inst.* 1,6,1 ³Plaut. *Per.* 411 ⁴Plaut., *Epid.* 463 ⁵Plaut., *Epid.* 35.

Alguns ditongos também passam a vogais.

De *ae* para *i* longo mudam os verbos que se compõem de *caedo*, *laedo*, *quaero*, como, por exemplo, *concido*, *allido* e *exquiro*.

De *au* para *o* mudam os compostos de *plaudo*, como, por exemplo, *explodo*, *complodo* e *supplodo*. Excetua *applaudo*. Nos autores arcaicos, escrevia-se *plodo* em lugar de *plaudo*. Vide Diomedes, liv. 1⁶.

De *au* para *u* mudam os compostos de *claudo*, como sucede em *excludo* e *concludo*; também se pode dizer que são compostos de *cludo*, pois escrevem-se de ambas as formas.

De *au* para *e* longo muda o composto do verbo *audio*: *obedio*. Sobre os compostos que mudam *a* para *i* ou para *e* no presente e tomam outras vogais ou mantêm as mesmas nos respectivos supinos, tratar-se-á mais abaixo.

Entre as preposições, algumas perdem por vezes uma parte de si: *con*, quando se segue uma vogal, perde o *n*, como sucede em *coemo* e *cohaereo*, *coopto* e *cogo -iri*; no último destes exemplos, o desgaste estendeu-se ao *a* do verbo simples: *ago* > *cogo*; ou, mais provavelmente, o *o* e o *a* fundiram-se em *o* longo. Um dos autores modernos considera que aqui está a preposição *cum*, e não *con*, e que a letra *m* se desgastou juntamente com a vogal precedente. Contudo, Quintiliano, liv. 1, c. 3, defende que em semelhante verbo está *con*, e não *cum*: «frequentemente [p. 301] este processo de composição também corrompe as preposições; daí resultam *abstuli*, *aufugit*, *amisit*, embora a preposição seja apenas *ab*; e *coit*, embora a preposição seja *con*. O mesmo se pode dizer de *ignauit* e *erepti*.» Ibidem, c. 6: «Alguns autores, todavia, apegam-se à sua opção⁷ com uma extravagância tão impertinente que preferem dizer *audaciter* em vez de *audacter*, não obstante todos os oradores seguirem a tendência oposta; e dizem ainda *emicauit*, e não *emicuit*, e *conire*, e não *coire*.» Quintiliano, não escreve, como vês, *cumire*, mas *conire*. Lê Gélio, liv. 2, c. 17.

Ab, em *amitto*, perdeu o *b*, como acabaste de ver no passo de Quintiliano.

Ob, em *omitto* e *operio*, perde a mesma consoante.

Ad perde o *d* em *aperio* e nos verbos cuja letra inicial é *s*, a exemplo de *aspicio*, *ascendo* e *asto*; contudo, alguns autores de estilo arcaizante preferem escrever *adspiro* e *adsto*.

Trans perde quase sempre as duas últimas letras quando se junta a verbos cuja letra inicial é *d*, ou *i*, ou *n*, como sucede em *trado*, *traicio* e *trano*. Em bons autores, lê-se também *transdo*, *transduco*, *transiectus*, *transno*: *transiaci*, em Solino, c. 65; *tramittebam*, em Cícero; *tramisit* e *tramissus*, em Tácito; *trauectus*, em Plínio; *tralucent* lê-se no mesmo Plínio, liv. 36, c. 15; idem, liv. 37, c. 6; e também *traluceant*, em Lucrécio.

Traloquor, *tramitto* e *trauolo* leem-se em Plauto, *Pers.*: *Tuas impurittas traloqui nemo potest*; e *Epid.*: *Mihi illam ut tramittas*; ibidem: *trauolauerunt [arma] ad hostes*.

Tralatus aequè in usu est ac *translatus*. Gell., lib. 10, cap. 9: *Tralata sunt ab ipsis rebus, quae ita proprie nominantur.*¹

Abs in *asporto* *b* abiicit, ut Prisc., lib. 2, docet.

Quaedam literam aliquam adsciscunt euphoniae causa: sic *pro* et *re*, sequenti uocali, *d* intercipiunt, ut *prodeo*, *prodigo*, *redamo*, *redeo*, *redimo*, *redoleo*. *Am*, *b*, ut *amburo*, *ambio*, *ambigo*.

Quarumdam ultimae consonantes fiunt similes primis uerborum, quibus adhaerent. Sic *ad* mutat *d* in *c*, *f*, *g*, *n*, *p*, *r*, *s*, *t*, ut *accipio*, *afficio*, *aggredior*, *alludo*, *annumero*, *appono*, *arrodo*, *assideo*, *atingo*; *ob*, in *b*, *c*, *f*, *g*, *p*, ut *obbibo*, *occurro*, *offundo*, *ogganio*, *oppono*; *sub*, *b* in *c*, *f*, *g*, *m*, *p*, *r*, ut *succurro*, *sufficio*, *suggeo*, *summito*, *suppeto*, *surrupio*. In et *con* sequentibus *l*, *n*, *r*, in eodem migrant, ut *illudo*, *innitor*, *irrideo*, *colligo*, *connecto*, *corripio*.

Interdum tamen maxime apud antiquarios reperiuntur integrae praepositiones,^[1] ut *adfero*, *adfideo*, *adnitor*, *adresco*, *conrado*, *conloquor*, *inlicio*. *Sub*, sequente *m*, fere manet integra, ut *submitto*, *submoueo*, *submergo*. Quidam tamen malunt *summito* scribere.

In uerbo *agnosco*, *d* abiicitur et in *cognosco*, *n*. Vide Diomedem, lib. 1: *Nam ueteres 'gnosco', 'gnoui' dicebant.*² Idem sentit Prisc., lib. 2: *Est, inquit, quando 'n' principalis syllabae ante se assumit 'g', ut 'natus', 'gnatus', 'notus', 'gnotus' atque inde 'ignotus'; 'nosco', 'gnosco', 'noui', 'gnoui'.³ Idem tamen, lib. 1, ait *n* mutari in *g*, ut *ignosco*, *ignauus*, *ignotus*, *ignarus*, *ignominia*, *cognosco*, *cognitus*.⁴ Sed sententiae incertus subiungit: *Potest tamen in quibusdam eorum etiam per concisionem adempta 'n' uideri, quia in simplicibus quoque potest inueniri per adiectionem 'g', ut 'gnatus', 'gnarus'.⁵ Quidam ex recentioribus a uerbo Graeco γινώσκω putat γνώσκω, *gnosco* factum. Fortasse uidear tibi nimium grammaticus, audi de eadem re principem oratorum in *Oratore*: *Noti, inquit, erant 'nauī' et 'nari', quibus cum 'in' [p. 302] praeponi oporteret, dulcius uisum est 'ignoti', 'ignauī', 'ignari' dicere quam ut ueritas postulabat.*⁶ Quintil., in eadem est sententia. Lege locum quem paulo ante attulimus. Sed redeamus ad reliquas praepositiones.**

Inter, grammaticis credimus, *r* mutauit in *l* praeposita uerbo *lego*: *intelligo* quasi *interlego*.

Per adiecta uerbo prisco *lacto* genuit *pellicto*, quod et *perlicto* aliquoties apud Liuium legitur, unde *perlecto -as* frequentatiuum. Item *pellucio*, quod et *perluceo* dicitur.

¹Gell., *NA* 19,9,3 ²Diom., *Ars* 1 (GLK I 383) ³Prisc., *Inst.* 2 (GLK II 48) ⁴Prisc., *Inst.* 1 (GLK II 30) ⁵Cic., *Orat.* 158.

[¹]praepositiones *scrip.*] praepositiones *E*^l.

Tralatus é tão usado como *translatus*. Gélío, liv. 10, c. 9: *Tralata sunt ab ipsis rebus, quae ita proprie nominantur*.

Abs, em *asporto*, perde o *b*, conforme defende Prisciano, no livro 2⁸.

Alguns verbos recebem uma letra por razões de eufonia: assim *pro* e *re*, quando seguidos de vogal, recebem *d*, a exemplo de *prodeo*, *prodigo*, *redamo*, *redeo*, *redimo* e *redoleo*. A seguir a *am* interpõe-se *b*, a exemplo de *amburo*, *ambio*, *ambigo*.

Algumas das consoantes finais tornam-se semelhantes às primeiras consoantes dos verbos a que se juntam. E, assim, *ad* muda o *d* para *c, f, g, n, p, r, s, t*, como sucede em *accipio*, *afficio*, *aggredior*, *alludo*, *annumero*, *appono*, *arrodo*, *assideo*, *atingo*. *Ob* muda a letra *b* para *b, c, f, g* ou *p*, como sucede em *obbibo*, *occurro*, *offundo*, *oggantio*, *oppono*. *Sub* muda a letra *b* para *c, f, g, m, p, r*, como sucede em *succurro*, *sufficio*, *suggero*, *summito*, *suppeto*, *surripio*. *In* e *con*, quando seguidos de *l, n* ou *r*, passam a essas mesmas letras, como sucede em *illudo*, *innitor*, *irrideo*, *colligo*, *connecto*, *corripio*.

Contudo, por vezes, principalmente nos autores de estilo arcaizante, encontram-se as preposições inalteradas, de que são exemplo *adfero*, *adsideo*, *adnitor*, *adresco*, *conrado*, *conloquor*, *inlicio*. *Sub*, seguido de *m*, permanece quase sempre inalterada, como em *submitto*, *submoueo*, *submergo*; alguns autores, contudo, preferem escrever *summitto*.

No verbo *agnosco*, elimina-se o *d*; e em *cognosco* o *n*; vide Diomedes liv. 1: «pois os Antigos escreviam *gnosco*, *gnoui*.» Prisciano, no livro 2, expressa a mesma opinião: «Isso acontece quando o *n* da sílaba inicial toma *g* antes de si, como sucede em *natus* e *gnatus*, *notus* e *gnotus* (e o seu derivado *ignotus*); *nosco* e *gnosco*, *noui* e *gnoui*.» O mesmo autor, porém, no liv. 1, afirma que *n* se altera para *g*, como sucede em *ignosco*, *ignauus*, *ignotus*, *ignarus*, *ignominia*, *cognosco*, *cognitus*. Todavia, incerto na sua opinião, acrescenta: «Pode ver-se, contudo, que em alguns deles o *n* é retirado por concisão, já que nas palavras simples correspondentes também se pode encontrar a adição de *g*, como sucede em *gnatus*, *gnarus*.» Alguns autores modernos consideram que γνώσκω/*gnosco* se formou do verbo grego γινώσκω. Se eu te parecer um minucioso filólogo, recomendo que a este respeito escutes precisamente o que diz o príncipe dos oradores, no *Orator*: «Havia as palavras *noti*, *nauí* e *nari*; quando era necessário [p. 302] fazê-las preceder de *in*, pareceu mais doce ao ouvido dizer *ignoti*, *ignauí*, *ignari* do que seguir a regra.» Quintiliano é da mesma opinião; lê o passo que há pouco citámos. Mas regressemos às restantes preposições.

Inter, a acreditarmos nos gramáticos, altera o *r* para *l* quando anteposta ao verbo *lego*: *intelligo* (como se fosse *interlego*⁹).

Per, quando aposta ao verbo arcaico *lacio*, deu origem a *pellicio*, que, em Lívio, também se lê por vezes *perlicio*; desse verbo deriva o frequentativo *perlecto* -as, e ainda *pelluceo*, que também se escreve *perluceo*.

Quaedam ultimas consonantes mutant in diuersas ab iis quibus praeposuntur. Sic *con*, in praepositae literis *b*, *m*, *p* mutant *n* in *m*, ut *combibo*, *committo*, *compono*, *imbibo*, *immitto*, *impono*. Aliquando interponitur *b*, ut *comburo*; interdum *n* migrat in *m*, nulla harum trium literarum interposita, ut *comedo*.

Ab praeposita uerbis *fugio* et *fero* *b* mutat in *u*: *aufugio*, *aufero*. Huius praepositionis meminit Cic., in *Oratore*.

Ex praeposita dictioni incipienti *a* uocali aut consonantibus *c*, *p*, *q*, *s*, *t* manet integra, ut *exaro*, *exoro*, *excurro*, *excutio*, *expono*, *exquiro*, *exsuscito*, *exscribo*, *extenuo*; praeposita *f*, in eadem fere migrat, ut *efficio*, *effundo*; ante caeteras consonante locum habet *e*, ut *educio*, *eludo*, *emitto*, *enarro*, *eripio*, *eruo*, *euebo*, *eiicio*.

Dis et *di* idem significant, ut inquit Prisc., lib. 14, ut *ab* et *abs*. *Dis* praepositur uerbis incipientibus a literis *c*, *p*, *q*, *s*, *t* et *i* consonante, ut *discumbo*, *dispono*, *disquiro*, *dissoluo*, *dissideo*, *distraho*, *disiicio*, *disiungo*. Reperitur apud Ciceronem et *diungo*, *Ad Att.*, lib. 7: *Redeamus domum diiungeres me ab illo uolo*;¹ et 2 *De diuinat.*: *Iumenta diiungere*.² *Excipio* *diiudico*.

Cum uero literae *f* praepositur, in eadem migrat, ut *diffundo*, *diffido*.

Caeteris consonantibus praepositur *di*, ut *diduco*, *diligo*, *dimico*, *dinunero*, *dirigo*, *dirumpo*. Terent., *Adelph.*, *dirumpor* ait, quo uerbo utuntur homines uehementer irati. Vbi tamen *dirumpor* legunt quidam. *Disraro* est apud Columellam, lib. 4, c. 32.

Am praeposito Graeca (facta enim est ex ἀμφί, de qua in Rudimentis egimus), cum dictionibus incipientibus^[1] a uocalibus *a*, *e*, *i*, *u* praepositur, *b* euphoniae causa intercipit, ut *ambaget*, *ambesus*, *ambigo*, *amburo*; cum uero consonantibus *h*, *q*, mutat *m* in *n*, ut *anhelo*, *anquiro*; cum *p*, manet integra, ut *amputo*.

Hactenus de uerborum compositione, neque enim putauit eam usui omnino committendam, qui quamuis sit optimus magister, a paucis tamen, ut par est, colitur et a plerisque in medio cursu deseritur. Deinceps, de praeteritis supinisque agendum est.

Praeteriti uocabulum saepe inuenies apud Varronem; nonnunquam, apud Quintilianum, lib. 1, cap. 6: *Quia*, inquit, *prima positio 'paciscor' cum haberet naturam patiendi, faceret tempore praeterito 'pactus sum'*;³ eodem c<apite>: *Quod uerbis etiam accidit, ut 'fero', 'tuli', cuius prateritum perfectum et ulterius non inuenitur*.⁴ Obiter locutionem notabis: *amo* facit tempore praeterito *amaui*. Sic Probus, *De catholicis uerborum*, solet loqui.

¹Cic., *Att.* 7,1,9 ²Cic., *Diu.* 2,77 ³Quint., *Inst.* 1,6,10 ⁴Quint., *Inst.* 1,6,26 .

^[1]incipientibus *scrip.*] inceptibus *E'*.

Algumas preposições mudam as últimas consoantes para consoantes diferentes daquelas às quais se antepõem: assim *con* e *in*, quando antepostas às letras *b*, *m*, *p*, alteram o *n* para *m*, como acontece em *combibo*, *committo*, *compono*, *imbibo*, *immitto*, *impono*. Por vezes, introduz-se de permeio *b*, como em *comburo*. Outras vezes o *n* passa a *m*, sem nenhuma dessas três letras de permeio, como em *comedo*.

Ab, anteposta aos verbos *fugio* e *fero*, altera o *b* para *u*: *aufugio*, *aufero*. Cícero, no *Orator*, refere esta preposição.

Ex, anteposta a um vocábulo começado por vogal ou pelas consoantes *c*, *p*, *q*, *s*, *t*, permanece inalterada, como em *exaro*, *exoro*, *excurro*, *excutio*, *expono*, *exquiro*, *exuscito*, *exscribo*, *extenuo*. Quando anteposta a *f*, passa quase sempre a essa mesma consoante, como em *efficio*, *effundo*; antes das restantes consoantes, usa-se *e*, como em *educio*, *eludo*, *emitto*, *enarro*, *eripio*, *eruo*, *eueho*, *eiicio*.

Dis e *di* têm o mesmo significado, conforme afirma Prisciano no liv. 14, tal como *ab* e *abs*. *Dis* antepõe-se aos verbos começados pelas letras *c*, *p*, *q*, *s*, *t* e *i* consonântico, a exemplo de *discumbo*, *dispono*, *disquiro*, *dissoluo*, *dissideo*, *distraho*, *disiicio*, *disiungo*. Em Cícero, *Ad Att.*, liv. 7, encontra-se ainda *diiungo*: *Redeamus domum diiungeres me ab illo uolo*. E em *De Diuinat.* 2: *lumenta diiungere*. Excetua *diuidico*.

Porém, quando se antepõe à letra *f*, passa para essa mesma letra, como em *diffundo*, *diffido*.

Às restantes consoantes antepõe *di*, como em *diduco*, *diligo*, *dimico*, *dinunero*, *dirigo*, *dirumpo*. Terêncio, em *Adelph.*, escreve *dirumpor*, verbo usado a propósito de pessoas veementemente iradas, mas nesse passo alguns autores leem *dirumpor*. Em Columela, liv. 4, c. 32, existe *diraro*.

Am, preposição grega (que deriva, com efeito, de ἀμφί, de que tratámos nos Rudimentos), quando se antepõe a vocábulos começados pelas vogais *a*, *e*, *i*, *u*, toma *b* por razões de eufonia, como sucede em *ambages*, *ambesus*, *ambigo*, *amburo*; mas, quando se antepõe às consoantes *h*, *q*, muda o *m* para *n*, a exemplo de *anhelo*, *anquiro*; com *p*, mantém-se inalterada, a exemplo de *amputo*.

Até aqui tratámos composição dos verbos; e não entendi confiá-la totalmente ao uso, que, conquanto seja o melhor dos mestres, por poucos é cultivado como deveria e por muitos é deixado a meio do caminho. Em seguida passaremos aos pretéritos e supinos.

O termo *praeteritum* encontrá-lo-ás com frequência em Varrão; e algumas vezes em Quintiliano, liv. 1, c. 6: «Uma vez que *paciscor* tem natureza passiva na primeira terminação, faz *pactus sum* no tempo pretérito»; e, no mesmo capítulo: «Isto acontece igualmente aos verbos como, por exemplo, *fero*, *tuli*, cujo pretérito perfeito e ulterior não se encontram.» (nota que vais

Supini uocem nondum inueni apud Varronem, Quintilianum, Gellium et reliquos huius classis; Probus, Phocas, Diomedes de praeteritis uerborum tantum egerunt. Priscianus de utrisque copiosissime. Quid *supinum* apud Probum, [p. 303] Phocam, Diomedem, Donatum significet, inuenies in *supini* tum declinatione, tum constructione.^[1]

| | |
|---|---|
| Cum geminat primam simplex, composita priorem | 1 |
| prateriti amittunt. Expellitur inde <i>repungo</i> | 2 |
| quodque <i>bibo</i> genuit, <i>sto, do</i> , cum <i>poscere disco</i> . | |
| <i>Praecurro</i> primam geminat uel omittit eandem. | 3 |

1) Cum uerba simplicia primam praeteriti syllabam geminant, composita priorem abiiciunt, ut *cado, cecidi; concido, concidi; spondeo, spondi; respondo, respondi; tendo, tetendi; extendo, extendi*.

2) Excipitur *repungo*, quod syllabam a suo simplice geminatam retinet, ut *pungo, pupugi; repungo, repupugi*.

Eandem seruant composita a uerbis *bibo, sto, do, posco, disco*, quorum praeterita sunt *bibi, steti, dedi, didici, poposci*, ut *ebibo, ebibi; consto; constitui, edisco, edidici; reposco, repoposci*.

3) At *praecurro* utrumque habet *praecurri* et *praecurri*.

Praeteritis orbata simul sunt orba *supinis*, qualia sunt *glisco, satago, reminiscor* et *aio, moereo, diffiteor, uergo, furit, hisco, fatisco, ambigo, quaeso, aueo, ferio*, tum *polleo, uado, tum uescor, liquor, medeor*, quibus addito *ringor*.

Schol 2.^[2] De uerbis primam in praeterito geminantibus et aliis praeterito et supino carentibus

Geminare primam intelligendum est, cum praecipua consonans, quae fuerit in prima syllaba praesentis, geminata reperietur in praeterito cum eadem uel cum alia uocali; in polysyllabis quidem, in penultima et antepenultima; in disyllabis uero, in ultima et penultima, ut *tondeo, totondi; cado, cecidi; do, dedi*.

^[1]Schol. 1 [p. 299] ... tum constructione *E¹* om. *E²* ^[2]Schol. 2 ... 'reniduit' [p. 305] *E¹* om. *E²*.

encontrar constantemente esta expressão: *amo* faz, no tempo pretérito, *amaui*; assim se exprime normalmente Probo, em *De catholicis uerborum*).

A voz *supinum* não a encontrei até hoje em Varrão, Quintiliano, Gélío e nos restantes autores dessa estatura. Probo, Focas, Diomedes trataram somente dos pretéritos dos verbos. Prisciano tratou de ambos de forma muito copiosa. Quanto ao que significa *supinum* em Probo, Focas, [p. 303] Diomedes e Donato, poderás encontrá-lo tanto na conjugação como na construção do supino¹⁰.

| | |
|--|---|
| Quando o verbo simples gemina a primeira letra, os compostos | 1 |
| perdem a primeira do pretérito. Exclui-se dessa regra <i>repungo</i> , | 2 |
| e todos os que são derivados de <i>bibo</i> e ainda <i>sto</i> , <i>do</i> , <i>disco</i> e <i>poscere</i> . | |
| <i>Praecurro</i> gemina a primeira ou omite-a. | 3 |

1) Quando os verbos simples geminam a primeira sílaba do pretérito, os respetivos compostos perdem a primeira letra, como acontece em *cado cecidi*, *concido*, *concredi*, *spondere sponendi*, *respondeo*, *respondi*, *tendo tetendi*, *extendo*, *extendi*.

2) Excetua-se *repungo*, uma vez que mantém a sílaba geminada do verbo simples, como sucede em *pungo pupugi*, *repungo repupugi*.

Mantêm a mesma sílaba os compostos dos verbos *bibo*, *sto*, *do*, *posco*, *disco*, cujos pretéritos são *bibi*, *steti*, *dedi*, *didici*, *poposci*, como *ebibo ebibi*, *consto constitui*, *edisco edidici*, *reposco repoposci*.

3) Mas *praecurro* têm ambas as formas: *praecurri* e *praecucurri*.

Verbos privados de pretéritos também o são de supinos, como *glisco*, *satago*, *reminiscor*, *aio*, *moereo*, *diffiteor*, *uergo*, *furit*, *hisco*, *fatisco*, *ambigo*, *quaeso*, *aueo*, *ferio*; e ainda *polleo*, *uado*, e *uescor*, *liquor*, *medeor*; a todos estes, acrescenta *ringor*.

Escólio 2. Os verbos que geminam a primeira sílaba no pretérito; e os outros que carecem de pretérito e de supino

A geminação da primeira sílaba¹¹ quer dizer o seguinte: a consoante principal da primeira sílaba do presente gemina-se no pretérito, seguida da mesma ou de outra vogal; nos polissílabos, essa geminação observa-se na penúltima e antepenúltima, nos dissílabos, na última e na penúltima¹², como em *tondeo totondi*, *cado cecidi*, *do dedi*.

Polysyllaba unam syllabam ex geminatis ante primam praesentis apponunt, quae manet in praeterito; in disyllabis uero sufficit, ut praecipua consonans praesentis, qualis est *t* in uerbo *sto*, geminata reperitur in praeterito cum aliqua uocali, ut *steti*. Licet in utrisque non acrescat una syllaba supra numerum syllabarum praesentis temporis, ut *mordeo- momordi, bibo - bibi*. Si enim opus esset ut praeteritum una syllaba primam personam praesentis superaret, *flo -as, no -as, amo -as* et alia complura huc spectarent, quibus una syllaba accrescit in praeterito, *flauī, nauī, amaui*, cum tamen a norma reiiciantur. Nec etiam opus est in disyllabis quae syllaba accrescens apponatur ante primam praesentis, ne reiiciamus *steti* ac *dedi*, quae communi consensu inter geminantia recensentur. Quorum praeterita, si communis regula seruaretur, esse debuisset *stauī* et *dauī*; *ti* enim ultima in *steti*, et *di*, in *dedi*, quae acrescunt, adduntur ultra primam praesentis, *sto* et *do*, quibus *ste-* et *d-* respondent in praeteritis. Diximus in geminatione praecipuae consonantis (quae ‘characteristica’ appellari potest) habendam esse rationem, quia *s*, quando has consonantes in eadem syllaba praecedit, suo [p. 304]modo liquescit, et quasi uim consonantis ammittit, ut lib. 3 dicetur, cum de figura ecthlipsi agendum erit. Vnde praecipua censi non debet.

Prisci Latini solebant *peposci, memordi, pepugi, cecurri*, secunda litera per *e* scribere more Graecorum, qui suum παρακείμενον, hoc est, praeteritum perfectum, hoc modo augent: γράφω , γέγραφα. M. Tullius et C. Caesar, ut Gellius inquit lib. 7, cap. 9, *memordi, pepugi, spepongi* dixerunt.

Nonnulla composita a uerbo *curro* utroque modo efferuntur. Sen., *Contr.*, lib. 4, *praecurri* imminuto usus est: *Itaque praecurri rogaturus*;¹ item Valer. Max., lib. 5, cap. 6: *Verum hoc pactum duo fratres Kartaginenses perfidia praecurrerunt*;² sic idem, lib. 7, cap. 4, et lib. 2, in initio; Caesar, *Bel. ciuil.* 3: *Sed eo fama iam praecurrerat*;³ et Liu., *Ab Urb.* 8: *Praecurrerant enim ab Urbe, qui nuntiarent*.⁴ *Praecurri* tamen, usitatus.

¹Sen., *Contr.* 2,3,6 ²Val. Max., *Mem.* 5,6,4 ³Caes., *Ciu.* 3,80,2 ⁴Liu., *AVC* 8,30,13 .

Nos polissílabos, acrescenta-se uma sílaba geminada, antes da primeira sílaba do presente, sílaba essa que se mantém no pretérito; nos dissílabos, em contrapartida, basta que a consoante principal do presente fique geminada no pretérito, acompanhada de alguma vogal, como, por exemplo, *t*, no verbo *sto*: *steti*¹³. E isto a despeito de em ambos¹⁴ não haver adição de mais uma sílaba para lá do número de sílabas do tempo presente: e.g. *mordeo/momordi*, *bibo/bibi*¹⁵. Pois, se fosse necessário que o pretérito tivesse mais uma sílaba do que a primeira pessoa do presente, então *flo as*, *no nas*, *amo as* e muitos outros integrariam este grupo de verbos, uma vez que têm mais uma sílaba no pretérito¹⁶, isto é, *flaui*, *nauui*, *amaui*, quando na verdade estão excluídos dessa regra. Aliás, nos dissílabos nem sequer é necessário que a sílaba que se acrescenta se anteponha à primeira sílaba do presente; de contrário, teríamos de rejeitar *steti* e *dedi* que, contudo, são incluídos, de consenso geral, entre os verbos geminados; os pretéritos desses verbos, se a regra comum fosse observada, deveriam ser *statui* e *dauui*, pois a última sílaba (*-ti* em *steti* e *-di* em *dedi*), que está a mais em relação ao presente, é adicionada depois da primeira pessoa do presente (*sto* e *do*), formas a que correspondem *ste* e *de* nos pretéritos. Dissemos que, na geminação, é preciso ter atenção à consoante principal (que se pode designar por ‘característica’), porque o *s*, quando precede outras consoantes na mesma sílaba, como que [p. 304] enfraquece¹⁷ e quase perde a força de consoante (conforme se dirá no livro terceiro, quando se tratar da figura da eclipse); por essa razão, o *s* não deve ser considerada consoante principal.

Os autores latinos arcaicos escreviam comumente *peposci*, *memordi*, *pepugi*, *cecurri*, com a segunda letra (com *e*), à maneira do grego, que aumenta o seu παρακείμενον, ou seja, o pretérito perfeito, do seguinte modo: γράφω γέγραφα. M. Túlio e C. César, segundo afirma Gélvio liv. 7, c. 9, escreveram *memordi*, *pepugi*, *spepondi*.

Alguns compostos do verbo *curro* exprimem-se de ambas as formas. Séneca, *Contr.*, liv. 4, usou a forma mais breve (*praecurri*): *Itaque praecurri rogaturus*. O mesmo se diga de Valério Máximo, liv. 5, c. 6: *Verum hoc pactum duo fratres Kartaginenses perfidia praecurrerunt*; idem, liv. 7, c. 4. e liv. 3, no início; César, *Bel. Ciuil.* 3: *Sed eo fama iam praecurrerat*. E Lívio, *Ab Urb.* 8: *Praecurrerant enim ab Vrbe, qui nunciarent*. *Praecurri*, contudo, é mais usual.

Accurro, concurro, decurro, discurro, excurro, occurro, percurro primam interdum geminant. Plin., ad Voconium, lib. 2, epist. 1: *Sic ad omnes honores meos ex secessibus adcurrit;*¹ Suet., in Nero., c. 11: *Notissimus eques Romanus elephanto supersedens per catadromum decurrit;*² Caes., *Bel. Gal. 2: Ad cohortandos milites quam in partem fors obtulit decurrit;*³ sic Plin., ad Trai<anum>, *Ep.*, lib. 10, et Tac., lib. 2; Senec., epist. 91: *Ante quam auaritia et luxuria dissociare mortales ad rapinam ex consortio discurrere;*⁴ Plaut., *Bacchid.*: *Cum se excucurrisse illuc frustra sciuerit;*⁵ idem, *Mostel.*: *...primus qui in crucem excucurrit;*⁶ Liu., *2 Ab Vrb.*: *Cum plures igni quam ferro armati excucurrissent, caede incendioque cuncta complent;*⁷ Suet., in Galba, c. 18: *Cumque exterritus luce prima ad expiandum somnium, Tusculum excucurrisset etc.;*⁸ Plaut., *Merc.*: *...illico / occurri atque interpello, matri te, etc.;*⁹ Cic., *De orat.*, lib. 3: *Faciles enim, inquit, Antoni, partes eae fuerunt duae, quas modo percucurri;*¹⁰ Suet., in Ner.: *Amplissimos honores percucurrit;*¹¹ Plin., ad Iunium, lib. 1, epist. 14: *Quamquam in maxima uerecundia quaesturam, tribunatum, praeturam honestissime percucurrit;*¹² Liu., lib. 20, apud Priscianum, lib. 10: *Et si ferocius procucurrissent.* Ego uero haec eadem a Prisciano citata lib. 5, decad. 3, quae exstat, absque geminatione sic lego: *Et si ferocius procurrissent etc.*¹³

Repungo, ut placet Capro, apud Priscianum, eodem libro, cum significat ‘uicissim pungere’, facit *repupugi*; cum uero ad rationes refertur, *repunxi*. Neutrum adhuc, si bene memini, apud ueteres legi.

Vergo, uerxi leges apud Diomedem, lib. 1, et *uersi* apud Probum, *De cathol<icis> uerb<orum>*, sed neutrum uidetur esse in usu.

Vado non habet *uasi*, quamuis habeant composita.

Ambegi, sategi tunc utare licet, cum apud idoneos auctores legeris.

Quaeso, quaesiui fecit apud uetustissimos, quos antiquarius Sall<ustius> imitatus est. Vide Priscianum, eodem libro.

Furo prima positio iam exoleuit. Prisc., lib. 8, affirmat *infio* et *furo* apud Varronem inueniri.

¹Plin., *Epist.* 2,1,8 ²Suet., *VC Nero* 11,2 ³Caes., *Gall.* 2,21,1 ⁴Sen., *Epist.* 90,36 ⁵Plaut., *Bacch.* 359 ⁶Plaut., *Most.* 359 ⁷Liu., *AVC* 2,17,2 ⁸Suet., *VC Gal.* 18,2 ⁹Plaut., *Merc.* 200-1 ¹⁰Cic., *De orat.* 3,52. ¹¹Suet., *VC Nero* 3,2 ¹²Plin., *Epist.* 1,14,7 ¹³Liu., *AVC* 25,11,3.

Frigeo, ut ex compositis *defrigeo*, *defrigesco*, *perfrigeo*, *perfrigesco*, *refrigeo*, *refrigesco* intelligitur, *frixi* facit. Iuuenal., s. 7: *Etsi perfrixit, cantat bene;*⁷ Cic., *Att.*, lib. 1: *Cum Romae a iudiciis forum refrixerit, excurremus etc.;*⁸ ibid.: *Sed haec tota res interpellata bello refrixerat;*⁹ Cels., lib. 5, cap. 25: *Cum [is humor] infrixit, catapotia ex eo fiunt.*¹⁰ Ab *infrigesco* dictum uidetur, ut *defrixit* a *defrigesco*; quo usus est Colum., lib. 12, cap. 21: *Quod cum defrixit transfertur in uasa.*¹¹ Idem sentit Priscianus, lib. 9, sed 11 sic scribit: *Pleraque tamen neutrorum secundae coniugationis in -iui diuisas desinentia praeterita deficiunt in supinis, ut 'horruui', 'rubui', 'egui', 'frigui' 'rigui'.*¹² Idem credo me legisse apud Donatum, sed nulla uideo ueterum testimonia.

Verbi *neo* composita uix uno [p. 318] plura supinumque quam praeteritum rarius inueniuntur. Mart., lib. 1: *Cum mihi supremos Lachesis perneuerit annos.*¹³

A *pleo* uerbo obsoleto multa fiunt, ut *expleo*, *impleo*, etc.

Citum a *cieo* priorem correpit, ut suo loco dicemus. Eius composita, *concieo*, *excieo*, *percieo* et siqua praeterea inuenies, supinis modo praeteritisque exceptis, parum uidentur usitata. Liu., *Ab Vrb.* 1: *Elatum domo Lucretiae corpus in forum deferunt concientque miraculo;*¹⁴ idem, 7 *Ab Vrb.*:

¹Cic., *Ad Q. frat.* 3,7,1 ²Cic., *Fam.* 10,32,4 ³Enn., *Ann.* 9,319-20 ⁴Cic., *Att.* 4,8,1 ⁵Cic., *Ad Q. frat.* 3,1,5 ⁶Plaut., *Rud.* 424 ⁷Iuu., *Sat.* 7,194 ⁸Cic., *Att.* 1,1,2 ⁹Cic., *Att.* 1,19,4 ¹⁰Cels., *Med.* 5,25,4b ¹¹Colum., *Rust.* 12,21,1 ¹²Prisc., *Inst.* 11 (GLK II 574) ¹³Mart., *Epig.* 1,88,9 ¹⁴Liu., *AFC* 1,59,3.

Sobre *urgeo* e *turgeo*, diz Focas, há incerteza, mas no que toca a *urgeo*, Cícero (*Ad Q. Frat.*, liv. 3, na última carta, ao falar de Gabínio) elimina qualquer dúvida: *Illum neque ursi neque leuauit testis uehemens fui*; e Asínio Polião, em carta a Cícero, liv. 10: *Nec uero minus Lepidus ursit me*.

Prisciano confirma *tursi* com o testemunho de autores arcaicos. Ênio, *Annal.* 9: *Cyclopis uenter uelut olim turserat alti / cornibus humanis distentus*.

Fulsum e *alsum*, poderás encontrá-los em Prisciano, liv. 10, ainda que sem citar qualquer autor. *Alsum*, todavia, parece ter estado em uso outrora, razão pela qual Cícero, *Att.*, liv. 4, escreve *alsius*: *Nihil quietius, nihil alsius, nihil amoenius*; e *Ad Q. Fr.*, liv. 3: *Iam apodyterio nihil alsius, nihil muscosius*.

A construção do pretérito exigiria *luctum* como supino de *lugeo*, mas, como afirma Prisciano, falta uma autoridade; e o mesmo considera Prisciano sobre o verbo arcaico *polluceo*, *polluxi*. Todavia *polluctum* encontra-se atualmente nas edições mais expurgadas de Plauto, *Rud.*: *Non sum pollucta pago*.

Frigeo, como se depreende dos compostos *defrigeo*, *defrigesco*, *perfrigeo*, *perfrigesco*, *refrigeo*, *refrigesco*, faz *frix*. Juvenal, sátira 7: *Etsi perfrixit, cantat bene*; Cícero, *Att.*, liv. 1: *Cum Romae a iudiciis forum refrixerit, excurremus*, etc.; *ibid.*: *Sed haec tota res interpellata bello refrixerat*; Celso, liv. 5, c. 25: *Cum [is humor] infrixit, catapotia ex eo fiunt*. Esta última forma [*infrixit*] parece ser do verbo *infrigesco*, à semelhança de *defrixit*, pretérito perfeito de *defrigesco*, que é usado por Columela, liv. 12, c. 21: *Quod cum defrixit transfertur in uasa*. A mesma opinião tem Prisciano, liv. 9; contudo, no livro 11, escreve o seguinte: «Mas, muitos dos neutros da segunda conjugação terminados em *-iui*, com vogais em hiato, são defetivos nos supinos, como *horruui*, *egui*, *frigui*, *rigui*.» Creio que li o mesmo em Donato; contudo, não vejo qualquer testemunho de autores antigos.

Difícilmente se encontrará mais do que um composto do verbo *neo* [p. 318]; e o seu supino encontra-se mais raramente do que o pretérito. Marcial, liv. 1: *Cum mihi supremos Lachesis perneuerit annos*.

De *pleo*, verbo obsoleto, formam-se muitos compostos como, por exemplo, *expleo*, *impleo*, etc.

Citum, do verbo *cieo*, abrevia a primeira sílaba, como diremos no lugar próprio. Os seus compostos *concieo*, *excieo*, *percieo* e qualquer outro que porventura venhas a encontrar além desses, excetuando as formas do supinos e do pretéritos, parecem pouco usados. Lívio, *Ab Vrb.* 1: *Elatum domo Lucretiae corpus in forum deferunt concientque miraculo*; *idem*, *Ab Vrb.* 7:

Ne nimis mirum magnumque censerent tumultum exciere in hostium portis etc.;¹ Plaut., *Pseud.*: *Vox uiri pessimi me exciet foras*;² Lucret., lib. 3: *Ocyus ergo animus quam res se perciet ulla*;³ et lib. 4: *...edictum saepe unum perciet aures / omnibus in populo*.⁴

Cio uero quarti ordinis composita, *accio*, *concio*, *excio*, *percio* quae ex praeterito et supino cum superioribus, quod ad terminationem et significationem attinet, consentiunt longe sunt frequentiora. Plaut., *Milit.*: *Vos modo curate, ego illum probe iam oneratum huc accibo*;⁵ Sil., lib. 9: *...Romanus in arma / excibat de more suos*;⁶ sic Stat., *Theb.* 4, Lucret., lib. 3: *Nec minus irai fax unquam subdita percit*;⁷ idem, lib. 6: *Cur tenebras ante et fremitus et murmura concit*.^{8[1]}

| | |
|---|--------|
| Nunc oleo dat -ūi, dat -itum; sic pignora patris quae seruant sensum; -eui, -etum fert caetera proles. Ast aboleuit -itum dat, fert adoleuit adultum. | 1 |
| Ex -ueo fit -ui, -tum: moueo foueoque fatentur. A caueo, cautum; a faueo deducito fautum. | 2 |
| -Vi neutrum ^[2] tantum poscit, ceu flaueo, liuet, et pauco, feruet. Conniui hoc postulat et -xi. Audeo nunc ausus; gauisus gaudeo poscit, et solitus soleo; solūi tibi, Crispo, placebat. | 3 4 |

1) Oleo nunc *olui*, *olitum* habet. Eius composita quae eandem retinent significationem similiter exeunt, ut *oboleo*, *obolui*, *obolitum*; *suboleo*, *subolui*, *subolitum*; sic *redoleo*, *peroleo*. Caetera uero composita, quae significationem diuersam habent, -eui, -etum exigunt, ut *exoleo*, seu potius *exolesco*, *exoleui*, *exoletum*, *obsoleo* seu *obsolesco*, *obsoleui*, *obsoletum*. *Aboleo* uel *abolesco* *aboleui*, *abolitum* efflagitat; *adoleo* seu *adolesco*, *adoleui*, *adultum*.

2) Quae in -ueo terminantur in -ui, per u consonantem, et supinum in -tum faciunt, ut *moueo*, *moui*, *motum*; *foueo*, *foui*, *fotum*. At *caueo*, *caui*, *cautum*; *faueo* *fauī*, *fautum* exposcunt.

3) Verba tamen neutra in -ueo finita praeterito tantum in -ui contenta sunt, ut *flaueo*, *fauī*; *liueo*, *liui*; *pauco*, *pauī*; *ferueo*, *ferui*. *Conniueo* tamen non solum *conniui* facit sed etiam *connixi* at supino destituitur.

4) *Soleo*, *solitus sum*, cui etiam Sallustius *solūi* dedit, sed *solitus* magis est usu receptum.

¹Liu., *AVC* 7,11,11 ²Plaut., *Pseud.* 1285 ³Lucr., *DRN* 3,184 ⁴Lucr., *DRN* 4,563-4 ⁵Plaut. *Mil.* 935 ⁶Sil., *Pun.* 9,181-2 ⁷Lucr., *DRN* 3,303 ⁸Lucr., *DRN* 6,410 .

^[1]Schol. 8 [p. 317] ... 'murmura concit' *E*¹] *om.* *E*² ^[2]neutrum *E*¹] neutrum *E*² .

Ne nimis mirum magnumque censerent tumultum exciere in hostium portis, etc.; Plauto, *Pseud.*: *Vox uiri pessimi me exciet foras*; Lucrécio, liv. 3: *Ocyus ergo animus quam res se perciet ulla*; e no livro 4: *... edictum saepe unum perciet aures / omnibus in populo*.

Porém, os compostos de *cio* da quarta conjugação (*accio*, *concio*, *excio*, *percio*), cujos pretéritos e supinos são homónimos dos acima referidos⁵⁰ no que respeita à terminação e à significação, são muito mais frequentes. Plauto, *Milit.*: *Vos modo curate, ego illum probe iam oneratum huc accibo*; Sílio, liv. 9: *Romanus in arma / excibat de more suos*. Da mesma forma, Estácio, *Theb.*, liv. 4, Lucrécio, liv. 3: *Nec minus irai fax unquam subdita percit*; idem, liv. 6: *Cur tenebras ante et fremitus murmura concit*.

| | |
|--|---|
| Agora <i>oleo</i> faz <i>-üi</i> ⁵¹ e <i>-itum</i> ; tal como os seus compostos que mantêm o sentido ⁵² : os outros compostos fazem <i>-eui</i> , <i>-etum</i> . Todavia, <i>aboleui</i> dá <i>-itum</i> e <i>adoleui</i> dá <i>adultum</i> . | 1 |
| De <i>ueo</i> faz-se <i>-ui</i> e <i>-tum</i> : <i>moueo</i> e <i>foueo</i> provam-no. | 2 |
| De <i>caueo</i> forma-se <i>cautum</i> , de <i>faueo</i> , <i>fautum</i> . | |
| O verbo neutro admite somente <i>-ui</i> , como <i>flaueo</i> , <i>liueo</i> , e <i>paueo</i> , <i>ferueo</i> . <i>Connieo</i> exige <i>conniui</i> e também <i>-xi</i> ⁵³ . | 3 |
| Agora <i>audeo</i> faz <i>ausus</i> ; <i>gaudeo</i> requer <i>gauisus</i> ; e <i>soleo</i> faz <i>solitus</i> ; <i>solüi</i> , Crispo ⁵⁴ , era do teu agrado. | 4 |

1) *Oleo* tem atualmente *olui*, *olitum*. Os seus compostos que têm a mesma significação terminam de forma semelhante, como *oboleo*, *obolui*, *obolitum*; *suboleo*, *subolui*, *subolitum*; da mesma forma, *redoleo*, *peroleo*. Os restantes compostos que têm significação diversa pedem *-eui*, *-etum*, como, por exemplo, *exoleo*, ou melhor, *exolesco*, *exoleui*, *exoletum*; *obsoleo* ou *obsolesco*, *obsoleui*, *obsoletum*. *Aboleo* ou *abolesco* pede *aboleui*, *abolitum*; *adoleo* ou *adolesco*, *adoleui*, *adultum*.

2) Os que terminam em *-ueo* fazem o pretérito em *-ui*, com *u* consonântico, e o supino em *-tum*, como, por exemplo, *moueo*, *moui*, *motum*; *foueo*, *foui*, *fotum*. Contudo, *caueo* exige *caui*, *cautum* e *faueo* exige *fauui*, *fautum*.

3) Todavia, os verbos neutros terminados em *-ueo* ficam apenas com um pretérito em *-ui*, como *flaueo*, *flauui*; *liueo*, *liui*; *paueo*, *pauui*; *ferueo*, *ferui*. *Connieo*, porém, faz não só *conniui*, mas também *connixi*; todavia, é desprovido de supino.

4) *Soleo* faz *solitus sum*, verbo ao qual Salústio deu ainda a forma *solüi*; no entanto, a forma mais autorizada pelo uso é *solitus*.

Schol. 9.^[1] De uerbis a norma secundae coniugationis deficientibus

Oleo, olii, olitum (si tamen *olitum* usquam est) apud priscos etiam *oleui, oletum* fecit. Quae ex eo componuntur, si 'odorem' significant, hoc est, simplicis [p. 319] significationem retinent, in *-iui* et *-itum* exeunt, ut *oboleo, suboleo, redoleo, peroleo*. Plaut., *Most.*: ...*oboliuisti allium*;¹ Suet., in *Vesp.*, c. 8: *Voce etiam grauissima increpuit "Maluisssem allium oboluisssem"*.² Interdum maxime apud uetustissimos etiam in *-eui* desinunt. Plaut., *Casin.*: *Iam oboleuit Casina procul*;³ et Lucil., lib. 30, apud Priscianum: *Quis totum scis corpus iam perolesse bisulcis*; pro *peroleuisse*.⁴ Verbum hoc rarissime apud posteros inuenies. Lucret., lib. 6: *Rancida quo perolent proiecta cadauera ritu*.⁵ Atqui locus ex Plauti *Casina* citatus in omnibus libris aliter habetur: *Di, hercle, me capiunt seruatum iam oboluit Casina procul*;⁶ non uero *oboleuit*.

Quae a simplicis significatione discedunt *-eui* faciunt, ut *exoleo, inoleo*, uel potius *exolesco, adoleo, adolesco, aboleo, abolesco*, quorum *obsoleo* et *exoleo obsoletum* et *exoletum* faciunt; *inoletum* seu *inolitum* non memini legisse apud ueteres.

Adoleo, adultum, aboleo, abolitum hoc postremum exemplis fulciemus, nam de caeteris nulla est controuersia. Liu. 3, *Ab Vrb. Cuius rei prope iam memoria aboleuerat*;⁷ Tacit., lib. 4: *Illi quidem septuagesimum ante annum perempti imaginibus suis noscuntur, quas nec uictor quidem aboleuit*;⁸ idem, lib. 16: *Corpus non igni abolitum, ut Romanis mos est etc.*;⁹ Plin., lib. 14, cap. 4: *Quarundam ex his etiam iam nominibus abolitis*;¹⁰ Quint., lib. 1, cap. 6: *Sed abolita atque abrogata retinere insolentiae cuiusdam est*.¹¹ Priscianus legit apud Varr<onem>, lib. 3 *Rhet.*, *adoluerit*; Diomedes uero *adoleuerunt* legit. Vide illum, si uacat, libro 9; hunc, primo.

Tum *conniui*, tum *connixi* ostendit Priscianus eodem libro priscorum testimoniis.

Ferbeo etiam per *b* scribitur, ut idem eodem loco ait, unde *ferbui*. Quamuis autem *ferui* a *ferueo* sit inuentu rarissimum, *deferui* tamen aliquoties reperitur. Colum., lib. 12, c. 23: *Cum mustum deferuerit*;¹² sic Plin., ad *Quadrat<um>*, lib. 9, et Terent., in *Adelph.* *Deserbui* tamen, quemadmodum et reliqua composita, magis in usu esse comperimus. Ea sunt *conferbui, efferbui, inferbui, referbui*.

¹Plaut., *Most.* 39 ²Suet., *VC Ves.* 8,3 ³Plaut., *Cas.* 814 ⁴Lucil., *Sat. fr.* 30,1067 apud Prisc., *Inst.* 9 (*GLK* II 488) ⁵Lucr., *DRN* 6,1155 ⁶Plaut., *Cas.* 814 ⁷Liu., *AVC* 3,55,6 ⁸Tac., *Ann.* 4,35 ⁹Tac., *Ann.* 16,6 ¹⁰Plin., *Nat.* 14,44 ¹¹Quint., *Inst.* 1,6,20 ¹²Colum., *Rust.* 12,23,2.

^[1]Schol. 9 ... 'genere nato' [p. 320] *E'* om. *E*².

Escólio 9. Verbos que se afastam da norma da segunda conjugação

Oleo, olii, olitum (se é que *olitum* se encontra em algum passo) também fazia *oleui, oletum* nos autores arcaicos. Os compostos desse verbo, se significam ‘odor’, isto é, se retêm a mesma significação do verbo simples [p. 319], terminam em *-iui, -itum*, como, por exemplo, *oboleo, suboleo, redoleo, peroleo*. Plauto, *Most.*: ... *oblüisti allium*; Suetônio, em *Vesp.*, c. 8: *Voce etiam grauissima increpuit ‘Maluissem allium oboluisses’*. Por vezes, sobretudo nos autores mais arcaicos, também terminam em *-eui*. Plauto, *Casin.*: *Iam aboleuit Casina procul*; e Lucílio, liv. 30, citado em Prisciano: *Quis totum scis corpus iam perolesse bisulcis* (em vez de *peroleuisse*). Este verbo rarissimamente o encontrarás nos autores posteriores. Lucrécio, liv. 6: *Rancida quo perolent proiecta cadauera ritu*. Porém, o passo citado da *Casina* de Plauto tem uma redação diferente em todas as edições: *Di, hercle, me capiunt seruatum iam oboluit Casina procul* (e não *oboleuit*).

Os que se afastam da significação do verbo simples fazem *-eui*, a exemplo de *exoleo, inoleo* (ou melhor, *exolesco, inolesco*, pois as formas de *exoleo, inoleo* não as encontrarás facilmente), *obsoleo, obsolesco, adoleo, adolesco, aboleo, abolesco*, de entre os quais *obsoleo* e *exoleo* fazem respetivamente *obsoletum* e *exoletum; inoletum* ou *inolitum*, não me lembro de os ter lido nos autores antigos.

Adoleo, adultum, aboleo, abolitum: este último sustentá-lo-emos com exemplos, dado que a respeito dos outros não há qualquer discussão. Lívio, *Ab Vrb.* 3: *Cuius rei prope iam memoria aboleuerat*; Tácito, liv. 4: *Illi quidem septuagesimum ante annum perempti imaginibus suis noscuntur, quas nec uictor quidem aboleuit*; idem, liv. 16: *Corpus non igni abolitum, ut Romanis mos est* etc.; Plínio, liv. 14, c. 4: *Quarundam ex his etiam iam nominibus abolitis*; Quintiliano, liv. 1, c. 6: *Sed abolita atque abrogata retinere insolentiae cuiusdam est*. Prisciano leu em Varrão, *Rhet.*, liv. 3, *adoluerit*. Diomedes, porém, leu *adoleuerunt*. Vê, se te aprouder, do primeiro autor, o livro 9; e, deste último, o livro primeiro.

Que tanto *conniui* como *connixi* são possíveis mostra-o Prisciano no mesmo livro, com testemunhos dos autores arcaicos.

Ferbo também se escreve com *b*, conforme afirma Prisciano no mesmo passo; e dessa grafia forma-se *ferbui*. Apesar de *ferui*, do verbo *ferueo*, ser raríssimo de encontrar, *deferui*, todavia, encontra-se algumas vezes. Columela, liv. 12, c. 23: *Cum mustum deferuerit*; e também, Plínio, em carta a Quadrado, liv. 9, e Terêncio em *Adelph.* *Deferbui*, porém, e os restantes compostos, encontramo-los mais em uso. São eles: *conferbui, efferbui, inferbui, referbui*.

Ausi, gauisi prisca sunt.

Solūi pro solitus sum usus est Sallust., 2 *Hist.*, ut Priscianus, lib. 9, docet.

Exsolūi quoque pro *exsolitus sum*, Suet., de cl<assicis< rhet<oribus>: *Narrationes uberius explicare consumerant donec sensim haec exsolūerunt.*¹

Quidam addunt *moereo*, *moestus sum*, sed *moestus* potius nomen quam participium uidetur. Cic., *Ad Att.*, libro 1: *Qui moesti inter sui dissimiles et moerentes sedebant.*² Donatus, in secunda arte, quinque tantum neutropassiuā enumerat: *gaudeo, soleo, fio, fido*. Phocas affirmat tantum esse haec eadem quinque; idem sentit Priscianus, neque *coeno, prandeo, poto* a ueteribus appellantur ‘neutropassiuā’. Itaque *moereo* praeterito uidetur carere, quod Priscianus, lib. 8, ubi de defectiuīs agit, affirmat, ut supra diximus. Multa huius ordinis fuerunt apud uetustissimos etiam tertii, quorum nonnulla apud posteros inuenies.

Feruo -is apud Terentium, Virgilium, Propertium et nonnullos alios inuenitur. Propert., lib. [p. 320] 28: *Incipit et sicco feruere terra cane;*³ Virgil., 3, *Georg.*: *Omnia tum pariter uentos nimbisque uidebis / feruere.*⁴

Fulgo, effulgo apud eundem, 6 *Aen.*: *Illae autem paribus quas fulgere cernis in armis, / concordēs animae nunc;* idem, 8: *Instructo Marte, uideres / feruere Leucaten auroque effulgere fluctus.*⁶ Quintil., lib. 1, cap. 6, notat Lucilium quod *feruit* uerbo tertii ordinis fuerit usus: ait enim *feruo* Latinis inauditum esse. Probus Lucilii et Terentii testimoniis reprehendit eos qui id negant existimantes Virgilium breuem pro longa posuisse. Atqui *feruitur* dixit Afranius, en *Vopisco*: *Quanta uociferatione feruitur.*⁷

Libet, licet, piget, pudet, placet duplex praeteritum habent: *libuit, libitum est, licuit, licitum est, piguit, pigitum est, puduit, puditum est, placuit, placitum est. Miseret, misertum est uel miseritum est* tantum. A *taedet*, praeteritum *taeduit* formari debuit, sed apud ueteres non exstat; eius compositum *pertaedet pertaesum est* habet; quae omnia apud idoneos auctores inueniuntur. Plaut., *Amph.*: *Ita diis placitum uoluptati ut moeror comes consequatur;*⁸ Cic., *Ad Att.* 2, *liciturum* dixit: *Sed neque magnopere dixisse nobis laborandum quod nihilo magis ei liciturum esset plebeio Remp<ublicam> perdere quam similibus eius me consule patriciis esset licitum;*⁹ Liu., *Bel. Mac.* 2: *Non quemadmodum hodie utrumque uobis licet, sic semper liciturum est.*¹⁰ Nec uideo cur *liceo -es* non habeat supinum *licitum*, si opus fuerit. Plin, lib. 36, cap. 15, *puditurum* dixit, et Sallustius,

¹Suet., *Gram. Rhet.* 25,8 ²Cic., *Att.* 1,16,3 ³Prop., *Eleg.* 2,28,4 ⁴Verg., *Georg.* 1,455 ⁵Verg., *Aen.* 8,26-7 ⁶Verg., *Aen.* 8,676-7 ⁷Afran., *Tog.* 394 ⁸Plaut., *Amph.* 635 ⁹Cic., *Att.* 2,1,5 ¹⁰Liu., *AVC* 32,21,35 .

Ausi e *gauisi* são arcaicos.

Solüi, em lugar de *solitus sum*, usou-o Salústio, *Hist.* 2, como o mesmo Prisciano refere no livro 9.

Exsolüi também se encontra em lugar de *exsolitus sum*. Suetónio, *De classicis rhetoribus: Narrationes uberius explicare consumerant donec sensim haec exsolüerunt*.

Alguns acrescentam *moereo*, *moestus sum*, mas *moestus* mais parece ser um nome do que um participio. Cícero, *Ad Att.*, livro 1: *Qui moesti inter sui dissimiles et moerentes sedebant*. Donato, na segunda *Ars*, enumera apenas cinco neutropassivos⁵⁵: *gaudeo*, *soleo*, *fio*, *fido*⁵⁶. Focas afirma que só existem esses cinco. A mesma opinião tem Prisciano e, de resto, *coeno*, *prandeo* e *poto* não são denominados neutropassivos pelos Antigos. *Moereo* parece carecer de pretérito: assim o afirma Prisciano, ao falar dos defetivos no livro 8, conforme referimos acima. Nos autores mais antigos, muitos verbos desta conjugação eram também da terceira; e alguns deles poderás encontrá-los nos autores posteriores.

Feruo -is encontra-se em Terêncio, Virgílio, Propércio e em alguns outros autores. Propércio, liv. 2, elegia 28: [p. 320] *Incipit et sicco feruere terra cane*; Virgílio, *Georg.* 3: *Omnia tum pariter uentos nimisque uidebis / feruere*.

Fulgo e *effulgo* encontram-se no mesmo Virgílio, *Aen.* 6: *Illae autem paribus quas fulgere cernis in armis, / concordēs animae nunc*; idem, *Aen.* 8: *Instructo Marte, uideres / feruere Leucaten auroque effulgere fluctus*. Quintiliano, no livro 1, c. 6, censura Lucílio pelo facto de ter usado *feruit*⁵⁷ como verbo da terceira conjugação, afirmando que *feruo* é inusitado em latim. Probo, apoiado nos testemunhos de Lucílio e de Terêncio, repreende aqueles que, baseados no argumento de que Virgílio usou uma breve em vez de uma longa, recusam este verbo. No entanto, Afrânio escreveu *feruitur*, em *Vopiscus: Quanta uociferatione feruitur*.

Libet, *licet*, *piget*, *pudet* e *placet* têm dois pretéritos: *libuit*, *libitum est*; *licuit*, *licitum est*; *piguit*, *pigitum est*; *puduit*, *puditum est*; *placuit*, *placitum est*; *miseret*, *miseritum est* ou apenas *miseritum est*. De *taedet* devia formar-se o pretérito *taeduit*, mas não se encontra nos autores antigos. O seu composto *pertaedet* tem o pretérito *pertaesum est*. Todas essas formas de pretérito se encontram nos melhores autores. Plauto, *Amph.*: *Ita diis placitum uoluptati ut moeror comes consequatur*; Cícero, *Ad Att.* 2, escreve *liciturum*: *Sed neque magnopere dixisse nobis laborandum quod nihilo magis ei liciturum esset licitum*; Lívio, *Bel. Mac.* 2: *Non quemadmodum hodie utrumque uobis licet, sic semper liciturum est*. Não vejo razão para que *liceo -es* não tenha o supino *licitum*, caso seja necessário usá-lo. Plínio, liv. 36, c. 15, escreveu *puditurum*

poenitutum, ut notauit Quint., lib. 9, c. 3, et Accius in *Eoinausimache*. *Placita est pro placuit dixit Terent., Hecy.: ...et quae uobis placita conditio est datur;*¹ *ibid.: ...ubi sunt cognitae [fabulae] / placitae sunt;*² *idem, Heaut., complacitam pro complacuisse usurpauit; iterum, in Andr.: ...complacita est tibi;*³ *Sallust., Iug.: Igitur in locum ambobus placitum exercitus conueniunt;*⁴ *Gell., lib. 18, cap. 3: Complacitum est (consilium);*⁵ *idem, lib. 1, cap. 21: Atque ei statim displicita est insolentia et insuauitas amaroris.*⁶

Perdolitum est a uerbo *perdolet* dixit *idem*, lib. 9, c. 13: *Id subito perdolitum est cuidam T. Manlio, summo genere nato.*^{7[1]}

Tertia coniugatio

| | |
|---|---|
| Postulat in <i>-spicio</i> aut <i>-licio</i> quod desinit <i>-exi</i> | 1 |
| atque <i>-ectum</i> . <i>Elicui, elicutum</i> tamen <i>elicit optat</i> . | 2 |
| <i>A ieci, iactum; a feci</i> deducito <i>factum</i> . | |
| Vult <i>fugi fugitum</i> . <i>Sapui sapiiue</i> nec ultra | 3 |
| progreditur <i>sapio</i> . <i>Cupio -iui</i> gignit et <i>-itum</i> . | |
| Dat <i>capio cepi, captum</i> , sed <i>coepio</i> priscum | 4 |
| fert <i>coepi, coeptum</i> . A <i>rapui</i> deducito <i>raptum</i> . | |
| Dat <i>peperi partum</i> aut <i>paritum</i> ; sint <i>pignora quartae</i> . | |

1) Verba in *-spicio* aut *-licio* desinentia praeteritum, in *-exi*, supinum in *-ectum* exigunt, ut *conspicio, conspexi, conspectum; allicio, allexi, allectum*.

2) [p. 321] Attamen *elicio, elicui* habet et *elicitum; fodio, fodi, fossum, s* duplici; *fugio, fugi, fugitum; facio* item, *feci, factum; iacio -is, ieci, iactum*; quorum composita notanda^[2] sunt propter literarum uariationem, ut *afficio, affeci, affectum; adiicio, adieci, adiectum*.

3) Composita a uerbo *sapio* sunt *desipio, desipui* uel *disipii, resipio, risipui* uel *resipii*.

4) Quae oriuntur ex *capio* et *rapio* sunt *accipio, accepi, acceptum; concipio, concepi, conceptum; arripio, arripui, arreptum; corripio, corripui, correptum* et complura alia.

Coepio antiquum uerbum et inusitatum *coepi, coeptum* habet uel *coeptus sum*.

Pario, peperi, partum uel *paritum* facit. Eius composita ad quartam coniugationem spectant, qualia sunt *aperio, comperio, reperio*.

¹Ter., *Hec.* 241 ²Ter., *Hec.* 20-21 ³Ter., *And.* 645 ⁴Sall., *Iug.* 81,1 ⁵Gell., *NA* 18,3,4 ⁶Gell., *NA* 1,21,4 ⁷Gell., *NA* 9,13,13 .

^[1]Schol. 9 [p. 319] ... 'genere nato' *E'*] *om. E²* ^[2]notanda *E'*] *natanda E²* .

e Salústio escreveu *poenitutum* (conforme observou Quintiliano, liv. 9, c. 3) e também Áccio, em *Epinausimache*. Terêncio, em *Hecy.*, escreveu *placita est* em vez de *placuit: et quae uobis placita conditio est datur*; *ibid.* ... *ubi sunt cognitae [fabulae] / placitae sunt*; *idem*, *Heaut.*, usou *complacitam* em vez de *complacuisset*; e, novamente em *Andr.*: ...*complacita est tibi*; Salústio, *Iug.*: *Igitur in locum ambobus placitum exercitus conueniunt*; Gélio, liv. 18, c. 3: *Complacitum est (consilium)*; *idem*, liv. 1, c. 21: *Atque ei statim displicita est insolentia et insuauitas amaroris*.

Perdolitum est (do verbo *perdolet*), escreveu-o o mesmo Gélio, liv. 9, c. 13: *Id subito perdolitum est cuidam T. Manlio, summo genere nato*.

Terceira conjugação

| | |
|--|---|
| Os que terminam em <i>-spicio</i> ou <i>-licio</i> pedem pretérito em <i>-exi</i> e <i>-ectum</i> . <i>Eliceo</i> , porém, prefere <i>elicui, elicutum</i> . | 1 |
| <i>De ieci</i> forme-se <i>iactum</i> , de <i>feci, factum</i> . | 2 |
| <i>Fugi</i> quer <i>fugitum</i> . <i>Sapio</i> faz <i>sapui</i> ou <i>sapui</i> e não passa dessas formas. <i>Cupio</i> dá origem a <i>-iui</i> e <i>-itum</i> . | 3 |
| <i>Capio</i> dá <i>cepi, captum</i> , mas o arcaico <i>coepio</i> dá <i>coepi, coeptum</i> . De <i>rapio</i> forme-se <i>raptum</i> . <i>Peperi</i> dá <i>partum</i> ou <i>paritum</i> : os compostos sejam da quarta. | 4 |

1) Verbos terminados em *-spicio* ou *-licio* exigem pretérito em *-exi* e supino em *-ectum*, a exemplo de *conspicio, conspexi, conspectum; allicio, allexi, allectum*.

2) [p. 321] Contudo, *elicio* apresenta *elicui* e *elicutum*. *Fodio, fodi*, dá *fossum*, com *s* duplo; *fugio* dá *fugi, fugitum*. *Facio* também dá *feci, factum*: chame-se atenção para os seus compostos, por causa da alteração de letras: e.g. *afficio, affeci, affectum; adicio, adieci, adiectum*.

3) Os compostos dos verbos *sapio* são *desipio, desipui* ou *disipii; resipio, risipui* ou *resipii*.

4) Os que se formam de *capio* e de *rapio* são *accipio, accepi, acceptum; concipio, concepi, conceptum; arripio, arripui, arreptum; corripio, corripui, correptum* e muitos outros.

Coepio, verbo antigo e desusado, apresenta *coepi, coeptum* ou *coeptus sum*.

Pario faz *peperi, partum* ou *paritum*. Os seus compostos pertencem à quarta conjugação: e.g. *aperio, comperio, reperio*.

| | |
|--|---|
| Ex <i>quatio</i> , quasi raro <i>quassum</i> que supinum ducitur; at <i>cussi</i> , <i>cussum</i> composita tulere. | 1 |
| Rite - <i>üo</i> poscit - <i>üi</i> ac - <i>utum</i> ; sit <i>diluo</i> testis. | 2 |
| A <i>ruo</i> dic <i>ruitum</i> , sed - <i>utum</i> dant pignora tantum. | 3 |
| A <i>struxi</i> , <i>structum</i> ; a <i>fluxi</i> deducito <i>fluxum</i> . | |
| <i>Congruo</i> nulla <i>luo</i> metuoque <i>pluo</i> que supina, <i>annuo</i> cum sociis <i>batuo</i> , <i>ingruo</i> , <i>respuo</i> gignunt. | 4 |

1) *Quatio* habet *quassi*, *quassum*, quae tamen parum usitata sunt. Eius composita *cussi* et *cussum* sibi uendicant, ut *excutio* -*is*, *excussi*, *excussum*, etc.

2) Terminata in -*uo* praeteritum in -*üi*, per *u* uocalem, et -*utum* in supino exposcunt, ut *diluo*, *dilui*, *dilutum*, *minuo*, *minui*, *minutum*.

3) *Ruo*, *ru*, *ruitum* exhibuit non *rutum*, sed composita in -*utum* faciunt omnia, ut *diruo*, *dirui*, *dirutum*, *obruo*, *obru*, *obrutum*, *struo*, *struxi*, *structum*, *fluo*, *fluxi*, *fluxum*.

4) *Congruo* -*üi* tantum,^[1] *luo*, *lui*; *metuo*; *metui*, *pluo*, *plui*, *annuo*, item in -*üi* cum reliquis a *nuo* inusitato compositis, ut *innuo* -*üi*, *renuo* -*üi*, supinis destituuntur.

Schol. 10.^[2] De u<erbis> tertiae coniugationis in -*üo* et -*üo* desinentibus

Specio, *spexi*, *spectum* uerbum priscum est, unde nata sunt *aspicio*, *conspicio*, *despicio*, *inspicio*, *perspicio*, *respicio*. Lege Varronem, l. 5 *De ling<ua> L<atina>*.

Allicio, *illicio*, *pellicio* ex *lacio* uerbo obsoleto nata sunt. Vide Festum. *Allicui*, *pellicui*, quae Priscianus affert pro *allexi*, *pellexi*, iam exoleuerunt.

Varroni, *sapiui* uel *sapii*, Probo, *sapui*, Charisio, *sapui* uel *sapiui* probatur. Lege Priscianum, lib. 10. *Sapui* tamen caeteris uidetur usitatius, unde *resipui*, *desipui*. *Sapiui* fere ab omnibus auctoribus imminuitur *sapii*, unde *sapisti*. Mart., lib. 9: *Nubere uis Prisco; non miror Paula; sapisti*;¹ Terent., *Heaut.*: ...*cum te intelligo / resipisse*;² Plaut., *Mil.*: *Iam resipisti*;³ Cic., *resipiui* pleno uerbo usus est *Ad Att.*, lib. 4: *Vix aliquando, te auctore, resipiui*.⁴ Sic in correctis legitur, ubi quidam *resipui* legunt. Suet., in Nerone, c. 42: *Vtque resipiuit* etc.⁵ *Resipio* ait Diomedes migrasse in quartum ordinem, sed nullius testimonio id confirmat. *Sapitum*, media seu longa, seu breui, non uidetur usitatum.

¹Mart., *Epig.* 9,10,1 ²Ter., *Heaut.* 843-4 ³Plaut., *Mil.* 1345 ⁴Cic., *Att.* 4,5,1 ⁵Suet., *VC Nero* 42,1 .

^[1]et post tantum add. *E*¹ ^[2]Schol. 10 ... 'ulla ratis' [p. 323] *E*¹ om. *E*² .

| | |
|--|---|
| De <i>quatio</i> , <i>quassio</i> e o supino <i>quassum</i> raramente se formam; mas os seus compostos deram <i>cussi</i> , <i>cussum</i> . | 1 |
| Verbo em <i>-iio</i> pede legitimamente <i>-iui</i> e <i>-utum</i> : <i>diluo</i> é prova disso. | 2 |
| De <i>ruo</i> diz <i>ruitum</i> , mas os compostos dão apenas <i>-utum</i> . | 3 |
| De <i>struxi</i> forme-se <i>structum</i> ; de <i>fluxi</i> , <i>fluctum</i> . | |
| <i>Congruo</i> , <i>luo</i> , <i>metuo</i> , e <i>pluo</i> não geram quaisquer supinos tal como <i>annuo</i> , juntamente com <i>batuo</i> , <i>ingruo</i> , <i>respuo</i> . | 4 |

1) *Quatio* tem *quassi*, *quassum*, que, no entanto, são pouco usados. Os seus compostos reivindicam *cussi*, *cussum*, como, por exemplo, *excutio -is*, *excussi*, *excussum*, etc.

2) Os verbos terminados em *-iio* pedem pretérito em *-iui*, com *u* vocálico, e *-utum* no supino, como, por exemplo, *diluo*, *dilui*, *dilutum*; *minuo*, *minui*, *minutum*.

3) *Ruo* apresenta *rui*, *ruitum* (e não *rutum*). Contudo, todos os seus compostos fazem o supino em *-utum*: e.g. *diruo*, *dirui*, *dirutum*; *obruo*, *obruui*, *obrutum*; *struo*, *struxo*, *structum*; *fluxo*, *fluxi*, *fluxum*.

4) *Congruo* tem *congrui* apenas. *Luo lui*, *metuo metui*, *pluo plui* e também *annuo* fazem o pretérito em *-iui* e, juntamente com os restantes compostos (a saber, *innuo -iui*, *renuo -iui*) de *nuo*, verbo caído em desuso, são desprovidos de supinos.

Escólio 10. Sobre os verbos da terceira conjugação que terminam em *-iio* e *-iio*

Specio, *spexi*, *spectum* é um verbo arcaico do qual derivaram *aspicio*, *conspicio*, *despicio*, *inspicio*, *perspicio*, *respicio*. Lê Varrão, *De lingua Latina*, liv. 5.

Allicio, *illicio*, *pellicio* derivaram de *lacio*, verbo obsoleto. Vide Festo. *Allicui*, *pellicui*, que Prisciano aduz em lugar *allexi*, *pellixi*, já caíram em desuso.

Sapiui ou *sapii* têm aprovação de Varrão; *sapui*, a de Probo; *sapui* ou *sapiui*, a de Carísio. Lê Prisciano, liv. 10⁵⁸. Contudo, *sapui* parece ser mais usado do que os restantes; e dele provêm *resipui*, *desipui*. *Sapiui* é contraído em *sapii* por quase todos os autores; a partir desta contração, temos a forma *sapisti*. Marcial, liv. 9: *Nubere uis Prisco; non miror Paula; sapisti*; Terêncio, *Heaut.*: ... *cum te intelligo / resipisse*; Plauto, *Mil.*: *Iam resipisti*. Cícero usou *resipiui*, sem contração, em *Ad Att.*, liv. 4: *Vix aliquando, te auctore, resipiui*. Assim se lê, nas boas edições, este passo, no qual alguns leem *resipui*. Suetónio, em *Nero*, c. 42: *Vtque resipuit*, etc. *Resipio*, afirma Diomedes que passou para a quarta conjugação⁵⁹, mas não o corrobora com o testemunho de nenhum autor. *Sapitum*, com a sílaba do meio longa ou breve, não parece ser usado.

Coepio, quo Cato et Plautus usi sunt, exoleuit; praeteritum tantum et quae [p. 322] inde fiunt in usu sunt. Habet etiam praeteritum *coeptus sum*. Cic., *De clar<ibus> orat<oribus>*: *Hortensius igitur cum admodum adolescens orsus esset in foro dicere, celeriter ad maiores causas adhiberi coeptus est*;¹ *ibid.*, de eodem Hortensio: *Is cum satis floruisset adolescens, minor haberi coeptus est postea*.²

Cum *pario* priscis temporibus quartae fuerit coniugationis, nemini mirum uideri debet, si ex eo composita eiusdem sit ordinis. Cato, *De re rust.*, cap. 89: *Gallinas teneras, quae primum parierint, concludat*;³ sic Ennius, apud Priscianum, lib. 10: *Oua parere solet genus pennis condecoratum*.⁴ Partus participium citius quam *paritus* inuenias. Plin., lib. 7, cap. 8: *Eos appellauere Agrippas ut aegre partos*.⁵

Quatio, unde oriuntur *-cutio* syllabis terminata, ut *incutio*, *discutio*, etc., praeterito caret, ut Charisius apud Priscianum docet. Videtur tamen^[1] *quassum* aliquando habuisse, unde *quassae rates*, *arma quassa* et id genus alia. Item *quassare* uerbum frequentatiuum. Ouid., *In Ibin*: *Cumque ego quassa meae complectar membra carinae*;⁶ Senec., *De breuit<ate> uit<ae>*, 18: *Per quassos foratosque animos transmittitur*;⁷ Senec., *Thyest.*: *...imperii quassa est fides*.⁸

Pluo plui facit praeterito. Cato, *De re rust.*, c. 112: *Vbi pluerit et siccauerit, tunc deligito*;⁹ Liu., *Bel. Pun.* 4: *Romae, in foro Boario sanguinem pluisse [nunciabatur]*;¹⁰ *ibid.*, dec. 4, lib. 9: *Sanguinem per biduum pluisse in area Concordiae satis credebant*;¹¹ *ibid.*: *In area Vulcani et Concordiae sanguinem pluit*;¹² *ibid.*, lib. 7: *Terra apud se pluisse Tusculani nunciabant*;¹³ *ibid.*, 9: *Hac religione leuatis altera intecta quod sanguine per biduum pluisset in area Vulcani*;¹⁴ sic Plin., lib. 2, cap. 56, et Valer. Max., lib. 1 *De prodigiis*. Priscianus *pluui* putat esse, idque confirmat tribus locis decadis 2, quae non exstat. Illud, 1 *Ab Vrb.*, *Nunciatum est regi patribusque in monte Albano lapidibus pluisse*,¹⁵ uidetur etiam legisse Priscianus *pluisse*, sed in correctis *pluisse* legi. Cic. item, 2 *De diuin.*, *sanguinem pluisse* dixit.¹⁵ Quidam legit *pluisse*. Denique semper in castigatis libris *plui* non *pluui* inuenio. Verisimile tamen est et *pluui* olim fuisse usitatum. Apud Plautum, in prologo *Menaech.*, *pluui* quidem legitur: *Nam rus ut ibat, forte ut multum pluuerat, / ingressus fluuium* etc.;¹⁷ sed hic geminatum *u* est, ut carminis ratio postulat. Itemque apud Liuium, *Bel. Pun.* 7: *Et Sinuessae lacte pluisse [satis constabat]*.^{18 [2]}

¹Cic., *Brut.* 301 ²Cic., *Brut.* 236 ³Cato, *Agr.* 89,1 ⁴Enn., *Ann.* 1,8 apud Prisc., *Inst.* 8 (GLK II 401) ⁵Plin., *Nat.* 7,45 ⁶Ou., *Ib.* 17 ⁷Sen., *Dial.* 10,10,5 ⁸Sen., *Thy.* 239 ⁹Cato *Agr.* 112,2 ¹⁰Liu., *AVC* 24,10,8 ¹¹Liu., *AVC* 39,56,6 ¹²Liu., *AVC* 40,19,2 ¹³Liu., *AVC* 37,3,3 ¹⁴Liu., *AVC* 39,46,5 ¹⁵Liu., *AVC* 1,31,1 ¹⁶Cic., *Diu.* 2,58 ¹⁷Plaut., *Men.* 63 ¹⁸Liu., *AVC* 27,11,2.

[1] tamen *scrip.*] tamen *E'* .

Coepio, que Catão e Plauto usaram, caiu em desuso; só o pretérito e os tempos [p. 322] que dele se formam estão em uso. Também tem o pretérito *coeptus sum*. Cícero, *De claribus oratoribus*: *Hortensius igitur cum admodum adolescens orsus esset in foro dicere, celeriter ad maiores causas adhiberi coeptus est*; *ibid.*, a respeito do mesmo Hortênsio: *Is cum satis florisset adolescens, minor haberi coeptus est postea*.

Uma vez que *pario*, na época arcaica, terá sido da quarta conjugação, ninguém se admire pelo facto de os seus compostos serem dessa mesma conjugação. Catão, *De re rust.*, c. 89: *Gallinas teneras, quae primum parierint, concludat*; e também Ênio, citado por Prisciano, liv. 10: *Oua parere solet genus pennis condecoratum*. Encontra-se mais rapidamente o participio *partus* do que *paritus*. Plínio, liv. 7, c. 8: *Eos appellauere Agrippas ut aegre partos*.

Quatio, de onde provêm os verbos terminados nas sílabas *-cutio*, como *incutio*, *discutio*, etc., carece de pretérito, segundo defende Carísio, citado por Prisciano. Parece, contudo, que, outrora, terá tido o supino *quassum*, com base no qual se formaram *quassae rates*, *arma quassa* e outras expressões do mesmo tipo. *Quassare* é um verbo frequentativo. Ovídio em *Ibis*: *Cumque ego quassa meae complectar membra carinaeque*; Séneca, *De breuitate uitae* 18: *Per quassos foratosque animos transmittitur*; Séneca, *Thyest.*: ... *imperii quassa est fides*.

Pluo, no pretérito, faz *plui*. Catão, *De re rust.*, c. 112: *Vbi pluerit et siccauerit, tunc deligito*; Lívio, *Bel. Pun.* 4: *Romae, in foro Boario sanguinem pluisse [nunciabatur]*; *idem*, década 4, liv. 9: *Sanguinem per biduum pluisse in area Concordiae satis credebant*; *ibid.*: *In area Vulcani et Concordiae sanguinem pluit*; *ibid.*, liv. 7: *Terra apud se pluisse Tusculani nunciabant*; *ibid.* 9: *Hac religione leuatis altera intacta quod sanguine per biduum plisset in area Vulcani*; assim também Plínio, liv. 2, c. 56; e Valério Máximo, *De prodigiis*, liv. 5. Prisciano considera que existe *pluii* e confirma-o com três passos da década segunda⁶⁰, que não chegou até nós. Nesse passo de *Ab Vrbe* (*Nunciatum est regi patribusque in monte Albano lapidibus pluisse*), parece que Prisciano leu também *pluisse*, mas eu li *pluisse* em boas edições. Também Cícero, *De diuin.* 2, escreve *sanguinem pluisse* (alguém leu *pluisse*). Por fim, nas edições expurgadas encontrei sempre *plui*, e não *pluii*. Mas é provável que outrora *pluii* também fosse usado. Em Plauto, no prólogo de *Menech.*, lê-se efetivamente *pluii*: *Nam rus ut ibat, forte ut multum pluuerat, / ingressus fluuium* etc.; contudo este *u* está geminado, porque assim o exige a métrica. E também em Lívio, *Bel. Pun.* 7: *Et Sinuessae lacte pluisse [satis constabat]*.

Annutum et *renutum* inuenies apud Prisc<ianum>^[1] sed non probat. Videntur nonnulla ex his aliquando hubuisse supinum, unde nomina *nutus* et *renutus* relicta sunt. Sall., *Hist.*, lib. 1, *Nihil ob tantam mercedem sibi abnuituros*¹ dixit; et in 2, *arguituri: Falsum* [inquit] *filium arguituri*.² Horum prius credibile est deduci ab antiquo uerbo *abnueo* secundae coniugationis, quo titur Ennius: *Certare abnueo, metuo legionibus labem*.³

Luiturus utitur Claud., 6 *Consulatu Honorii: Vastato tandem poenas luitura profundo*.⁴

Cluo a nonnullis hic ponitur, cum sit secundi ordinis *clueo*, ut testimonia Pacuuii, Plauti et Lucretii docent. Illud Ciceronis in *Bruto*, *Tum duo Coepiones multum clientes consilio et lingua plus auctoritate tamen et gratia subleuabant*,⁵ quidam corrupte legunt *cluentes*.

Fluo, *effluo* etiam per -*üi* [p. 323] praeterito facere inuenio. Hoc, apud Lucretium, lib. 6: *Denique si calidis etiam cuncte relauaris / plenior efflueris solio feruentis aquai* etc.⁶ Illud, apud Martialem, lib. 1, ad Linum: *Nec nocuit tectis ignis nec Sirius agris, / nec mersa est pelago, nec fluit ulla ratis*.^{7 [2]}

| | |
|--|---|
| -Bo dat -bi, dat -itum. Careant <i>scabo</i> , <i>lambo</i> supinis. ^[3] | 1 |
| A <i>scripsi</i> , <i>scriptum</i> ; a <i>nupsi</i> deducito <i>nuptum</i> ; | 2 |
| -ici fert -ictum; a <i>duxi</i> depromito <i>ductum</i> ; | |
| a <i>parsi</i> , <i>parsum</i> ; geminat quoque <i>parco</i> <i>peperci</i> . | |
| <i>Vinco</i> cupit <i>uici</i> , <i>uictum</i> ; a <i>dixi</i> exige <i>dictum</i> . | |
| -Sco -ui -tumque petit, ceu <i>nosco</i> , <i>quiesco</i> , <i>suesco</i> ; | 3 |
| dat -gnitus <i>agnosco</i> , <i>cognosco</i> iungitur illi. | 4 |
| Dat <i>pasco</i> <i>pastum</i> . <i>Conquexi</i> linque uetustis. | |
| Vt <i>disco</i> , <i>didici</i> tantum, sic <i>posco</i> , <i>poposci</i> . | |
| <i>Dispesco</i> dat - <i>üi</i> , pariter <i>compescere</i> solum. | |

1) Verba in -*bo* -*bi* habent in praeterito et -*itum* in supino, ut *bibo*, *bibi*, *bibitum*; *deglubo*, *deglubi*, *deglubitum*.

2) *Scabo*, *scabi* -*atum* et *lambo*, *lambi*, sine supino. *Scribo*, uero *scripsi*, *scriptum*; *nubo*, *nupsi*, *nuptum*; *ico*, *ici*, *ictum*; *duco*, *duxi*, *ductum*; *uinco*, *uici*, *uictum*.

¹Sall., *Hist.* 1,50 ²Sall., *Hist.* 2,71 ³Enn., *Ann.* 8,262 ⁴Claud. (*Paneg. Cons. Hon.*) 28,140
⁵Cic., *Brut.* 97 ⁶Lucr., *DRN* 6,799-800 ⁷Mart., *Epig.* 4,66,13-4.

[1]Prisc<ianum> *scrip.*] Pisc. *E'* [2]Schol. 10 [p. 321] ... 'ulla ratis' *E'*] om. *E'* [3]Careant ... supinis *E'*] 'Scabo', 'lambo' carento supinis *E'*.

Annutum e renutum encontrá-los-ás em Prisciano, mas o autor não os comprova. Alguns verbos deste grupo parecem outrora ter tido supino, do qual subsistem os nomes *nutus e renutus*. Salústio, *Hist.*, liv. 1: *Nihil ob tantam mercedem sibi abnuituros*; e, no livro 2, escreve *arguituri: Falsum filium arguituri*. É provável que, no primeiro destes passos, *abnuituros* provenha do antigo verbo *abnueo*, da segunda conjugação, verbo que Ênio usa: *Certare abnueo, metuo legionibus labem*.

Luiturus é usado por Claudiano, *Consulatus Honorii* 6: *Vastato tandem poenas luitura profundo*.

Cluo é incluído neste conjunto por alguns autores, embora exista *clueo*, da segunda conjugação, como nos indicam os testemunhos de Pacúvio, Plauto e Lucrécio. No passo de Cícero, em *Brutus – Tum duo Coepiones multum clientes consilio et lingua plus auctoritate tamen et gratia subleuabant* –, alguns leem erroneamente *cluentes*.

Fluo, effluo, vejo que fazem [p. 323] o pretérito em *-üi*. Este último encontra-se em Lucrécio, liv. 6: *Denique si calidis etiam cum te relauaris / plenior efflueris solio fueruentis aquai*, etc; o primeiro, em Marcial, liv. 1, em epigrama dirigido a Linto: *Nec nocuit tectis ignis nec Sirius agris, / nec mersa est pelago, nec fluit ulla ratis*.

| | |
|---|---|
| -Bo dá <i>-bi</i> e <i>-bitum</i> . <i>Scabo, lambo</i> , careçam de supinos. | 1 |
| De <i>scripsi</i> forme-se <i>scriptum</i> ; de <i>nupsi nuptum</i> . | 2 |
| -Ici dá origem a <i>ictum</i> ; de <i>duxi</i> forme-se <i>ductum</i> , de <i>parsi, parsum</i> ; <i>parco</i> também redobra: <i>peperci</i> . <i>Vinco</i> deseja <i>uici, uictum</i> ; de <i>dixi</i> forma <i>dictum</i> . | |
| -Sco pede <i>-ui</i> e <i>-tum</i> , como em <i>nosco, quiesco, suesco</i> ; | 3 |
| <i>Gnosco</i> dá <i>-gnitus</i> : <i>cognosco</i> junta-se a ele. | 4 |
| <i>Pasco</i> dá <i>pastum</i> . Deixa <i>conquexi</i> para os arcaicos. Assim como <i>disco</i> só tem <i>didici</i> , também <i>posco</i> só tem <i>poposci</i> . <i>Dispesco</i> dá somente <i>-üi</i> ; e também <i>compesco</i> . | |

1) Verbos em *-bo* têm *-bi* no pretérito e *-itum* no supino: e.g. *bibo, bibi, bibitum; deglubo, deglubi, deglubitum*.

2) *Scabo* faz somente *scabi -atum*; e *lambo, lambi*, sem supino. *Scribo*, porém, faz *scripsi, scriptum; nubo, nupsi, nuptum; ico, ici, ictum; duco, duxi, ductum; uinco, uici, uictum*.

3) Quae finiuntur in *-sco* praeteritum habent in *-ui*, per *u* consonantem, et *-tum* in supino, ut *nosco, noui, notum; quiesco, quiui, quietum; suesco, sueui, suetum*.

4) *Agnosco* tamen *agnoui, agnitum* facit; *cognosco, cognoui, cognitum; pasco, paui, pastum*. *Conquinisco* nec praeteritum nec supinum admittit, nam praeteritum *conquexi* uetustum est; *disco, didici*, sine supino; sic *posco, poposci* tantum; *dispecto dispescui* solum habet, et *compesco, compescui*.

Schol. 11.^[1] De uerbis tertiae coniugationis in *-bo* et *-co* finitis

Lambitum inuenies apud Priscianum sin ullo testimonio.

Nupsi uel *nupta sum*, utrumque enim usitatum est. Cic., *Pro Cluent.*: *Quae breui tempore post patris mortem A. Aurio Melino consobrino suo nupsit*;¹ idem, ad Cat., lib. 15: *Quo cum esset nupta regis Armeniorum soror*;² Plaut., *Asin.*: *...ego istuc scio . Ita fore illi dum quidem cum illo nupta eris*;³ Liu., *Bel. Pun.* 4: *Sed animos eis regios regias coniuges fecisse, alteri Hieronis, alteri Gelonis filias nuptas*;⁴ ibid.: *Cui Gelonis filia nupta erat*;⁵ Curt., lib. 4: *Quam scio alicui seruorum suorum nupturam*.⁶

Sorbo -is, sorpsi, sorptum, sit ne usitatum beneque Latinum, supra dictum est.

Parsi et *parsurus* apud bonos auctores leguntur. Plaut., *Curcul.*: *Qui homo mature quaesiuit pecuniam / nisi eam mature parsit esurit*;⁷ idem, *Trinum.*: *Neu tibi aegritudinem pater parerem, parsit sedulo*;⁸ Terent., *Hecy.*: *...heu me infelicem, hanccine ego uitam parsit perdere?*;⁹ idem, *Phorm.*: *Suum defraudans genium comparsit miser* etc.;¹⁰ Suet., in *Tiber.*, c. 62: *Neptibus parsurus*;¹¹ Liu., *Bel. Mac.* 5: *Nec impensae, nec labori, nec periculo parsurum*;¹² idem, *Bel. Pun.* 6: *Albam, unde oriundi erant proruerunt, ne stirpis, ne [p. 324] memoria originum suarum exstaret nedum eos Capuae parsuros credam*.¹³

Parco etiam *parciturum* uidetur fecisse. Plin., lib. 33, cap. 4: *Italiae parciturum est uetere interdicto patrum, ut diximus*;¹⁴ quem locum quidam sic corrigunt: *Italiae parci uetere interdicto patrum diximus*. Et, quod non nihil ad rem facit, inde nomen *parcitas* uidetur factum. Senec., 1 *De clement.*: *Ciuitatis mores magis corrigit parcitas animaduersionum*.¹⁵ Item, *parcuri* priscum praeteritum, apud Nonium.

¹Cic., *Clu.* 11 ²Cic., *Fam.* 15,3,1 ³Plaut., *Asin.* 869-870 ⁴Liu., *AVC* 24,25,6 ⁵Liu., *AVC* 24,24,2 ⁶Curt., *Alex.* 4,11,20 ⁷Plaut., *Curc.* 379-380 ⁸Plaut., *Trin.* 316 ⁹Ter., *Hec.* 282 ¹⁰Ter., *Phorm.* 44 ¹¹Suet., *VC Tib.* 62,3 ¹²Liu., *AVC* 35,44,6 ¹³Liu., *AVC* 26,13,16 ¹⁴Plin., *Nat.* 33,78 ¹⁵Sen., *Clem.* 1,22,2 .

^[1]Schol. 11 ... eruditus [p. 324] *E'* om. *E*² .

3) Os verbos que terminam em *-sco* têm pretérito em *-ui*, com *u* consonântico, e *-tum* no supino, como *nosco, noui, notum; quiesco, quieui, quietum; suesco, sueui, suetum*.

4) *Agnosco*, porém, faz *agnoui, agnitum; cognosco, cognoui, cognitum; pasco, paui, pastum*. *Conquinisco* não admite nem pretérito nem supino, pois o pretérito *conquexi* é arcaico; *disco, didici*, sem supino; também *posco, poposci* (somente). *Dispesco* tem apenas *dispescui*; e *compesco, compescui*.

Escólio 11. Sobre os verbos da terceira conjugação terminados em *-bo* e *-co*

Lambitum poderás encontrá-lo em Prisciano, sem qualquer testemunho.

Nupsi ou *nupta sum* são, na verdade, ambos usados. Cícero, *Pro Cluent.*: *Quae breui tempore post patris mortem A. Aurio Melino consobrino suo nupsit*; idem, *Ad Cat.*, liv. 15: *Quo cum esset nupta regis Armeniorum soror*; Plauto, *Asin.*: ... *ego istuc scio. Ita fore illi dum quidem cum illo nupta eris*; Lívio, *Bel. Pun.* 4: *Sed animos eis regios regias coniuges fecisse, alteri Hieronis, alteri Gelonis filias nuptas*; ibid.: *Cui Gelonis filia nupta erat*; Cúrcio, liv. 4: *Quam scio alicui seruorum suorum nupturam*.

Sorbo -is, sorpsi, sorptum: já acima se discutiu se é usado e se fica bem em latim.

Parsi e parsurus leem-se nos melhores autores. Plauto, *Curcul.*: *Qui homo mature quaesiuit pecuniam / nsi eam mature parsit esuriti*; idem, *Trinum.*: *Neu tibi aegritudinem pater parerem, parsi sedulo*; Terêncio, *Hecy.*: ... *heu me infelicem, hancine ego uitam parsi perdere?*; idem *Phorm.*: *Suum defraudans genium comparsit miser*, etc.; Suetônio, em *Tiber.* c. 62: *Nepotibus parsurus*; Lívio, *Bel. Mac.* 5: *Nec impensae, nec labori, nec periculo parsurum*; idem, *Bel. Pun.* 6: *Albam, unde oriundi erant proruerunt, ne stirpis, ne [p. 324] memoria originum suarum exstaret, nedum eos Capuae parsuros credam*.

Parco também parece ter feito *parciturum*; Plínio, liv. 33, c. 4: *Italiae parciturum est uetere interdicto patrum, ut diximus* – passo que alguns corrigem da seguinte forma: *Italiae parci uetere interdicto patrum diximus*. E, mais decisivo para este assunto, o nome *parcitas* parece vir desse *parciturum*. Séneca, *De clement.* 1: *Ciuitatis mores magis corrigit parcitas animaduersionum*. Também *parcui*, pretérito arcaico, se lê em Nônio.

Pallad., lib. 14, de insitione: *Pomaque pasturi blando redolentia succo.*¹

Conquinisco, teste Capro, apud uetustissimos *conquexi* fecit.

Prisc., lib. 10, supina *discitum*, *poscitum*, *compescitum*, *dispescitum* admittit, sed 11, ubi de participiis in *-rus* agit, se reuocat docetque uerba unde haec fiunt fupinis carere. Apuleius, in *Phaedone*, *disciturus* dixit, cuius sermo non semper probatur eruditus.^[1]

| | |
|--|---|
| <i>-Do -di, -sum</i> gignit, ueluti <i>defendere, cudo</i> . | 1 |
| <i>N</i> tamen amittunt <i>fundo</i> , cum <i>scindere findo</i> . | 2 |
| <i>S</i> geminat <i>fissum</i> ac <i>scissum</i> . Dat <i>pandere passum</i> . | |
| <i>Tundo</i> petit <i>tutudi, tunsum</i> , sed pignora, <i>-tusum</i> | 3 |

1) Si uerbum finiatur in *-do* habet praeteritum in *-di* et *-sum* in supino, ut *defendo, defendi, defensum; cudo, cudi, cusum; mando; mandi; mansum; sic accendo, incendio, offendo, excudo, percudo*. Notanda sunt composita a uerbo *scando*, cuius supinum non est in usu; usurpatur tamen in compositis: *ascendo, ascendi, ascensum; descendo, descendi, descensum; conscendo, conscendi, concensum*.

2) *Fundo* tamen habet *fudi, fusum, n* litera abiecta, sicut etiam *scindo, scindi; findo, fidi*; quae duo consonantem *s* geminant in supino: *scissum, fissum. Pando, pandi, passum*.

3) *Tundo, tutudi, tunsum*; eius composita, *-tusum*, amisso *n*, ut *contundo, contudi, contusum; retundo, retudi, retusum*.

| | |
|--|---|
| Sume <i>cado, cecidi, casum</i> , sed nata supino (demptis inde tribus) careant. Cape <i>caedo, cecidi, caesum</i> . Dat <i>tentum</i> uel <i>tensum tendo, tetendi</i> . <i>Pendo pependi</i> habet, simul inde educito <i>pensum</i> . | 1 |
| Tum <i>rudo</i> , tum <i>sido</i> , tum <i>strido</i> carento supinis. | 2 |
| Dant <i>-si, -sum claudio, laedo</i> , cum <i>rodere trudo</i> , | 3 |
| <i>diuido</i> cum <i>plaudio, rado</i> cum <i>ludere</i> . <i>-Vasi</i> ac <i>-uasum</i> a <i>uado</i> capiunt sibi pignora tantum. | 4 |
| <i>Cedo</i> petit <i>cessi, cessum</i> facit inde supino. | 5 |
| <i>Fido</i> sibi <i>fisus</i> , ueluti composita, reseruat. | |

¹Pallad., Agr. 14,111.

^[1]Schol. 11 [p. 323] ... eruditus *E'*] om. *E*².

Paládio, liv. 14, sobre a enxertia: *Pomaque pasturi blando redolentia succo*.

Conquinisco, segundo testemunho de Capro, fazia *conquexi* nos autores mais arcaicos.

Prisciano, liv. 10, admite os supinos *discitum*, *poscitum*, *compescitum*, *dispescitum*, mas no livro 11, quando trata dos participípios em *-rus*, retrata-se e defende que os verbos de onde provêm essas formas carecem de supinos. Apuleio, autor cujo estilo nem sempre é aprovado pelos eruditos, escreveu *disciturus*, em *Phaedon*.

| | |
|---|---|
| Do origina <i>-di -sum</i> , a exemplo de <i>defendo</i> e <i>cudo</i> . | 1 |
| Contudo, <i>fundo</i> , juntamente com <i>scindo</i> e <i>findo</i> , perdem o <i>n</i> . | 2 |
| <i>Fissum</i> e também <i>scissum</i> duplicam o <i>s</i> . <i>Pando</i> dá <i>passum</i> . | |
| <i>Tundo</i> pede <i>tutudi</i> , <i>tunsum</i> , mas os compostos dão <i>-tusum</i> . | 3 |

1) Se o verbo terminar em *-do*, tem o pretérito em *-di* e o supino em *-sum*, a exemplo de *defendo*, *defendi*, *defensum*; *cudo*, *cudi*, *cusum*; *mando*, *mandi*, *mansum*; da mesma forma, *accendo*, *incendo*, *offendo*, *excudo*, *percudo*. Atente-se aos compostos do verbo *scando*: o seu supino não se encontra em uso, mas os seus compostos têm-no (e.g. *ascendo*, *ascendi*, *ascensum*; *descendo*, *descendi*, *descensum*; *conscendo*, *conscendi*, *concessum*).

2) *Fundo*, contudo, tem *fudi*, *fusum*, com perda da letra *n*, assim como *scindo*, *scindi* e *findo*, *fidi*, que redobram a consoante *s* no supino: *scissum*, *fissum*. *Pando*, *pandi*, *passum*.

3) *Tundo*, *tudui*, *tunsum*: os seus compostos fazem *-tusum*, perdendo a letra *n*: e.g. *contudi*, *contusum*; *retundo*, *retudi*, *retusum*.

| | |
|--|---|
| <i>Cado</i> toma <i>cecidi</i> , <i>casum</i> : no entanto, os compostos careçam de <i>supino</i> (excetuando três). <i>Caedo</i> toma <i>cecidi</i> , <i>caesum</i> . <i>Tendo</i> dá <i>tetendi</i> e <i>tentum</i> ou <i>tensum</i> . <i>Pendo</i> tem <i>pependi</i> ; e, simultaneamente, derive-se daí <i>pensum</i> . | 1 |
| Quer <i>rudo</i> , quer <i>sido</i> , quer <i>strido</i> carecem de supinos. | 2 |
| Dão <i>-si</i> e <i>-sum</i> <i>claudio</i> , <i>laedo</i> , <i>rodo</i> , <i>trudo</i> , | 3 |
| <i>diuido</i> , <i>plaudio</i> , <i>rado</i> e <i>ludo</i> . De <i>uado</i> | 4 |
| apenas os compostos tomam para si <i>-uasi</i> e <i>-uasum</i> . | |
| <i>Cedo</i> pede <i>cessi</i> ; e daí faz no supino <i>cessum</i> . | 5 |
| Para <i>fido</i> reserva para si <i>fisus</i> , tal como os seus compostos. | |

1) *Cado, cecidi, casum*.^[1] Composita supino destituuntur, ut *accido, accidi; excido, excidi; intercido, intercidi*; praeter tria: *incido, incidi, incasum; occido, occidi, occasum; recido, recidi, recasum*.

At *caedo cecidi, caesum* facit, cuius composita mutant diphthongum *ae* in *i* longum: *concido, concidi, concisum; excido, excidi, excisum; intercido, intercidi, intercisum*.

Tendo uero [p. 325] *tetendi, tensum* uel *tentum* habet; *pedo, pepedi tantum; pendo, pependi, pensum*.

2) Supino carent *rudo, rudi; sido, sidi; strido, stridi*.

3) Haec si *-sum* faciunt, *clauso, clausi, clausum; laedo, laesi, laesum; rodo, rosi, rosum; trudo, trusi, trusum; diuido, diuisi, diuisum; plaudo, plausi, plausum; rado, rasi, rasum; ludo, lusi, lusum*. Notabis quae in compositione patiuntur literarum uariationem, ut *excludo, concludo a claudio; allido, collido, elido a laedo; complodo, explodo, supplodo a plaudo*.

4) *Vado* praeterito caret et supino; composita *-uasi* et *-uasum* habent, ut *euado, euasi, euasum; inuado, inuasi, inuasum*.

5) *Cedo*, sine diphthongo, *cesi, cessum*; composita sine literae mutatione permanent, ut *accedo, accessi, accesum; concedo, excedo, incedo, praecedo, procedo*.

Fido, fisis sum; sic et composita *confido, confisus sum; diffido, diffisus sum*.

Schol. 12.^[2] De uerbis tertiae coniugationis in *-do* finitis

'*Cudo*', ut inquit Prisc., lib. 10, *secundum Diomedem, Charisium, Phocam, 'cusi'*; *secundum alios, 'cudi'*, et uidetur etiam Virgilius sic protulisse in *1 Aen.*: "*Ac primum silicis scintillam excudit Achates / suscepitque ignem foliis*".¹ '*Excudit*' enim tam praesens quam praeteritum potest intelligi, sed, quia '*suscepit*' subiunxit, melius praeteritum intelligitur. Idque etiam Seruius in *Commentar<io> Aeneidos* comprobat his uerbis: "*'Excudit*' autem '*feriendo eiecit*', quia '*'cudere*' est '*'ferire*'".² Haec Priscianus.

Verum quod ad Diomedem attinet, cum Diomedes ipse lib. 1 dixisset *Cudo, cusi* mox se reuocauit his uerbis: *uel potius 'cudi', ut eius compositum, 'Ac primum scilicis scintillam excudit Achates'*.

Phocas *cudi* probat, non *cusi*. *Pauca*, inquit, *praeterea eamdem clausulam habent, nouissima litera praesentis temporis in 'i' conuersa: 'ico', 'ici'; 'soluo', 'solui'; 'cudo', 'cudi'; 'uoluo', 'uolui'*.³ Haec grammatici.

¹Verg., *Aen.* 1,174 ²Seru., *Aen.* 1,174 *apud* Prisc., *Inst.* 10 (GLK II 515-6) ³Phoc., *Ars* (GLK V 433).

[¹]sed post '*casum*' add. *E*¹ [²]Schol. 12 ... lib. 4 [p. 327] *E*¹] om. *E*².

1) *Cado, cecidi, casum*. Os compostos são desprovidos de supino, como, por exemplo, *accido, accidi; excido, excidi; intercido, intercidi*, com exceção destes três verbos: *incido, incidi, incasum; occido, occidi, occasum; recido, recidi, recasum*.

No entanto, *caedo* faz *cecidi, caesum*; os seus compostos mudam o ditongo *ae* para *i* longo: *concido, concidi, concisum; excido, excidi, excisum; intercido, intercidi, intercisum*.

Tendo, porém, faz [p. 325] *tetendi, tensum* ou *tentum; pedo* faz somente *pepedi; pendo, pependi, pensum*.

2) Carecem de supino: *rudo, rudi; sido sidi; strido stridi*.

3) Fazem *-si -sum* os seguintes: *claudio, clausi, clausum; laedo, laesi, laesum; rodo, rosi, rosum; trudo, trudi, trusum; diuido, diuisi, diuisum; plaudio, plausi, plausum; rado, rasi, rasum; ludo, lusi, lusum*. Deverás tomar atenção àqueles que na composição sofrem alteração de letras, como, por exemplo, *excludo* e *concludo*, compostos de *claudio*; *allido, collido* e *elido*, compostos de *laedo*; *complodo, explodo* e *supplodo*, compostos de *plaudio*.

4) *Vado* carece de pretérito e de supino; os compostos têm *-uasi* e *-uasum*, como, por exemplo, *euado, euasi, euasum; inuado, inuasi, inuasum*.

5) *Cedo*, sem ditongo, faz *cessi, cessum*; os seus compostos permanecem sem alteração de letras como, por exemplo, *accedo, accessi, accessum; e concedo, excedo, incedo, praecedo, procedo*.

Fido, fisisum; e assim os seus compostos *confido, confisusum; diffido, diffisusum*.

Escólio 12. Os verbos da terceira conjugação terminados em *-do*

Prisciano, no liv. 10, diz o seguinte: «*Cudo*, de acordo com Diomedes, Carísio e Focas, fazia *куси*, mas, de acordo com outros gramáticos, fazia *куди*; e parece que Virgílio também se exprimiu assim em *Aen.* 1: *Ac primum silicis scintillam excudit Achates / suscepitque ignem foliis*. De facto, *excudit* pode ser visto ora como presente ora como pretérito, mas, como escreveu a seguir *suscepit*, parece ser antes pretérito. Isso mesmo o comprova Sérvio, no seu comentário à *Eneida*, com estas palavras: ‘*Excudito*’ autem, ‘*feriendo eiecit*’, quia ‘*cuđere*’ est *ferire*.⁶¹» São estas as palavras de Prisciano.

Todavia, no que diz respeito a Diomedes, e apesar de Diomedes, no liv. 1, ter escrito *кудо, куси*, retratou-se pouco depois, com estas palavras: «Ou melhor, *куди*, como o seu composto: *Ac primum scilicis scintillam excudit Achates*.»

Focas aprova *куди*, não *куси*: «Poucos, além disso, têm a mesma cláusula, uma vez que a última letra do tempo presente é transformada em *i*: *ico, ici; soluo, solui; cudo, куди; uoluo uolui*». Isto é o que dizem os gramáticos.

Audi Columellam, lib. 8, cap. 5: *Die undeuigesimo animaduertat an pulli rostellis oua pertuderint*;¹ idem, lib. 11, initio: *Claudius Augustalis agricolationum sermonibus instigatus excudit mihi, cultus hortorum prosa ut oratione componerem*;² idem, lib. 4, c. 14: *Ne noceri possit excusis anserculis, quos enecant urticae, si teneros pupugerint*.³ *Excusis* dixit ab *excudo*, quo in eadem signif<icatione> ibidem utitur: *Quoniam* (inquit) *negatur anser aliena excudere oua, nisi subiecta sua quoque habuerit*;⁴ sic Varro, lib. 3, cap. 9 *De re rust.*: *Excusos pullos subducendum ex singulis nidis et subiiciendum ei quae habeat paucos; ab eaque, si reliqua sunt oua pauciora, tollenda et subiicienda aliis quae nondum excuderint*.⁵

Itaque *cudo dudi* facit, ut composita *percudi, excudi*; supina *incusum, excusum*, simplici *s*, scribuntur ab *incudo, excudo*. Pers., saty. 2: *Si tibi crateras argenti incusaque pingui / auro dona feram*;⁶ Virg., *Georg.* 1: *...lapidemque reuertens / incusum aut atrae massam picis urbe reportat*;⁷ Horat., *Carm.* 1, od. 35, *Ferrum recusum*⁸ dixit. At *incussum, excussum*, gemino *s*, a uerbis *incutio, excutio* fiunt. Plinium haud aliter quam *-cusum* dicere nusquam inuenio. Palladius utrumque usurpat, *n* litera modo detracta, interdum inserta. Plautus autem in compositis *obtundo* et *retundo* eandem literam in supinis retinuit. Sic enim [p. 326] ait in *Casin.*: *...obtunso / ore nunc peruelim progredi / senem*;⁹ idem, *Pseud.*: *...quamdiu / mihi cor retunsum est*;¹⁰ ibid.: *Te cum securi caudicali praeficio prouinciae*. LO. At *haec retunsa est*.¹¹

Passus, expassus a pando fiunt, *n* litera in *s* mutata; sicut a *findo, fissum, frendo, fressum, scindo, scissum*. *Pansus* tamen inuenio apud Vitruuium, lib. 3, c. 1: *Namque si homo collocatus fuerit supinus manibus et pedibus pansis etc.*;¹² ibid.: *Eaque mensura relata fuerit ad manus pansas*.¹³ Et ab eius composito *dispando, dispansus*, apud Lucretium, lib. 1, et Plin., lib. 2, c. 103: *In Illyricis supra fontem frigidum expansae uestes acceduntur*;¹⁴ idem, lib. 31, cap. 6: *Expansa circa nauim uellera madescent*;¹⁵ et Pallad., mense Nouemb<re>, tit<ulo> 7: *In umbra* (inquit) *castanae siccentur expansae*. Demum Gellius, lib. 15, cap. 15, dum *capillum passum* interpretatur, quasi *porrectum et expansum* uertit.¹⁶ Plautus *dispessis manibus* dixit in *Milit.*, tamquam a *dispendo*, quo etiam ibidem, in extremo, utitur: *Vbi libet dispendite hominem diuorsum et distentum*.¹⁷

¹Colum., *Rust.* 8,5,14 ²Colum., *Rust.* 11,1,1 ³Colum., *Rust.* 8,14,7 ⁴Colum., *Rust.* 8,14,6
⁵Varro, *Rust.* 3,9,13 ⁶Pers., *Sat.* 2,52-3 ⁷Virg., *Georg.* 1,274-5 ⁸Hor., *Carm.* 1,35,39-40
⁹Plaut., *Cas.* 862-3 ¹⁰Plaut., *Pseud.* 1044-5 ¹¹Plaut., *Pseud.* 158-9 ¹²Vitr., *Arch.* 3,1,3 ¹³Vitr.,
Arch. 3,1,3 ¹⁴Plin., *Nat.* 2,105 ¹⁵Plin., *Nat.* 2,228 ¹⁶Gell., *NA* 15,15,3 ¹⁷Plaut., *Mil.* 1407.

Ouve o que diz Columela, liv. 8, c. 5: *Die undeuigesimo animaduertat an pulli rostellis oua pertuderint*; idem, liv. 11, no início: *Claudius Augustalis agricolationum sermonibus instigatus excudit mihi, cultus hortorum prosa ut oratione componerem*; idem liv. 4, c. 14: *Ne noceri possit excusis anserculis, quos enecant urticae, si teneros pupugerint*. O autor escreve *excusis* (do verbo *excudo*), que usa com a mesma significação, na mesma obra: *Quoniam negatur anser aliena excudere oua, nisi subiecta sua quoque habuerit*; assim Varrão, *De re rust.*, liv. 3, c. 9: *Excusos pullos subducendum ex singulis nidis et subiiciendum ei quae habeat paucos; ab eaque, si reliqua sunt oua pauciora, tollenda et subiicienda aliis quae nondum excuderint*.

Por fim, *cudo* faz *cudi*, assim como os compostos fazem *percudi* e *excudi*. Os supinos de *incudo* e *excudo* escrevem-se *incusum*, *excusum*, com *s* simples. Pérsio, sátira 2: *Si tibi crateras argenti incusaque pingui / auro dona feram*; Virgílio, *Georg.* 1: *... lapidemque reuertens / incusum aut atrae massam picis urbe reportat*; Horácio, *Carm.* 1, ode 35, escreveu *ferrum recusum*. Contudo, os supinos de *incutio* e *excutio* fazem-se com *s* duplo: *incussum*, *excussum*. Reparo que Plínio nunca escreve outra forma que não *-cusum*. Paládio usa ambos, umas vezes com a letra *n*, outras vezes sem ela. Plauto, porém, nos compostos *obtundo* e *retundo*, mantém essa mesma letra nos supinos. Com efeito, diz [p. 326] assim, em *Casin.*: *... obtunso / ore nunc peruelim progredi / senem*; idem, em *Pseud.*: *... quamdiu / mihi cor retunsum est*; *ibid.*: *Te cum securi caudicali praeficio prouinciae. LO. At haec retunsa est*.

Passus e *expassus* formam-se do verbo *pando*, transformando a letra *n* em *s*, tal como acontece em *findo*, *fissum*, *frendo*, *fressum*, *scindo*, *scissum*. *Pansus*, porém, encontro-o em Vitruvius, liv. 3, c. 1: *Namque si homo collocatus fuerit supinis manibus et pedibus pansis* etc.; *ibid.*: *Eaque mensura relata fuerit ad manus pansas*. E do seu composto *dispando* existe *dispansus* em Lucrécio, liv. 1, e em Plínio, liv. 2, c. 103: *In Illyricis supra fontem frigidum expansae uestes acceduntur*; idem, liv. 31, c. 6: *Expansa circa nauim uellera madescunt*; e Paládio, mês de Novembro, título 7, diz: *In umbra castaneae siccentur expansae*; por fim, Gélcio, liv. 15, c. 15, quando explica *capillus passus*, glosa-o como ‘espalhado e solto’. Plauto, em *Miles*, escreveu *dispessis manibus*, como se fosse formado a partir de *dispendo*, verbo que usa no final da mesma obra: *Vbi libet dispendite hominem diuorsum et distentum*.

Prendo disyllabum *prendidi* etiam facit. Sil., lib. 5: ...*hinc lancea turbine nigro / fert lethum cuicumque uiro, quem prendidit ictus.*¹

Descendo quoque *descendidi* apud priscos habuit, ut lib. 7, cap. 9, Gellius attestatur.

Edo, edi, esum, Plaut., *Menaech.*: *Vbi esuri sumus?*² Sic *adesum, ambesum, peresum, comesum*. Idem, *Pseud.*: *Iamne illum comesurus es?*³ Cic., *Pro Cluent.*: *Celerius potuit comesum quam epotum in uenas permanere?*⁴ idem, *In Sall<ustium>*: *Patrimonio non como, sed deuorato.*⁵ Priscianus *comestum* legit *Pro Cluent.* Diomedes ait dubitasse ueteres dicendum ne esset *comesus* an *comestus*, sed *Didymus* ait [inquit idem Diomedes de Sallustio] '*comesta patrimonia*'; *Valgius* autem '*comesa patina*'.⁶ Similiter et Varro et ita melius *adesa* et *ambesa*.⁷ *Comesta* et *comestura*⁸ apud Catonem, *De re rust.*, cap. 157 leguntur. *Acinis electis et comestis*,⁹ apud Varronem. Sic Valer. Max., lib. 9, cap. 12: *Cum iam comestis omnibus superuenisset.*¹⁰

Scando et *mando*, ut ait Prisc., lib. 11, praeteritis carent, quamuis utrumque apud uetustissimos inueniatur. *Mansus* certe apud Ciceronem est, 2 *De orat.*: *Atque omnia minima mansa, ut aiunt, nutrices infantibus in os inserant;*¹¹ et Quint., lib. 10, c. 1, *cibos mansos* dixit,¹² et Plin., lib. 26, c. 12: *Phrynion dicitur etiam abscissos sanare neruos, si confestim imponatur trita uel mansa.*¹³ Phocas neque *scandi* neque *mandi* reiecit.

Frendo -is, frendi, fressum, gemino *s*, priscum est, de quo supra diximus.

Nonnulla composita ex *cado*, supinum habent, ut *incido, occido, recido*. Plin., lib. 2, cap. 27: *Verum haec ideo facta, quia incasura erant illa;*¹⁴ Mela, lib. 3, cap. 6: *In ea, quod sol longe occasurus exsurgit, breues utique noctes sunt;*¹⁵ Cic., *Pro Mil.*: *Vosque obsecro, iudices, ut uestra beneficia, quae in me contulistis, aut in huius salute augeatis, aut in eiusdem exitio occasura esse iubeatis;*¹⁶ idem, *Ad Att.*, lib. 4: *Id ego puto ut multa eiusdem ad nihilum recasurum.*¹⁷

Composita ex uerbo *tendo*, frequentius in *-tus* exeunt: *contentus, extensus, intentus, praetentus, protentus*. Dicitur et *extensus, intensus; ostensus* tamen elegantius est quam *ostentus*, [p. 327] quo prisci usi sunt. Seneca, *Herc. fur.*, act. 2, *tenderant* dixit pro *tetenderant*: *Et qua plena rates carbasa tenderant;*¹⁸ et Prop., lib. 3, *tendisti* pro *tetendisti*.

¹Sil., *Pun.* 15,631-2 ²Plaut., *Men.* 147 ³Plaut., *Pseud.* 1126 ⁴Cic., *Clu.* 173 ⁵Cic., *Sal.* 20 ⁶Diom. *Ars* 1 (GLK I 387) ⁷Varro, *apud* Diom. *Ars* 1 (GLK I 387) ⁸Cato, *Agr.* 50,2 ⁹Varro, *Men.* 523 ¹⁰Val. Max., *Mem.* 9,12,6 ¹¹Cic., *De orat.* 2,162 ¹²Quint., *Inst.* 10,1,19 ¹³Plin., *Nat.* 26,130 ¹⁴Plin., *Nat.* 2,97 ¹⁵Mela., *Chor.* 3,57 ¹⁶Cic., *Mil.* 100 ¹⁷Cic., *Att.* 4,18,4 ¹⁸Sen., *Herc. fur.* 538 .

Prendo, dissílabo, também faz *prendidi*. Sílio, liv. 5: ... *hinc lancea turbine nigro / fert lethum cuicumque uiro, quem prendidit ictus*.

Descendo também teve *descendidi* nos autores arcaicos, como o comprova Gélío no livro 7, c. 9.

Edo, *edi*, *esum*. Plauto, *Menaech.*: *Vbi esuri sumus?* E assim também *adesum*, *abesum*, *peresum*, *comesum*. Idem, *Pseud.*: *Iamne illum comesurus es?*; Cícero, *Pro Cluent.*: *Celerius potuit comesum quam epotum in uenas permanere?*; idem, *In Sallustium: Patrimonio non comeso, sed deuorato*. Prisciano lê *comestum* no passo citado de *Pro Cluent*. Diomedes diz que os autores arcaicos punham em dúvida se se deveria dizer *comesus* ou *comestus*: «Dídimo, porém [lê-se em Diomedes, referindo-se a Salústio], escreve *comesta patrimonia*; Válgio, contudo, diz *comesa patina*». E também Varrão; e, por isso, é melhor escrever *adesa* e *ambesa*. *Comesta* e *comestura* leem-se em Catão, *De re rust.*, c. 157. Em Varrão, lê-se *acinis electis et comestis*. Da mesma forma, Valério Máximo, liv. 9, c. 12: *Cum iam comestis omnibus superuenisset*.

Scando e *mando*, de acordo com Prisciano, liv. 11⁶², carecem de pretéritos, apesar de ambos se encontrarem nos autores mais antigos. *Mansus* existe, de facto, em Cícero, *De orat.* 2: *Atque omnia minima mansa, ut aiunt, nutrices infantibus in os inserant*; e Quintiliano, liv. 10, c. 1, escreveu: *cibos mansos*; Plínio, liv. 26, c. 12: *Phrynion dicitur etiam abscissos sanare nervos, si confestim imponatur trita uel mansa*. Focas não rejeita *scandi* nem *mandi*.

Frendo -is, *frendi*, *fressum*, com duplo s, é arcaico; sobre ele, falámos acima.

Alguns compostos de *cado* têm supino, como *incido*, *occido*, *recido*. Plínio, liv. 2, c. 27: *Verum haec ideo facta, quia incasura erant illa*; Mela, liv. 3, c. 6: *In ea, quod sol longe occasurus exsurgit, breues utique noctes sunt*; Cícero, *Pro Mil.*: *Vosque obsecro, iudices, ut uestra beneficia, quae in me contulistis, aut in huius salute augeatis, aut in eiusdem exitio occasura esse iubeatis*; idem, *Ad Att.*, liv. 4: *Id ego puto ut multa eiusdem ad nihilum recasurum*.

Os compostos do verbo *tendo* terminam mais frequentemente em -tus: *contentus*, *extentus*, *intentus*, *praetentus*, *protentus*; todavia, escrevem-se também *extensus*, *intensus*. *Ostensus*, contudo, é mais elegante do que *ostentus*, que [p. 327] é a forma que os autores antigos usaram. Séneca, *Herc. fur.*, ato 2, escreveu *tenderant* em vez de *tetenderant*: *Et qua plena rates carbasa tenderant*; e Propércio, liv. 3, escreveu *tendisti* em vez de *tetendisti*.

Pedo. Huius uerbi supinum non facile inuenies. Qui putant habere *peditum* non satis probant; carmen enim quo id docent uarie legitur, ita ut ignores sitne nomen an uerbum.

A *pendo* Liu., lib. 5, dec. 5, *pendissent* dixit: *Vectigal dimidium eius, quod regi pendissent.*¹

Sido praeteritum mutuatur a *sedeo*, *sedi*, teste Prisciano. Proprio tamen usus est Colum., lib. 2, cap. 24: *Deinde patiemur picem considerare et, cum siderit, aquam elequabimus;*² et cap. 41: *Quae in colo subsiderunt.*³ Sic Vitruu., lib. 2, cap. 4; item, Lucret., lib. 6: *...et multae per mare passum / subsidere suis pariter cum ciuibus urbes;*⁴ Sen. 2 *De benef.*, cap. 8, *Cum subsidit cupiditas* et caetera⁵ dixit a *susido*.

Claudo etiam *cludo* ab auctoribus probatis dicitur.

Vasi, *uasum*, ut supra diximus, inusitata sunt, quae habent composita, ut *inuado*, *inuasi*, *inuasum*; *peruado*, *peruadi*, *peruasum*. *Vasi* solum apud Tertullianum, lib. *De pallio*, cap. 3, inuenitur: *Ad illum [inquit] ex Libya Hammon uasit ouium diues.*⁶

Fido passivae uocis praeteritum *fisus sum* habet, sicut et composita *confido*, *diffido*, quorum participia frequenter inuenies. Cic., *Pro Rosc. Comoed.*: *Facultate causae confisus;*⁷ ita Caesar, *Bel. ciuil.* 1, et ibidem, lib. 3; item Vitruu., lib. 1, cap. 1, et Virg., *Aen.* 5: *...pelago confide sereno.*⁸ Participio *diffisus* utitur Cic., *Pro Mur.*: *Fateor quoque me in adolescentia diffisum ingenio meo quaesisse adiumenta doctrinae;*⁹ et 2 *Verr.*; item, 4 *Academ.*, et Lucan., lib. 4.^[1]

| | |
|--|---|
| Dat -xi, -ctum -go uel -guo, ut <i>plango</i> , <i>extinguo</i> . Supinis | 1 |
| -n tamen abiiciunt <i>stringo</i> , cum <i>pingere fingo</i> . | 2 |
| <i>Tango</i> cupit <i>tetigi</i> , <i>tactum</i> . <i>Egi</i> ago poscit et <i>actum</i> . | |
| <i>Prodigio</i> cum <i>dego</i> , <i>ningo</i> priuato supinis. | 3 |

1) Quae in -go uel -guo terminantur -xi et -tum postulant, ut *plango*, *planxi*, *planctum*; *lingo*, *linxi*, *linctum*; *sugo*, *suxi*, *suctum*; *exsugo*, *exsuxi*, *exsuctum*; *extinguo*, *extinxi*, *extinctum*; *restinguo*, *restinxi*, *restinctum*.

¹Liu., *AVC* 45,26,15 ²Colum., *Rust.* 12,24,2 ³Colum., *Rust.* 12,42,2 ⁴Lucr., *DRN* 6,589-590
⁵Sen., *Ben.* 2,14,1 ⁶Tert., *Pall.* 3,5 ⁷Cic., *Rosc. Com.* 2 ⁸Verg., *Aen.* 5,870 ⁹Cic., *Mur.* 63 .

^[1]Schol. 12 [p. 325] ... lib. 4 *E'* om. *E*² .

Pedo. O supino deste verbo não o encontrarás facilmente. Aqueles que consideram que tem o supino *peditum* não o provam satisfatoriamente; o poema com que o defendem apresenta lições variadas, de tal forma que não se sabe se é um nome ou um verbo.

Do verbo *pendo*, Lívio, liv. 5, década 5, escreveu *pendissent: Vectigal dimidium eius, quod regi pendissent*.

Sido toma o pretérito de empréstimo de *sedeo, sedi*, segundo afirma Prisciano. Contudo, Columela, liv. 2, c. 24, também usou o pretérito próprio desse verbo: *Deinde patiemur picem considerare et, cum siderit, aquam eliquabimus*; e, no c. 41: *Quae in colo subsiderunt*. Também Vitrúvio, liv. 2, c. 4; e ainda Lucrécio, liv. 6: ... *et multae per mare passum / subsidere suis pariter cum ciuibus urbes*; Séneca, *De benef.*, c. 8, escreve *subsidit*, como forma do verbo *subsido*: *Cum subsidit cupiditas* etc.

Claudo, e também *cludo*, dizem-se com testemunho dos melhores autores.

Vasi, uasum, tal como acima dissemos, são verbos desusados, que têm compostos como *inuado, inuasi, inuasum* e *peruado, peruasi, peruasum*. *Vasi* só se encontra em Tertuliano, *De pallio*, c. 4: *Ad illum ex Libya Hammon uasit ouium diues*.

Fido tem *fisus sum* como pretérito da voz passiva, tal como os seus compostos *confido* e *diffido*⁶³; os seus participios encontrá-los-ás frequentemente em Cícero, *Pro Rosc. Comoed.: Facultate causae confisus*; e César, *Bel. Ciuil.* 1; e ibidem, liv. 3; e também em Vitrúvio, liv. 1, c. 1; e em Virgílio, *Aen.*, liv. 5: ... *pelago confide sereno*. O participio *diffisus* é usado por Cícero, *Pro Mur.:* *Fateor quoque me in adolescentia diffisum ingenio meo quaesisse adiumenta doctrinae* etc.; e *Verr.* 2; e em *Academ.* 4; e Lucano, liv. 4.

| | |
|--|---|
| Dá -xi, -ctum a verbos em -go ou -guo: <i>plango, extinguo</i> . Contudo | 1 |
| os seguintes rejeitam <i>n</i> nos supinos: <i>stringo, pingo</i> e <i>fungo</i> | 2 |
| <i>Tango</i> prefere <i>tetigi, tactum</i> ; <i>ago</i> pede <i>egi, actum</i> . | |
| <i>Prodigo, dego</i> e <i>ningo</i> ficam privado de supinos. | 3 |

1) Os verbos que terminam em -go ou -guo exigem -xi e -ctum: e.g. *plango, planxi, planctum*; *lingo, linxi, linctum*; *sugo, suxi, suctum*; *exsugo, exsuxi, exsuctum*; *extinguo, extinxi, extinctum*; *restinguo, restinxi, restinctum*.

2) Quaedam *n* literam quam habent in praesenti et praeterito amittunt in supino, ut *stringo, strinxi, strictum; pingo, pinxi, pictum; fingo, finxi, fictum*.

3) Duo composita uerbi *ago* supino carent: *prodigo, prodegi; dego, degi*. *Ningo* item *ninxi tantum habet*.

| | |
|--|---|
| Sume <i>pago pepigi, pactum; cape pangere, panxi,</i> uel <i>pegi, pactum; gaudent</i> composita secundo. Dat <i>legi lectum, fregi</i> dat <i>frangere, fractum</i> . <i>Neglige, -xi, -ctum</i> , cum <i>intelligo diligo</i> poscit. | 1 |
| Dat <i>pungo pupugi, punctum; dant</i> pignora ferme <i>-punxi</i> . Vult <i>-si, -sum spargo</i> , cum <i>mergere tergo</i> . | 2 |
| Dant <i>-xi, -xum figo, frigo; sed frigere</i> poscit ulterius <i>frictum</i> . Geminis caret <i>ango</i> supinis. | 3 |
| | 4 |

[p. 328] 1) *Pago -is pepigi, pactum* habet; *pango* uero, *panxi* uel *pegi, pactum*; cuius composita *pegi* faciunt, ut *compingo, compegi, compactum; impingo, imegi, impactum*.

2) *Pungo pupugi* et *punctum* obtinuit, at composita *punxi*, ut *expungo, expunxi, expunctum; interpungo -xi -unctum*.

3) *Spargo -si -sum*. Notanda composita quae mutant *a* in *e*: *aspergo, aspersi -sum; conspergo, conspersi -sum*, etc.; *mergo, mersi -sum; tergo -si -sum*.

4) *Figo, fixi, fixum; frigo, frixi, frixum* uel *frictum; ango, anxi* sine supinis.

Schol. 13.^[1] De uerbis in -go desinentibus

Pergo, surgo, a *rego* composita uerba sunt imminuta, pro *perrego, surrego*; praeterita et supina plana sunt: *perrexi, perrectum; surrexi, surrectum*.

Ringo -is non uidetur usitatum.

Ringor deponens praeterito caret, ut initio diximus.^[1]

Pepigi, ut Quint. docet, lib. 1, cap. 6, fit a uerbo prisco *pago*, quod ‘paciscor’ significat, *prima quoque aliquando positio*, inquit, *ex obliquis inuenitur, ut memoria repto conuictos a me qui reprobant quod hoc uerbo usus essem, ‘pepigi; nam id quidem dixisse summos auctores confitebantur, rationem tamen negabant permittere, quia prima positio ‘paciscor’, cum haberet natura patiendi, faceret tempore praeterito ‘pactus sum’*.

^[1]Schol. 13 ... ‘allio defricto’ [p. 329] *E*¹] om. *E*².

2) Alguns verbos perdem no supino a letra *n* que têm no presente e no pretérito: e.g. *stringo, strinxí, strictum; pingo, pinxi, pictum; fingo, finxi, fictum*.

3) Dois compostos do verbo *ago* carecem de supino: *prodigo, prodegi; dego, degi*. *Ningo*, também, tem apenas *ninxi*.

| | |
|--|--------|
| <i>Pago</i> toma <i>pepigi, pactum; pango</i> toma <i>panxi</i> ou <i>pegi, pactum</i> . Os seus compostos usam a segunda alternativa. | 1 |
| [<i>Lego</i>] dá <i>legi, lectum; frango, fregi, fractum</i> . | |
| [<i>Neglego</i>] pede <i>neglexi, neglectum</i> , assim como <i>intelligo, diligo</i> . | |
| <i>Pungo</i> dá <i>pupugi, punctum</i> : os seus compostos recebem quase sempre <i>punxi</i> . <i>Spargo, mergo, tergo</i> requerem <i>-si, -sum</i> . | 2 3 |
| <i>Figo, frigo</i> fazem <i>-xi, -xum</i> ; porém, <i>frigo</i> pede ainda <i>frixi, frixum</i> . <i>Ango</i> carece de ambos os supinos. | 4 |

[p. 328] 1) *Pago -is* apresenta *pepigi, pactum*, mas *pango* apresenta *panxi* ou *pegi, pactum*. Os seus compostos fazem *pegi*: e.g. *compingo, compegi, compactum; impingo, impegi, impactum*.

2) *Pungo* recebe *pupugi* e *punctum*; os seus compostos, porém, recebem *punxi*: e.g. *expungo, expunxi, expunctum; interpungo, interpunxi, interpunctum*.

3) *Spargo -si, -sum*. Notem-se os compostos que mudam o *a* para *e*: *aspergo, aspersi, -sum; conspergo, conspersi, -sum* etc.; *mergo, mersi, mersum; tergo, -si, -sum*.

4) *Figo, fixi, fixum; frigo, frixi, frixum* ou *frixi, frixum*. *Ango, anxi* não tem supinos.

Escólio 13. Os verbos terminados em *-go*

Pergo e *surgo* são compostos sincopados de *rego* (em vez de *perrego* e *surrego*); os pretéritos plenos são *perrexi, perrectum; surrexi, surrectum*.

Ringo -is não parece ser usado.

Ringor, verbo depoente, carece de pretérito, como dissemos no início.

Pepigi forma-se do verbo antigo *pago*, que significa ‘fazer um pacto’, conforme explica Quintiliano, liv. 1, c. 6: «Por vezes, a primeira terminação do verbo também se pode encontrar a partir das posições oblíquas, pois lembro-me de o ter demonstrado a algumas pessoas que me repreendiam por eu ter usado o verbo *pepigi*; reconheciam, de facto, que os melhores autores tinham escrito esse verbo, contudo negavam que o sistema

Nos praeter auctoritatem oratorum atque historicorum analogia quoque dictum tuebamur. Nam cum in XII tabulis legeremur 'Ni ita pagunt' inueniebamus simile huic 'cadunt'; inde prima positio, etiamsi uetustate exoleuerat, apparebat 'pago' ut 'cado', unde non erat dubium sic 'pepigi' nos dicere ut 'ceceidi'.¹ Hactenus ille.

Pango, panxi. Colum., lib. 11, cap. 2: *Olearem taleam oportet, cum panxeris, fimo et cinere mistis oblinere;*² Pallad., *panctae et pancturus* dixit mense Ian<uario>, tit<ulo> 14: *Vel quae iam panctae sunt, nudatae laetamen accipiunt;*³ idem, mense Feb<ruario>, tit<ulo> 9: *Qui pancturus est, proiecta circa surculos sarmenta sine ullo errore deponet.*⁴ Est etiam apud eundem, mense Oct<obre>, hic titulus praefixus, "De notanda uitium fertilitate quam prouidebimus panctioni".⁵ Quare haud temere fortasse quis dixerit ut a *panxi panctum*, sic a *pegi pactum* deduci. Plin., lib. 2, cap. 96: *Loca sunt in quibus in terram depacta non extrahuntur;*⁶ sic idem, lib. 17, c. 21, et alibi. Fecit et *pegi*, ut docet Priscianus, quod nunc in compositione manet: *impingo, compingo, impegi, compegi*.

Prodigo, dego ex *ago* composita, *prodegi, degi*, quamuis *prodegi* parum sit usitatum, carent supinis; at *cogo coegi coactum* facit.

Suctum etiam in usu fuit. Pall., mense Feb., tit. 26: *Licet plures possit educare, tamen frequentiore numero sucta deficiet, de sue foemina loquitur.*⁷ Eius compositum *exsuctus* est usitatus. Colum., lib. 1, prooe<mio>: *Et exsucto sudore sitim quaerimus;*⁸ Varro, *De re rust.*, lib. 1, cap. 40: *Semina uidere oportet ne uetustate sint exsucta;*⁹ Vitruu., lib. 2, cap. 8: *Materia per caementorum raritatem exsucta;*¹⁰ Gell., lib. 20, cap. 7: *Ostrea tenuis exsuctaque est.*¹¹ Ex quibus et simplicis et compositi supina colliguntur. Nomen *suctus* apud Plinii reperitur.

Nihil causae est cur *lingo* excipiatur, cum *linctum* sit in usu. [p. 329] Plin., lib. 35, c. 15: *Prodest et suspiriosis linctum [sulphur].*¹²

Pupugi frequentissimum est, at *punxi* non facile inuenias.

Diomedes, lib. 1, existimat *anxus sum* ab *angor* deduci. Priscianus putauit *anctum* esse supinum, sed neutrum est in usu.

¹Quint., *Inst.* 1,6,10-11 ²Colum., *Rust.* 11,2,42 ³Pallad., *Agr.* 2,14 ⁴Pallad., *Agr.* 3,9 ⁵Pallad., *Agr.* 11,3 ⁶Plin., *Nat.* 2,211 ⁷Pallad., *Agr.* 3,26 ⁸Colum., *Rust.* 1pr,16 ⁹Varro, *Rust.* 1,40,2 ¹⁰Vitr., *Arch.* 2,8,2 ¹¹Gell., *NA* 20,8,3 ¹²Plin., *Nat.* 35,177 .

da língua o permitisse, porquanto a primeira posição *paciscor*, visto ter uma natureza passiva, deveria fazer *pactus sum* no tempo pretérito. Quanto a nós, defendíamos essa maneira de dizer não apenas com a autoridade dos oradores e dos historiadores, mas também com base na analogia. Efetivamente, depois de lermos *Ni ita pagunt* nas XII Tábuas, descobrimos que *cadunt* era semelhante a essa forma. Por isso, ainda que a primeira posição tivesse ficado obsoleta devido ao seu carácter arcaico, *pago* parecia ser equivalente a *cado*, e não havia dúvida de que era a partir dessa forma que nós dizíamos *pepigi*, da mesma maneira que dizemos *cecidi*.» São estas as suas palavras.

Pango, panxi. Columela, liv. 11, c. 2: *Olearem taleam oportet, cum panxeris, fimo et cinere mistis oblinere*; Paládio escreve *panctae* e *pancturus*, no mês de Janeiro, título 14: *Vel quae iam panctae sunt, nudatae laetamen accipiunt*; idem, no mês de Fevereiro, título 9: *Qui pancturus est, proiecta circa surculos sarmenta sine ullo errore deponet*. Existe ainda, no mesmo autor, no mês de Outubro, este título: *De notanda uitium fertilitate quam prouidebimus panctioni*. Por essa razão, talvez não seja temerário alguém dizer que *panctum* se forma de *panxi*, à semelhança de *pactum*, que se forma de *pegi*. Plínio, liv. 2, c. 96: *Loca sunt in quibus in terram depacta non extrahuntur*; idem, liv. 17, c. 21, e em outros passos. Esse verbo também fazia *pegi* nos autores arcaicos, como informa Prisciano, mas essa forma permanece atualmente apenas em composição⁶⁴: *impingo, compingo, imegi, compegi*.

Prodigio e *dego*, compostos de *ago*, com os respectivos pretéritos *prodegi* e *degi* (embora *prodegi* seja pouco usado), carecem de supinos; *cogo*, porém, faz *coegi, coactum*.

Suctum também foi usado. Paládio, mês de Fevereiro, título 26: *Licet plures possit educare, tamen frequentiore numero sucta deficiet* (refere-se a uma suína). O seu composto *exsuctus* é mais usado. Columela, liv. 1, próemio: *Et exsucto sudore sitim quaerimus*; Varrão, *De re rust.*, liv. 1, c. 40: *Semina uidere oportet ne uetustate sint exsucta*; Vitrúvio, liv. 2, c. 8: *Materia per caementorum raritatem exsucta*; Gélio, liv. 20, c. 7: *Ostrea tenuis exsuctaque est*. Encontram-se supinos desses verbos, quer nos simples, quer nos compostos. O nome *suctus* encontra-se em Plínio.

Não há razão para excetuar *lingo*, já que *linctum* está em uso. [p. 329] Plínio, liv. 35, c. 15: *Prodest et suspiriosis linctum [sulphur]*.

Pupugi é frequentíssimo ao passo que *punxi* não o encontrarás facilmente.

Diomedes, liv. 1, considera que *anxus sum* se forma de *angor*. Prisciano considerou que *anctum* era um supino, todavia nenhum dos dois se encontra em uso.

*Frictus a frigo probati auctores usi sunt. Horat, in Art.: Nec si quid fricti ciceris probat et nucis emptor;*¹ Plin., lib. 30, cap. 12: *Locustae frictae cum seuo hircino;*² idem, lib. 22, cap. 25: *Faba fricta torminibus medetur;*³ Cels., lib. 6, cap. 15: *Pares portiones salis fricti et iridis frictae;*⁴ Colum., lib. 6, cap. 13: *Scabies extenuatur trito allio defricto.*^{5[1]}

| | |
|--|---|
| <i>Traxi, tractum; a uexi deducito uectum.</i> | 1 |
| <i>-Lo, -luit atque -litum. Colo, cultum; consulo gignit consultum; occulit, occultum; ast alo poscit et altum.</i> | 2 |
| <i>Ante caret cello, praecello, excello supinis.</i> | 3 |
| <i>Praeteritum duplex, perculsi, peculit, optat percello, percusum; haud plura require supina.</i> | |
| <i>Dat pello pepuli, pulsum. Vult fallo fefelli, falsum, sed proles utrumque; refello supinum despicit. A uelli aut uulsi deducito uulsum.</i> | 4 |
| <i>Sublatum tollo nunc tantum ac sustulit optat. Sallo facit salli, salsum. Dat psallere psalli.</i> | |
| <i>Malo, uolo, nolo cum psallo carento supinis.</i> | |

1) *Traho traxi, tractum habet; ueho, uexi, uectum; et composita: contraho, -xi, -ctum; eueho, euexi, euectum.*^[2]

2) *Finita in -lo -lui et -litum faciunt, ut molo, molui, molitum; sed colo, colui, cultum; consulo, consului, consultum; occulo, -iui, -ultum; alo, alui, alitum uel altum.*

3) *Haec tria supinis deficiunt: antecello -lui, praecello -lui, excello -lui. Percello perculsi uel perculi, percusum habet.*

4) *Notanda composita a pello, quae primam amittunt in praeterito: appello, appuli, appulsum; compello, compulsi, compulsum; sic repello, expello, impello, etc.*

Refello, compositum a fallo, refelli tantum sine supino.

| | |
|--|---|
| <i>-Mo per -iui dat itum. Tremo flectitur absque supino.</i> | 1 |
| <i>Dant -psi, -ptum demo, promo, cum sumere como.</i> | 2 |
| <i>Emi fert emptum; premo, pressi, s duplice, pressum.</i> | 3 |

¹Hor., *Ars* 249 ²Plin., *Nat.* 30,111 ³Plin., *Nat.* 22,140 ⁴Cel., *Med.* 16,15,1 ⁵Colum., *Rust.* 6,13,1.

^[1]Schol. 13 [p. 328] ... 'allio defricto' *E*¹] *om. E*² ^[2]'Meio' item 'minxi', 'mictum' *post* 'euectum' *add. E*².

Fricus, do verbo *frigo*, foi usado pelos melhores autores. Horácio, em *Ars: Nec si quid fricti ciceris probat et nucis emptor*; Plínio, liv. 30, c. 12: *Locustae frictae cum seuo hircino*; idem, liv. 22, c. 25: *Faba fricta torminibus medetur*; Celso, liv. 6, c. 15: *Pares portiones salis fricti et iridis frictae*; Columela, liv. 6, c. 13: *Scabies extenuatur trito allio defricto*.

| | |
|---|---|
| De <i>traxi</i> forma <i>tractum</i> , de <i>uexi</i> , <i>uectum</i> . | 1 |
| -Lo, -luit e -litum. Colo, cultum: consulo gera <i>consultum</i> ; <i>occulo</i> , <i>occultum</i> ; mas <i>alo</i> exige <i>altum</i> . | 2 |
| <i>Antecello</i> , <i>praecello</i> , <i>excello</i> carecem de supinos. | 3 |
| <i>Percello</i> quer dois pretéritos: <i>perculsi</i> e <i>perculi</i> ; mas supinos apenas um: <i>perculsum</i> . | |
| <i>Pello</i> dá <i>pepuli</i> , <i>pulsum</i> . <i>Fallo</i> quer <i>fefelli</i> , <i>falsum</i> ; mas o seu composto <i>refello</i> despreza ambos os supinos. De <i>uelli</i> forma <i>ulsi</i> , <i>uulsum</i> . | 4 |
| <i>Tollo</i> presentemente deseja apenas <i>sublatum</i> e <i>sustuli</i> . | |
| <i>Sallo</i> faz <i>salli</i> , <i>salsum</i> . <i>Psallo</i> dá <i>psalli</i> . | |
| <i>Malo</i> , <i>uolo</i> , <i>nolo</i> , com <i>psallo</i> , careçam de supinos. | |

1) *Traho* tem *traxi*, *tractum*; *ueho*, *uexi*, *uectum*; os compostos imitam-nos: *contraho*, -xi, -ctum; *eueho*, *euexi*, *euectum*.

2) Verbos terminados em -lo fazem *lui*, *litum*: e.g. *molo*, *molui*, *molitum*. No entanto, *colo*, *colui*, *cultum*: *consulo*, *consului*, *consultum*; *occulo*, *üi*, -ultum; *alo*, *alui*, *alatum* ou *altum*.

3) A estes três verbos faltam os supinos: *antecello*, -lui; *praecello*, -lui; *excello*, -lui. *Percello* tem *perculsi* ou *perculi* e *perculsum*.

4) Merecem atenção os compostos de *pello*, que perdem a primeira vogal⁶⁵ no pretérito: *appello*, *appuli*, *appulsum*; *compello*, *compulsi*, *compulsum*: e assim também *repello*, *expello*, *impello*, etc. *Refello*, composto de *fallo*, tem apenas *refelli*, sem supino.

| | |
|---|---|
| -Mo com -üi dá -ítum ⁶⁶ . <i>Tremo</i> flete-se sem supino. | 1 |
| <i>Demo</i> , <i>promo</i> , <i>sumo</i> e <i>como</i> dão -psi, -ptum. | 2 |
| <i>Emi</i> dá <i>emptum</i> ; <i>premo</i> dá <i>pressi</i> e <i>pressum</i> , com duplo s. | 3 |

1) Quae in *-mo* finiuntur *-iui*, per *u* uocalem, habent, et *-itum*, ut *fremo -iui -itum*, *gemo -iui -itum*, *uomo -iui -itum*; *tremo* tamen, *tremui*, sine supino.

2) *Demo*, *dempsi*, *deptum*; *promo*, *prompsi*, *promptum*; *sumo*, *sumpsi*, *sumptum*; *como*, *compsi*, *comptum*.

3) Composita a uerbis *emo* et *premo* mutant *e* in *i*, ut *adimo*, *ademi*, *ademptum*; *interimo*, *interemi*, *interemptum*; *perimo*, *peremi*, *peremptum*; *comprimo*, *compressi*, *compressum*; *deprimo*, *depressi*, *depressum*; sic *exprimo*, *opprimo*, *reprimo*.

| | |
|--|---|
| Dat <i>posui positum</i> . Genitum <i>genuisse</i> resposcit. | 1 |
| Dat <i>cecini cantum</i> ; <i>-cinui</i> dant pignora <i>centum</i> . | |
| [p. 330] A <i>sino</i> fit <i>siui</i> atque <i>situm</i> . Dat <i>sternere strau</i> <i>ac stratum</i> ; <i>spreui</i> , <i>spretum</i> dat <i>spernere</i> . <i>Cerno</i> | 2 |
| dat <i>creui</i> , <i>cretum</i> . <i>Tempsi</i> dat <i>temnere</i> , <i>temptum</i> | 3 |
| composito; <i>temno</i> haec habeat, ^[1] si legeris usquam. | |
| A <i>lino</i> sunt <i>lini</i> , <i>liui</i> leuiue <i>litumque</i> . | |

1) *Pono*, *posui*, *positum*; *gigno*, *genui*, *genitum*; *cano*, *cecini*^[2], *cantum*, composita, *-cinui*, *-centum* faciunt, ut *concino*, *concinui*, *concentum*, *praecino -ui -centum*.

2) *Cerno*, *creui*, *cretum* habet; supina tamen in compositis sunt magis usitata, ut *decerno*, *decreui*, *decretum*; *discerno*, *discreui*, *discretum*; *secerno*, *secreui*, *secretum*.

3) *Tempsi* et *temptum* a *temno* non sunt in usu; compositum *contemno* *contempsi*, *contemptum* habet.

| | |
|---|---|
| <i>-Po</i> , <i>-psi</i> , <i>-ptumque</i> petit, ceu <i>scalpere</i> , <i>carpo</i> . Supinum, | 1 |
| a <i>strepui</i> , <i>strepitum</i> ; a <i>rupi</i> deducito <i>ruptum</i> . | |
| <i>Liquo</i> sibi <i>liqui</i> ; cupiunt sibi pignora <i>-lictum</i> . | 2 |
| Dat <i>coxi coctum</i> . <i>Tero triui</i> poscit et <i>-itum</i> . | 3 |

1) Finita in *-po -psi* faciunt in praeterito et *-ptum* in supino, ut *scalpo*, *scalpsi*, *scalptum*; *sculpo*, *sculpsi*, *sculptum*; *carpo*, *carpsi*, *carptum*. *Strepo* uero,^[3] *-ui*, *-itum*, *rumpo*, *rupi*, *ruptum* faciunt.^[4]

^[1]'Temno' haec habeat *E'*] dabis haec patri *E'* ^[2]'cecini' *E'*] 'ceceini' *E'* ^[3]uero *E'*] om. *E'*
^[4]faciunt *E'*] om. *E'* .

1) Verbos que terminam em *-mo* têm o pretérito em *-üi*, com *-u* vocálico, e o supino *itum*: e.g. *fremo -üi -itum*; *gemo -üi -itum*; *uomo -üi -itum*; *tremo*, porém, faz *tremüi*, mas não tem supino.

2) *Demo*, *dempsi*, *demptum*; *promo*, *prompsi*, *promptum*; *sumo*, *sumpsi*, *sumptum*; *como*, *compsi*, *comptum*.

3) Os compostos dos verbos *emo* e *premo* mudam a vogal *e* para *i*: e.g. *adimo*, *ademi*, *ademptum*; *interimo*, *interemi*, *interemptum*; *perimo*, *peremi*, *peremptum*; *comprimo*, *compressi*, *compressum*; *deprimo*, *depressi*, *depressum*; e também *exprimo*, *opprimo* e *reprimo*.

Posui dá *positum*. *Genuisse* exige *genitum*. 1

Cecini dá *cantum*: os compostos dão *cinui*, *centum*.

[p. 330] De *sino* forma-se *siui*, *situm*. *Sterno* dá *strau*

E *stratum*. *Sperno* dá *spreui*, *spretum*. *Cerno* 2

Dá *creui*, *cretum*. *Temno* dá *tempsi*, *temptum* 3

ao composto; *temno* terá as mesmas formas, se alguma vez as leres.

A *lino* pertencem *lini*, *liui* ou *leui* e *litum*.

1) *Pono*, *posui*, *positum*; *gigno*, *genui*, *genitum*; *cano*, *cecini*, *cantum*: os compostos fazem *-cinui*, *-centum*: e.g. *concano*, *concinui*, *concentum*; *praecino*, *praecinui*, *praecentum*.

2) *Cerno* faz *creui*, *cretum*; os supinos, todavia, são mais usados em compostos: e.g. *decerno*, *decreui*, *decretum*; *discerno*, *discreui*, *discretum*; *secerno*, *secreui*, *secretum*.

3) *Tempsi* e *temptum*, de *temno*, não se encontram em uso, mas o composto *contemno* tem *contempsi*, *contemptum*.

-Po pede *-psi*, *-ptum*, como *scalpo*, *carpo*. Forme-se 1
de *strepui* o supino *strepitum*; de *rupi*, *ruptum*.

Liquo requer *liqui*; os seus compostos, *lictum*. 2

Coxi dá *coctum*. *Tero* pede *triui* e *-itum*. 3

1) Verbos terminados em *-po* fazem *-psi* no pretérito e *-ptum* no supino: e.g. *scalpo*, *scalpsi*, *scalptum*; *sculpo*, *sculpsi*, *sculptum*, *carpo*, *carpsi*, *carptum*; *strepo*, *-pui*, *-itum*; *strepo*, *-ui*, *-itum*; *rumpo*, *rupi*, *ruptum*.

2) *Linguo, liqui* tantum; composita *-liqui, -lictum* habent, ut *delinquo, deliqui, delictum; relinquo, reliqui, relictum; derelinquo, dereliqui, derelictum*.

3) *Coquo, coxi, coctum; tero, triui, tritum*, etc. Composita sunt *decoquo, decoxi, decoctum; concoquo, concoxi, concoctum*, etc.; *attero, attriui, attritum; contero, contriui, contritum* et similia.

Schol. 14.^[1] De uerbis habentibus *i, l, m, n, p, q* ante *o*

Vnum dumtaxat *meio i* consonantem ante *o* habet. Diomedes, Phocas, Priscianus aiunt *mingo* facere praeterito *minxi*. *Meio* uero ait Diomedes facere *meii* et *minxi*. Priscianus nullum ei praeteritum tribuit. Quidam putant *mingo* esse barbarum, quia in libris qui modo exstant non reperitur. Verisimile tamen est Phocam et Diomedem id legisse apud ueteres.

Alo alitum uel *altum* supino facit. *Alitus* participium saepenumero inuenitur. Val. Max., lib. 5, c. 4: *Quid tam inusitatum, tam inauditum, quam matrem uberibus natae alitam esse?*¹ idem, lib. 7, c. 2: *Sin autem sit alitus, obsequi ei conuenisse?*² ibid., c. 4: *Triumphis alitam uirtutem dicit;*³ Sall., Iug.: *Sed is natus et per omnem pueritiam Arpini alitus;*⁴ Liu., Bel. Pun. 10: *Cum Annibale alito atque educto inter arma;*⁵ Curt., lib. 8: *Igni alita [flamma] oppidanorum sepulcra comprehendit;*⁶ Iust., lib. 44: *Nisi Cyrus rex Persarum cane alitus proderetur.*⁷ *Aliturus* utitur Gell., lib. 12, cap. 1: *Sed alituram quoque feram criminatus est.*⁸ *Alturus* uero rarius est quam ut de eo praecipere debeat.

Diomedes de hoc uerbo ita disserit *alor, aleris, altus sum*. Sall.: *“Armini altus”*.⁹ *Melius est tamen dicere, uitandae ambiguitatis gratia, ‘alitus’, nam et ‘alimenta’ dicitur.*¹⁰ Haec ille.

Cello -is iam prorsus exoleuit. *Celsus, excelsus, praecelsus* nomina potius uidentur quam participia.

[p. 331] *Excelleo -es*, secundi ordinis, usus est Cicero, primo *Epist.* ad filium, teste Prisciano: *Quare effice et labora ut excelleas.*¹¹

Praecello -es. Plaut., in *Pseud.*: *...ut quisque fortuna utitur / ita praecellet.*¹²

¹Val. Max., *Mem.* 5,4,7 ²Val. Max., *Mem.* 7,2,7 ³Val. Max., *Mem.* 7,4,1 ⁴Sall., *Iug.* 63,3
⁵Liu., *AVC* ⁶Curt., *Alex.* 8,10,8 ⁷Iust., *Epit.* 44,4,12 ⁸Gell., *NA* 12,1,20 ⁹Sall., *Iug.* 63,3
¹⁰Diom., *Ars* 1 (GLK I 375) ¹¹Cic., *apud* Prisc., *Inst.* 7 (GLK II 445).

¹²Schol. 14 ... ‘delictum’ [p. 332] *E*¹ om. *E*².

2) *Linquo* faz somente *liqui*; os compostos têm *liqui*, *lictum*: e.g. *delinquo*, *deliqui*, *delictum*; *relinquo*, *reliqui*, *relictum*; *derelinquo*, *dereliqui*, *derelictum*.

3) *Coquo*, *coxi*, *coctum*; *tero*, *triui*, *tritum*, etc. Os compostos são *decoquo*, *decoxi*, *decoctum*; *concoquo*, *concoxi*, *concoctum*; *attero*, *attriui*, *attritum*; *contero*, *contriui*, *contritum* e outros semelhantes.

Escólio 14. Os verbos que têm *i, l, m, n, p, q* antes de *o*

Um verbo apenas, *meio*, tem *i* consonântico antes de *o*. Diomedes, Focas e Prisciano afirmam que *mingo* faz o pretérito em *minxi*. *Meio*, porém, diz Diomedes, faz os pretéritos *meii* e *minxi*⁶⁷. Prisciano não lhe atribui qualquer pretérito. Alguns consideram que *mingo* é bárbaro, já que não se encontra nas obras que chegaram até nós. Mas é crível que Focas e Diomedes o tenham lido nos autores antigos.

Alo faz o supino *aliturum* ou *altum*. O participio *alitus* encontra-se frequentemente. Valério Máximo, liv. 5, c. 4: *Quid tam inusitatum, tam inauditum, quam matrem uberibus natae alitam esse?*; idem, liv. 7, c. 2: *Sin autem sit alitus, obsequi ei conuenisse*; ibid., c. 4, diz: *Triumphis alitam uirtutem dicit*; Salústio, *Iug.*: *Sed is natus et per omnem pueritiam Arpini alitus*; Lívio, *Bel. Pun.* 10: *Cum Annibale alito atque educto inter arma*; Cúrcio, liv. 8: *Igni alita [flamma] oppidanorum sepulcra comprehendit*; Justino, liv. 44: *Nisi Cyrus rex Persarum cane alitus proderetur*. Gêlio usa *aliturus*, liv. 12, c. 1: *Sed alituram quoque feram criminatus est*. Porém, *alturus* é demasiado raro para que se deva falar sobre ele.

Diomedes, ao falar deste verbo, discorre nestes termos: «*alor, aleris, altus sum*. Salústio: *Armini altus*. Contudo, para evitar a ambiguidade, é melhor dizer *alitus*, porquanto também se diz *alimenta*.» São estas as suas palavras.

Cello -is já se tornou completamente obsoleto. *Celsus, excelsus, praecelesus* parecem mais nomes do que participios.

[p. 331] *Excelleo -es*, da segunda conjugação, foi usado por Cícero, no primeiro livro das *Epist. ad filium*, conforme testemunha Prisciano: *Quare effice et labora ut excelleas*.

Praecelleo -es. Plauto em *Pseud.*: ... *ut quisque fortuna utitur / ita praecellet*.

Cello sine diphthongo scribitur, a quo *excello*, *praecello*, *antecello*, *percello* deducit Priscianus; qui *excello -is* putat facere *exculi*, quemadmodum *perculi* uel ut alii, inquit ille, *excellui*. Probus, ubi agit de *-lo* syllaba finitis, *Tertiae correptae*, inquit, *aut -lui*, ut ‘*excello*’, ‘*excellis*’, ‘*excellui*’ *aut -li*, ut ‘*tollo*’, ‘*sustollo*’, ‘*sustuli*’.¹ Itaque *antecello*, *praecello*, *excello -lui* faciunt.

Refello supino caret.

Tollo quondam *tetuli* fecit.

Sallo -is tertiae est coniugationis. Colum., lib. 7, c. 7: *Pecora sunt ferro necanda sallendaque*;² Sall., 3 *Hist.*, apud Priscianum, lib. 10: *Parte consumpta reliqua cadauerum, ad diuturnitatem usus sallerent*;³ Mumius, apud eumdem: *Isthaec sum multo sale salsurus*.⁴

Salio -is quartae est. Colum., lib. 12, c. 9: *Caules lactucae in alueo salire oportet*;⁵ idem, lib. 6, c. 32: *Vel quod in lancibus salitis thynnus remittit*;⁶ Plin., lib. 15, c. 19: *Cum recenti fico salitis* etc.;⁷ Cornelius Seuerus, lib. 8: *Ad quem saliti pumiliones afferebantur*;⁸ Celsus, lib. 2, c. 18: *Item pisces omnes qui salem non patiuntur solidiue saliantur*.⁹ Visum est *salio* simplici potius quam gemino *l* scribere, cum prima corripiatur apud Ouidium.

Phocas et Diomedes uerbum *adimo* a *demo*, alii ab *emo* deducunt. *Demi* praeteritum a *demo* usurpauit Cornelius Gallus, eleg. 1: *Quid mihi diuitiae, quarum si demeris usum / quamuis largus opum semper egenus ero*.¹⁰

Sperno solitarium ac singulare compositum habet *desperno*, idque demum non adeo usitatum. Col., lib. 10: *Et tu, ne Corydonis opes despernat Alexis, fer calathis uiolam*.¹¹

Creui pro *uidi*, *iudicaui* usi sunt prisci. *Creui haereditatem* pro *adii* aliquoties apud Ciceronem inuenitur. Participio *cretus* usus est Ou., *Met.* 7: *Sublimis rapitur subiectaque Thessala Tempe / despicit et cretis regionibus applicat angues*.¹² Per *cretas regiones*, ‘*semotas*’ aut ‘*saepe uisas*’ intelligit. Pallad., lib. 1, tit. 10: *In fluuiali uero arena, si tertiam partem testae cretae addideris, operum soliditas mira praestabitur*;¹³ idem, lib. 3, tit. 25: *Alteram terram cribro cretam in loco eius infundes*;¹⁴ idem, lib. 6: *Terra creta diligenter et mixta cum paleis diu macerabitur*;¹⁵ idem, lib. 12, tit. 16:

¹Prob., *Cath.* (GLK IV 39) ²Colum., *Rust.* 7,7,2 ³Sall., *Hist.* 3,87 apud Prisc., *Inst.* 10 (GLK II 546) ⁴Mumm., *Frag. atel.* apud Prisc., *Inst.* 10 (GLK II 546) ⁵Colum., *Rust.* 12,9,1 ⁶Colum., *Rust.* 2,32,2 ⁷Plin., *Nat.* 15,82 ⁸Corn. Seu., *Carm. frg.* 15a ⁹Cel., *Med.* 2,18,3 ¹⁰Corn. Gall., *Carm. frg.* 1,182 ¹¹Colum., *Rust.* 10,1,1 ¹²Ou., *Met.* 7,222-3 ¹³Pallad., *Agr.* 1,10 ¹⁴Pallad., *Agr.* 3,25 ¹⁵Pallad., *Agr.* 6,12.

Cello escreve-se sem ditongo e dele Prisciano deriva *excello*, *praecello*, *antecello*, *percello*; o mesmo Prisciano considera que *excello -is* faz *exculi* (tal como *perculi*) ou, de acordo com outros autores, segundo refere o mesmo Prisciano, *excellui*. Probo, quando trata dos verbos terminados na sílaba *-lo*, diz o seguinte: «se for da terceira conjugação breve, ou faz *-lui*, a exemplo de *excello*, *excellis*, *excelui*, ou *-li*, a exemplo de *tollo*, *sustollo*, *sustuli*.» Desse modo, *antecello*, *praecello*, *excello* fazem *-lui*.

Refello carece de supino.

Tollo outrora fazia *tetuli*.

Sallo -is é da terceira conjugação. Columela, liv. 7, c. 7: *Pecora sunt ferro necanda sallendaque*; Salústio, *Hist.* 3, citado por Prisciano, liv. 10: *Parte consumpta reliqua cadauerum, ad diurnitatem usus sallerent*; Múmio, citado pelo mesmo Prisciano: *Isthaec sum multo sale salsurus*.

Salio -is é da quarta conjugação. Columela, liv. 12, c. 9: *Caules lactucae in alueo salire oportet*; idem, liv. 6, c. 32: *Vel quod in lancibus salitus thynnus remittit*; Plínio, liv. 15, c. 19: *Cum recenti fico salitis*, etc.; Cornélio Severo, liv. 8: *Ad quem saliti pumiliones afferebantur*; Celso, liv. 2, c. 18: *Item pisces omnes qui salem non patiuntur solidiue saliuntur*. Pareceu-nos preferível escrever *salio* com um *l* simples, e não geminado, uma vez que, em Ovídio, a primeira sílaba é breve.

Focas e Diomedes derivam o verbo *adimo* de *demo*; outros derivam-no de *emo*. *Demi*, pretérito de *demo*, foi usado por Cornélio Galo, *Eleg.* 1: *Quid mihi diuitiae, quarum si demeris usum / quamuis largus opum semper egenus ero*.

Sperno tem um composto único e singular, *desperno*; e mesmo esse não foi muito usado. Columela, liv. 10: *Et tu, ne Corydonis opes despernat Alexis, fer calathis uiolam*.

Creui, na aceção de ‘vi’ e ‘julguei’, foi usado pelos autores antigos. *Creui haereditatem*, no sentido de *adii haereditatem* («entrei na posse da herança»), encontra-se algumas vezes em Cícero. O particípio *cretus* foi usado por Ovídio, *Met.* 7: *Sublimis raptur subiectaque Thessala Tempe / despicit et cretis regionibus applicat angues*. Pela expressão *cretae regiones*, Ovídio quer dizer ‘regiões remotas’ ou ‘vistas muitas vezes’⁶⁸. Paládio, liv. 1, título 10: *In fluuiiali uero arena, si tertiam partem testae cretae addideris, operum soliditas mira praestabitur*; idem, liv. 3, título 25: *Alteram terram cribro cretam in loco eius infundes*; idem, liv. 6: *Terra creta diligenter et mixta cum paleis diu macerabitur*; idem, liv. 12, título. 16: *Omnia simul tusa et*

*Omnia simul tusa et subtiliter creta permisceas cum salibus torrefactis;*¹ *ibid.*, tit. 22: *Cineris bene creti quantum manus utraque gestabit.*² Hac sane a *cerno* pro *incerno* deduxit. Etenim, lib. 7, tit. 11, sic habet: *Tunc cribello spisso cernimus, ut grana non transeant, sed flos solus decidat.*³

Praeteritum *tempsti* supinumque *temptum* non facile reperias; compositum *contempsti*, *contemptum* usitatissimum est.

Pono apud ueteres *posiui* habuit. Plaut., *Pseud.*, proxime finem: *...commuto / illico pallium, illud posiui;*⁴ idem, *Rud.*: *Lucrum praeposui sopori et quieti;*⁵ idem, *Curcul.*: *Quas [30 minas] ego apud te deposui;*⁶ idem, *Asin.*: *Quin pol si reposui remum etc.;*⁷ Catull., in Dianae hymno: *Quam mater prope Deliam / deposiuit oliuam.*⁸

Atterui pro *attriui* dixit Tibullus, lib. 1: *Nec te poeniteat duro subiisse labori, / aut operi insuetas atteruisse [p. 332] manus.*⁹ Vbi unus liber e compluribus *attenuasse* praepoptauit, *atteruisse* in marginem reiecto.

Crepo -is, tertiae coniugationis, quod hic a quibusdam ponitur, non uideatur esse in usu.

Linquo caret supino; composita habent, ut *relictum*, *delictum*.^[1]

A *gero* fit *gessi*, *gestum*. Dat *curro cucurri*, *cursum*. *Quaesitum quaero*, *quaesiuit habeto*; *ferre, tuli latumque*. *Vro dabit ussit et ustum*.
Praeteritum *uerri* a *uerro* est *uersumque*, supinum.

Composita a *fero* sunt *affero*, *attuli*, *allatum*; *effero*, *extuli*, *elatum*; *confero*, *contuli*, *collatum*; *infero*, *intuli*, *illatum*; *differo*, *distuli*, *dilatatum*; *suffero*, *sustuli*, *sublatum*.

A *sero* fit *seui* atque *satum*; -ui rustica proles fert et -itum; dat -iui, -ertum aliena a rure propago.

Composita uerbi *sero* ad rem rusticam pertinentia -eui faciunt in praeterito et *itum* in supino, ut *asserō*, *asseui*, *assitum*; *consero* -eui -itum; *dissero*, *disseui*, *dissitum*; *insero*, *inseui*, *insitum*; *resero*, *reseui*, *resitum*.

¹Pallad., *Agr.* 12,18 ²Pallad., *Agr.* 12,22 ³Pallad., *Agr.* 7,11 ⁴Plaut., *Pseud.* 1281 ⁵Plaut., *Rud.* 916 ⁶Plaut., *Curc.* 536 ⁷Plaut., *Asin.* 519 ⁸Cat., *Carm.* 34,7-8 ⁹Tib., *Eleg.* 1,4,47-8.

^[1]Schol. 14 [p. 330] ... 'delictum' E¹ om. E².

subtiliter creta permisceas cum salibus torrefactis; *ibid.*, título 22: *Cineris bene creti quantum manus utraque gestabit*. Esta forma⁶⁹ derivou-a, sem dúvida, de *cerno*, na aceção de *incerno*. De facto, no liv. 7, título 11, o mesmo Paládio escreve assim: *Tunc cribello spisso cernimus, ut grana non transeant, sed flos solus decidat*.

O pretérito *tempsti* e o supino *temptum* não os encontrarás facilmente; o composto *contempsti*, *contemptum* é muito usado.

Pono, nos autores arcaicos, teve *posiui*. Plauto, *Pseud.*, perto do final: ... *commuto / illico pallium, illud posiui*; *idem*, *Rud.*: *Lucrum praeposiui sopori et quieti*; *idem*, *Curcul.*: *Quas [30 minas] ego apud te deposiui*; *idem*, *Asin.*: *Quin pol si reposiui remum* etc. Catulo, no hino a Diana: *Quam mater prope Deliam / deposiuit oliuam*.

Atterui, em vez de *attriui*, escreveu-o Tibulo, liv. 3: *Nec te poeniteat duro subiisse labori, / aut operi insuetas atteruisse [p. 332] manus*. Neste passo, só uma edição, entre muitas, optou pela lição *attenuasse*, remetendo *atteruisse* para a margem.

Crepro -is, da terceira conjugação, que é inserido neste conjunto de verbos por alguns autores, não parece estar em uso.

Linquo carece de supino; os seus compostos têm-no, como, por exemplo, *relictum* e *delictum*.

De *gero* forma-se *gessi*, *gestum*. *Curro* dá *cucurri cursum*. *Quaero* deverá ter *quaesiui*, *quaesitum*
Fero, *tuli*, *latum*. *Vro* dará *ussi*, *ustum*
 O pretérito de *uerro* é *uerri*; o supino *uersum*.

Os compostos de *fero* são *affero*, *attuli*, *allatum*; *effero*, *extuli*, *elatum*; *confero*, *contuli*, *collatum*; *infero*, *intuli*, *illatum*; *differo*, *distuli*, *dilatatum*; *suffero*, *sustuli*, *sublatum*.

De *sero* faz-se *seui* e *satum*. Os compostos com significado rústico⁷⁰ fazem *-ui*, *-itum*⁷¹. Compostos afastados do significado rústico dão *-iui*, *-ertum*.

Os compostos do verbo *sero* de significado relacionado com agricultura fazem *-eui* no pretérito e *-itum* no supino, a exemplo de *assero*, *asseui*, *assitum*;

Quae uero diuersam habent significationem in *-erūi*, *-ertum* exeunt, ut *asserō*, cum ‘affirmare’ significat, *asserūi* - *assertum*; *conserō*, id est, *certo* uel *misceo*, *conserui*, *consertum*; *deserō*, id est, *derelinquo*, *deserūi*, *desertum*; *exerō*, id est, *extrahō*, *exerūi*, *exertum*; *inferō* pro *immito*, *inserūi*, *insertum*; *disserō* pro *immito*, *inserūi*, *insertum*; *disserō* pro *disputo*, *disserūi*, *dissertum*. *Obserō* semper *obseui*, *obsitum* et *circumserō*, *circumseui*, *circumsitum* habere notandum est.

-*So*, *-siui* *-situm*que petit. Dat *uisere uisi* 1
ac *uisum*; *incesso*, *incessi*, tamen absque supino.
Pinsitum ac *pistum pinsum*que^[1] a *pinsuit* exit. 2

1) Finita in *-so* in praeterito *-siui* et *-situm* in supino faciunt, ut *capesso* *-iui* *-itum*, *facesso* *-iui* *-itum*, *lacesso* *-iui* *-itum*. Haec etiam per syncopen, sicut et multa alia in *-iui* habentia,^[2] imminuuntur: *capessii*, *facessii*, *lacessii*; et unico *i*: *capessi*, *facessi*, *lacessi*, etc.

2) *Pinso pinsui* habet in praeterito; supinum, triplex: *pinsitum*, *pistum* et *pinsum*.

Schol. 15.^[3] De uerbis in *-ro* et *-so* desinentibus

De uerbo *currendi* et ex eo compositis initio dictum est, schol. 2.

Triturus a supino *tritum*. Varr., lib. 1, c. 13: *Nubilarium secundum aream faciendum, ubi triturus sis frumentum*.¹

Doceantur pueri uerbum *fero* cum praepositionibus *ad*, *ex*, *con*, *in*, *dis* copulare, quae saepe eis negotium faccessunt. *Suffero* cum praeteritis ac supinis *tollo* et *sustollo* uoce consentit, *sustuli*, *sublatum*.

‘*Verro*’, inquit Priscianus, ‘*uersi*’ facit secundum *Seruium*, secundum *Charisium* ‘*uerri*’, quod et usus comprobat. *Licinius Macer*, pro *Tuscis*: “*Quos oportuit amissa restituere, hisce etiam reliquias auerrunt*”. *Publius*: “*Cellas seruorum conuerri*”.² Haec ille. *Plaut.*, *Stich.*: ...*conuerram hercle hoc* [p. 333] *quod conuerri modo*.³ *Versi* tunc licebit utaris, cum legeris apud classicos. *Diomedes* ait uerborum *uerro*, *meto*, *furo* non facile reperiri praeteritum. *Versus* tamen a *uerro* fieri. *Senec.*, in dialogo <de susperstitione>, *uersa templa*, et *Plaut.*, *uersa sparsa*.

¹Varro, *Rust.* 1,13,5 ²Prisc., *Inst.* 10 (GLK II 532) ³Plaut., *Stich.* 389 .

[1] ‘*Pinsitum*’ ac ‘*pistum*’ ‘*pinsum*que’ *scrip.*] ‘*Pinsitus*’ ac ‘*pistus*’ ‘*pinsus*que’ *edd.* ^[2]Per syncopen ... habentia *E*²] *om. E*¹ ^[3]Schol. 15... ‘*pistae* serantur’[p. 334] *E*²] *om. E*¹ .

consero -eui -itum; dissero, disseui, dissitum; insero, inseui, insitum; resero, reseui, resitum. Contudo, os verbos com significação diferente terminam em *-erüi -ertum*, a exemplo de *asserö, que, quando significa ‘afirmar’, faz asserüi, assertum; consero, isto é, ‘contender’ ou ‘misturar’, faz conserui, conseritum; desero, isto é, ‘abandonar’, faz deserüi, desertum; exsero, isto é, ‘extrair’, faz exserüi, exsertum; insero, isto é, ‘introduzir’, faz inserüi, insertum; dissero, isto é, ‘falar sobre algo’, faz disserüi, dissertum.* Deve notar-se que *obsero* faz sempre *obseui, obsitum* e que *circumsero* tem *circumseui, circumsitum*.

-So pede *-siui* e *-situm*. *Viseo* dá *uisi, uisum*; 1
Incesso, incessi, mas não tem supino.
 De *pinsui* provêm *pinsitum, pistum* e *pinsum*. 2

1) Os verbos terminados em *-so* fazem *-siui* no pretérito e *-situm* no supino: e.g. *cappesso -iui -itum; facesso -iui -itum; lacesso -iui -itum*. Estes verbos, tal como muitos outros que fazem *-iui*, também se contraem por síncope: *capessii, facessii, lacessii* e *capessi, facessi, lacessi*, com um único *i*.

2) *Pinso* tem *pinsui* no pretérito; o supino tem três formas: *pinsitum, pistum* e *pinsum*.

Escólio 15. Verbos terminados em *-ro* e *-so*

Sobre o verbo *curro* e seus compostos já se falou no início, no escólio 2. *Triturus* vem do supino *tritum*. Varrão, liv. 1, c. 13: *Nubilarium secundum aream faciundum, ubi triturus sis frumentum*.

Os alunos sejam ensinados a juntar o verbo *fero* com as preposições *ad, ex, con, in, dis* que frequentemente lhes colocam dificuldades. *Suffero*, coincide na voz, nos pretéritos e nos supinos (isto é, *sustuli, sublatum*), com *tollo* e *sustollo*.

Prisciano afirma: «*Verro* faz *uersi*, de acordo com Sérvio; e de acordo com Carísio, faz *uerri*, o que é comprovado pelo uso. Licínio Macro, *Pro Tuscis: Quos oportuit amissa restituere, hisce etiam reliquias auerrunt*; Públio: *Cellas seruorum conuerri*.» São estas as suas palavras. Plauto, *Stich.*: ... *conuerram hercle hoc [p. 333] quod conuerti modo*. Poderás usar *uersi*, desde que o leias nos clássicos. Diomedes diz que os pretéritos dos verbos *uerro, meto* e *furo* não se encontram facilmente. *Versus*, contudo, forma-se de *uerro*. Séneca, no diálogo *De superstitione*⁷²: *uersa templa*; e Plauto: *uersa sparsa*.

Sero apud uetustissimos etiam *serui* fecit, ut ex Ennio et Catone constat apud Priscianum. Effertur etiam a Columella, lib. 3, c. 4: *Cum serueris summa sedulitate culturae seruiat*;¹ *ibid.*, *Cum sit incertum an is qui conseruerit ea etc.*,² idem, *De arb<oribus>*, c. 8: *Quidquid inserueris uiti etc.*³

Supinum, *sertum*, unde est illud Lucani, lib. 10: *Accipiunt sertas nardo florente coronas*;⁴ Palladius quoque, lib. 8, c. 6, *Serta scyllae uelamina*⁵ dixit, id est, *inserta*, ut *ibidem* proxime antecedit. Vnde et *serta* dicta sunt. Senec., *Epist.*, lib. 9: *Quae [uirtus] nobis non sertis, sed sudore et sanguine colenda est.*⁶

Participium *saturus* rarius est quam *satus*. Colum., lib. 2, c. 16: *Non antea dissipet cumulos quam erit saturus*;⁷ idem, lib. 11, c. 2: *Scrobes omnis generis, quos eris autumnis consiturus*.⁸ Vnde denique *disserto*, *exserto*, *inserto* poetis usitata delapsa sunt.

Composita quae ad rem rusticam pertinent faciunt praeterito *-eui*, supino *-itum*, ut *insero*, *inseui*, *insitum*, unde *insitiones* dicuntur. Sed *inserta poma* dixit Plin., ad Apollinar, lib. 5: *Alternis inserta sunt poma*.⁹ Hic pomiferas utique in medio arbores plantatas intelligit. Idem, contra, ad Ruf., lib. 3, *perigrinationem intersitam* dixit, id est, *interpositam*. Colum., *De arboribus*, c. 26: *Vnum [genus insitionis] quod resecta et fissa arbore recipit insertos surculos*;¹⁰ Pallad. mense Nou<embre>, tit. 7: *Persicus rubescit, si platano inserta figatur*;¹¹ Solin., c. 68: *Vsurpare sibi nemora ista optauerunt et aliae nationes per industriam translatis germinis et inserti*;¹² Satat., *Sylu.*, lib. 2: *Vidi ego transertos alieno in robore ramos / altius ire suis*.¹³

Dissero, hoc est, *dissemino*, *disseui*, *dissitum*; *consero*, simul *sero*, *conseui*, *consitum*; *asserō*, iuxta *sero*, *asseui*, *assitum*; *intersero*, *interseui*, *intersitum*; *resero*, rursum *sero*, *reseui*, *resitum*. Plin., lib. 5, cap. 14: *Hiericuntem palmetis consitam, fontibus irriguam, Emmaum etc.*¹⁴ Apud Solinum, *consatam*, per *a*, reperias, cap. 14, quod forte negligentia typographi adscribendum est. Idem, lib. 18, c. 20: *Cum hyeme praegelida captae segetes essent, reseuerunt*.¹⁵

Quae uero a simplicis significatione recedunt *-erui* et *-ertum* faciunt, ut *insero*, id est, *immito*, *inserui*, *insertum*; sic *dissero*, hoc est, *disputo*; *consero*, *misceo*, *certo*, unde *conserere proelium*, *certamen*, *manum*, etc.; *asserō*, *affirmo*; *obsecro*, id est, *circumsero*, uel potius, *sero*, ut simplex, *obseui*, *obsitum* tantum; *exero*, id est, *extraho*, *exerui*, *exertum* tantum; *desero*, *dere linquo*, *deserui -ertum*; hoc raro ad rem rusticam pertinet. Varro, 1 *De re rust.*, c. 23: *Nam et in recentibus pomariis desitis seminibus etc.*¹⁷

¹Colum., *Rust.* 3,4,3 ²Colum., *Rust.* 3,4,2 ³Colum., *Arb.* 8,2 ⁴Lucan., *BC* 10,164 ⁵Pallad., *Agr.* 8,6 ⁶Sen., *Epist.* 67,13 ⁷Colum., *Rust.* 2,15,2 ⁸Colum., *Rust.* 11,2,28 ⁹Plin., *Epist.* 5,6,35 ¹⁰Colum., *Arb.* 26,1 ¹¹Pallad., *Agr.* 7,12 ¹²Solin., *Coll.* 46,6 ¹³Stat., *Silu.* 2,1,101-2 ¹⁴Plin., *Nat.* 5,70 ¹⁵Plin., *Nat.* 18,183 ¹⁶Varro, *Rust.* 1,23,6 .

Sero também fazia *serüi* nos autores arcaicos, como se pode verificar em Ênio e Catão, citados por Prisciano. Columela, liv. 3, c. 4, também o escreveu: *Cum serueris summa sedulitate culturae seruiat*; *ibid.*: *Cum sit incertum an is qui conseruerit ea* etc; *idem*, a respeito das árvores, c. 8: *Quidquid inserueris uiti* etc.

O supino é *sertum*, como se vê pelo verso de Lucano, liv. 10: *Accipiunt sertas nardo florente coronas*; também Paládio, liv. 8, c. 6 escreveu *serta scyllae uelamina*, isto é, *inserta*, como se lê imediatamente antes na mesma obra. A partir dessa forma, diz-se também *serta*. Sêneca, *Epist.*, liv. 9: *Quae [uirtus] nobis non sertis, sed sudore et sanguine colenda est*.

O participio *saturus* é mais raro do que *satus*. Columela, liv. 2, c. 16: *Non antea dissipet cumulos quam erit saturus*; *idem*, liv. 11, c. 2: *Scrobes omnibus generis, quos eris autumnis consiturus*. Por último, daqui derivaram *disserto*, *exserto* e *inserto*, usados pelos poetas.

Os compostos que têm a ver com agricultura fazem o pretérito em *-eui* e o supino em *-itum*, a exemplo de *insero*, *inseruit*, *insitum*, razão pela qual se diz *insitiones*. Contudo, Plínio, em carta a Apolinário, liv. 5, escreveu *inserta poma: Alternis inserta sunt poma*. Neste passo, Plínio refere-se às árvores de fruto plantadas precisamente no meio⁷³. O mesmo Plínio, em contrapartida, em carta a Rufo, liv. 3, escreve *peregrinationem intersitam*, ou seja, ‘posta no meio’. Columela, sobre as árvores, c. 26: *Vnum [genus insitionis] quod resecta et fissa arbore recipit insertos surculos*; Paládio, no mês de Novembro, título 7: *Persicus rubescit, si platano inserta figatur*; Solino, c. 68: *Vsurpare sibi nemora ista optauerunt et aliae nationes per industriam translati germinis et inserti*; Estácio, *Sylu.* liv. 2: *Vidi ego transertos alieno in robore ramos / altius ire suis*.

Dissero (isto é, ‘semear’), *disseui*, *dissitum*; *consero* (isto é, ‘semear simultaneamente’), *conseui*, *consitum*; *asserero* (isto é, ‘semear junto de’), *asseui*, *assitum*; *intersero*, *interseui*, *intersitum*; *resero* (isto é, ‘semear de novo’), *reseui*, *resitum*. Plínio, liv. 5, c. 14: *Hiericum palmetis consitam, fontibus irriguam, Emmaum* etc. Em Solino, c. 14⁷⁴, podes encontrar *consatam* com *a*, o que provavelmente se deve à incúria do tipógrafo. *Idem*, liv. 18, c. 20: *Cum hyeme praegelida captae segetes essent, reseuerunt*.

No entanto, os que divergem do verbo simples quanto à significação fazem *-erüi*, *-ertum*, a exemplo de *insero* (isto é, ‘introduzir’), *inserüi*, *insertum*; assim como *dissero* (isto é, ‘dissertar’); *consero* (isto é, ‘misturar’ ou ‘contender’ – e desta última aceção vêm as expressões *conserere proelium, certamen, manum* etc); *asserero* (isto é, ‘afirmar’); *obsero* (isto é, ‘semear em volta’, ou melhor, ‘semear’, tal como o verbo simples) faz apenas

Capesso, capessiui, capessitum. Tacit., *Annal.*, lib. 15: *At Flavius Sceuinus et Afranius Quintianus principium tanti facinoris capessiuere*;¹ idem, lib. 12: *Vannius pugnam manu capessiit*.² Hic, ut uides, et iterum, lib. 13, uerbo imminuto usus est: *Sed qui nondum honorem capessisset*, etc.;³ sic Liu., *Ab Urb.* 10: *Alii nuntiant dictatori omnes legiones Hetruscorum capessisse fugam*;⁴ D. Aug<ustinus>, lib. 2 *De ciuit<ate> Dei*, uerba Ciceronis ex lib. 4 *De Rep.* referens sic ait: *Si [p. 334] quidem quod in eo quoque libro commemoratur Eschines, ciuis Atheniensis, uir eloquentissimus, cum adolescens tragoedias actitauisset, Rempub<icam> capessiuit*;⁵ Tacit., lib. 2: *Caesarem meliora capessiturum Macrone duce*.⁶

Facesso itidem facessiui, facessitum. Idem, lib. 20: *Igitur a laude Chuii Rufi orsus, qui perinde diues et eloquetia clarus, nulli unquam sub Nerone periculum facessisset*.⁷ Hic imminuto uerbo usus est pro *facessiuisset*, quod ita esse docet supinum *facessitum*. Cic., 6 *Verr.*: *Cum audissent ei negotium facessitum* etc.⁸ Illud i *Ver.*, *Ipse profecto metuere incipes ne innocenti periculum facesseris*,⁹ in libris quibusdam, ut Priscianus inquit, *facessieris* legitur, quod propius uero est.

Grammatici qui haec putarunt in *-si, -sum* exire non uidentur syllabae imminutionem animaduertisse. Nam et Caper *laccessi* putauit esse praeteritum uerbo *laccesso*, cum legisset apud Lucilium 14 *laccessisse*. Cicero modo imminuto, modo pleno uerbo utitur. *Pro domo sua: Nos te, Antoni, nulla laccessiuimus iniuria*;¹⁰ idem, *In Pis.*: *Responsonem me inimica homo proptissimus laccessiuit*;¹¹ idem, *Philip.* 2: *Tu ne uerbo quidem uiolatus ultro maledictis me laccessisti*;¹² sic Terent., prolog. *Phorm.*: *Vetus si poeta non laccessisset prior*;¹³ Liu., lib. 10 *Ab Urb.*: *Per biduum laccessiere hostem*.¹⁴

Arcesso, arcessiui, arcessitum similiter habet. Exempla curiosis inuestiganda praetereo.

Accersio et *laccessio* etiam quartae coniugationis reperiuntur, idque potissimum in modo infinito, fere passiuo. Nam illud ex Plauti *Pseudolo*, *Accersi hostias*¹⁵ etc., in libris castigatissimis *accerse*, per *e*, legitur, sicut ibid.: *Accerse agnos*,¹⁶ et *Lanios inde accersam duos cum tintinabulis*;¹⁷ Liu., *Bel. Pun.* 1: *Placere itaque patrem accersiri*;¹⁸ sic et Curt., lib. 6. Idem uoce actiua usurpauit lib. 4: *Quippe [inquit] alias accersire ipsos et interdum morantes castigare assueuerat*;¹⁹ Colum., lib. 9, cap. 8: *Solent caeli nouitate laccessiri*.²⁰

¹Tac., *Ann.* 15,49 ²Tac., *Ann.* 15,49 ³Tac., *Ann.* 13,25 ⁴Liu., *AVC* 10,5,4 ⁵Aug., *Ciu.* 2,11
⁶Tac., *Ann.* 6,48 ⁷Tac., *Hist.* 4,43 ⁸Cic., *Verr.* 2,4,142 ⁹Cic., *Div. Caec.* 46 ¹⁰Cic., *Fam.* 11,3,1 ¹¹Cic., *Pis.* 55 ¹²Cic., *Phil.* 2,1 ¹³Ter., *Phorm.* 13 ¹⁴Liu., *AVC* 10,27,7 ¹⁵Plaut., *Pseud.* 326 ¹⁶Plaut., *Pseud.* 330 ¹⁷Plaut., *Pseud.* 332 ¹⁸Liu., *AVC* 3,45,3 ¹⁹Curt., *Alex.* 4,13,18 ²⁰Colum., *Rust.* 9,8,3.

obseui, obsitum; exsero (isto é, ‘extrair’) faz somente *exserui, exsertum; desero* (isto é, ‘abandonar’) faz *deserui, desertum*. Este último raramente tem a ver com a agricultura em termos de significação. Varrão, *De re rust.* 1, c. 23: *Nam et in recentibus pomariis desitis seminibus etc.*

Capesso, capessiui, capessitum. Tácito, *Annal.* liv. 15: *At Flavius Sceuinus et Afranius Quintianus principium tanti facinoris capessiuer;* idem, liv. 12: *Vannius pugnam manu capessiit*. Como podes ver, Tácito usou, neste passo, e ainda no liv. 13, a forma contracta: *Sed qui nondum honorem capessisset, etc.* Assim escreve também Lívio, *Ab Vrb.* 10: *Alli nunciant dictatori omnes legiones Hetruscorum capessisse fugam;* Santo Agostinho, *De ciuitate Dei*, liv. 2, ao citar as palavras de Cícero do *De Republica*, liv. 4, diz o seguinte: *Si [p. 334] quidem quod in eo quoque libro commemoratur Eschines, cuius Atheniensis, uir eloquentissimus, cum adolescens tragoedias actitauisset Rempublicam capessiuit*. Tácito, liv. 2: *Caesarem meliora capessiturum Macrone duce.*

Facesso, do mesmo modo, faz *facessiui, facessitum*. Idem, liv. 20: *Igitur a laude Cluuii Rufi orsus, qui perinde diues et eloquentia clarus, nulli unquam sub Nerone periculum facessisset*. Tácito usou aqui o verbo contracto em vez de *facessiuisset*, mostrando assim que o supino é *facessitum*. Cícero, *Verr.* 6: *Cum audissent ei negotium facessitum etc.* No passo de *Verr.* 1 (*Ipse profecto metuere incipies ne innocenti periculum facesseris*), *facessieris* lê-se em alguns livros, conforme afirma Prisciano, lição que está mais próxima da verdade⁷⁵.

Os gramáticos que consideram que estas formas terminam em *-si, -sum* não parecem ter notado a contração da sílaba. De facto, até Capro considerou que *laccessi* é o pretérito do verbo *laccesso*, uma vez que leu *laccessisse* em Lucílio 14. Cícero ora usa a forma contracta ora a forma plena. Em *Pro domo sua: Nos te, Antoni, nulla laccessiuimus iniuria;* idem, *In Pis.: Responsione me inimica homo promptissimus laccessiuit;* idem, *Philip.* 2: *Tu ne uerbo quidem uiolatus ultro maledictis me laccessisti;* em Terêncio, no prólogo de *Phorm.:* *Vetus si poeta non laccessisset prior;* Lívio, *Ab Vrb.*, liv. 10: *Per biduum laccessiere hostem.*

Arcesso, arcessiui, arcessitum comporta-se de maneira semelhante. Deixo aos mais curiosos a tarefa de procurarem outros exemplos.

Accersio e *laccessio* encontram-se também como verbos da quarta conjugação e, principalmente, no modo infinitivo, quase sempre passivo. De facto, o seguinte passo de Plauto, *Pseudolus, accersi hostias, etc.*, lê-se, nas edições mais expurgadas, *accerse*, com *e*; igualmente, *ibid.:* *Accerse agnos, et*

Incesso, incessi. Caes., 3 *Bel. Gall.: Exercitui quidem omni tantus incessit ex incommodo dolor* etc.;¹ Curt., lib. 4: *Missilibus eos quoque incessere*;² Liu., 3 *Ab Vrbe: Ingens metus incesserat patres*;³ Tacit., lib. 3: *Quoties ualetudo aduersa Flaminem Dialem incessisset*;⁴ Colum., lib. 12, c. 17: *Pluuiae incesserunt*;⁵ Gell., lib. 1, c. 2, *incessui dixit: In quo ille uenerandus senex iuuenes obiurgatione iusta incessuit*.⁶ Verbum hoc cum actiuam significationem habet, cum passiuam.

Pinso, pinsui pinsitum, pinsum et pistum facit. Colum., lib. 12, c. 27: *Irim bene pinsitam nec plus unciae pondere addito*.⁷ Sic idem saepius. Vitruu., lib. 7, c. 1: *Id non minus pinsum absolutum crassitudine sit dodrantis*;⁸ ibid., *Rudus inducatur idque pinsum*;⁹ Plin., lib. 18, cap. 10, de *Zea: Traduntque eam ac tiphem redire ad frumentum, si pistae serantur*.¹⁰ [1]

-Xi, -xum dant *plecto*, cum *flecto nectere, pecto*; 1
dant quoque *pecto -xui nectoque; peto, -iuit et -itum*.

Stertuit a *sterto* tantum. *Meto* messuit optat ac *messum*, s gemino. *Misi* dat *mitto*, supinum, s *duplici, missum*. A *uerti* deducito *uersum*.

Sisto, stiti, statum actiuum; neutrale sequetur 2

[p. 335] *sto* uerbum, unde *stiti* atque *stitum* sibi pignora sument.

A *uixi, uictum*; a *uolui* deflecte *uolutum*.

Texui amat *texo* ac *textum*; *soluique, solutum*.

1) *Plecto, plexi, plexum; flecto, flexi, flexum. Pecto* uero *pexi* uel *pexui, pexum; necto, nexi* uel *nexui, nexum; peto, petiui, petitum; sterto, stertui*, sine supino; *meto, messui, messum*, duplici s; *mitto, misi, missum, s* geminato; *uerto, uerti, uersum*.

2) *Sisto -is* actiuum *stiti* et *statum* habet; neutrum uero, *steti* et *statum*, ut *sto* facit; unde composita *-stiti* et *-stitum* accipiunt, ut *insisto, institi, institum; resisto, restiti, restitum*.

¹Caes., *Ciu.* 3,74,2 ²Curt., *Alex.* 4,2,21 ³Liu., *AVC* 3,59,1 ⁴Tac., *Ann.* 3,71 ⁵Colum., *Rust.* 12,17,1 ⁶Gell., *NA* 1,2,6 ⁷Colum., *Rust.* 12,27,1 ⁸Vitr., *Arch.* 7,1,3 ⁹Vitr., *Arch.* 7,1,6 ¹⁰Plin., *Nat.* 18,93 .

[1]Schol. 15 [p. 332] ... 'pistae serantur' E²] om. E¹ .

Lanios inde accersam duos cum tintinabulis; Lívio, *Bel. Pun.* 1: *Placere itaque patrem accersiri*; e também em Cúrcio, liv. 6. O mesmo autor usou a voz ativa, liv. 4: *Quippe alias accersire ipsos et interdum morantes castigare assueuerat*; Columela, liv. 9, c. 8: *Solent caeli nouitate lacessiri*.

Incesso, incessi. César, *Bel. Gall.* 3: *Exercitui quidem omni tantus incessit ex incommodo dolor* etc.; Cúrcio, liv. 4: *Missilibus eos quoque incessere*; Lívio, *Ab. Urb.* 3: *Ingens metus incesserat patres*; Tácito, liv. 3: *Quoties ualetudo aduersa Flaminem Dialem incessisset*; Columela, liv. 12, c. 17: *Pluiae incesserunt*; Gélio, liv. 1, c. 2, escreve *incessui*: *In quo ille uenerandus senex iuuenes obiurgatione iusta incessuit*. Este verbo ora tem significação ativa ora passiva.

Pinso faz *pinsui, pinsitum, pinsum* e ainda *pistum*. Columela, liv. 12, c. 27: *Irim bene pinsitam nec plus unctiae pondere addito*; também, no mesmo autor, frequentemente. Vitruvius, liv. 7, c. 1: *Id non minus pinsum absolutum crassitudine sit dodrantis*; *ibid.*: *Rudus inducatur idque pinsum*; Plínio, liv. 18, c. 10, a respeito da espelta: *Traduntque eam ac tiphem redire ad frumentum, si pistae serantur*.

Plecto, flecto, necto e *pecto* fazem *-xi, -xum*. 1

Pecto e *necto* fazem ainda *-xui*; *Peto, -iui* e *-itum*.

De *sterto* forma-se *sertui* apenas; *meto* prefere *messui*, e *messum*, com duplo *s*. *Mitto* dá *misi*; o supino *missum*, com duplo *s*. De *uert* forme-se *uersum*.

Sisto, ativo, *stiti, statum*; o neutro deve seguir 2

[p. 335] o verbo *sto*, do qual os compostos assumem *stiti* e *stitutum*.

De *uixi* forma-se *uictum*; de *uolui* conjuga *uolutum*.

Texo prefere *texui* e *textum*; e *solui, solutum*.

1) *Plecto, plexi, plexum; flecto, flexi, flexum; pecto*, contudo, faz *pexi* ou *pexui, pexum; necto, nexi* ou *nexui, nexum; peto, petiui, petitum; sterto, stertui*, sem supino; *meto, messui, messum*, com dois *s*; *mitto, misi, missum*, também com *s* geminado; *uerto, uerti, uersum*.

2) *Sisto -is*, como verbo ativo, tem *stiti, statum*; como neutro, porém, faz *steti, statum*, tal como *sto*. Os seus compostos recebem *stiti, stitum*: e.g. *insisto, institi, institum; resisto, restiti, restitum*.

Schol. 16.^[1] De uerbis tertiae coniugationes habentibus t, u aut x ante o

Plerique, inquit Priscianus, *pexui* a *pecto* protulerunt. Charisius, *pexi*. Maecenas in *Octau<ia>*: *Pexisti capillum naturae muneribus gratum*. Asper tamen, *pectiui*. Haec ille. Colum., lib. 10: *Verum ubi iam puro descrimine pectita tellus*;¹ idem, lib. 12, c. 3: *Praeparatae sint et pectitae lanae*.²

Sisto. Cic., 1 *Offic.*, ex 12 Tabulis: *Aut status dies cum hoste*;³ id est iudicii causa peregrino constitutus. Plaut., *Curcul.*: *Si status condictus cum hoste intercedit dies*;⁴ hoc est, institutus et denunciatus peregrino.

Nexo -is, si tamen unquam fuit, iam exoleuit; nam illud Virg<ilii> 5 *Aen.*, quod Priscianus affert, *Et paribus palmas amborum innexuit armis*,⁵ affert Diomedes ut doceat *necto nexui* facere, non *nexo*.

Sisto actiuum praeterito facit *stiti*, ut docet Gell., lib. 2, c. 14; supino *statum*.

Vlp., l. 2 *Pand.*, tit.: *Si quis cautionibus etc. Quia uerum sit omnes status non esse*,⁶ eodem lib., tit. *Si quis in ius uocatus non ierit*;⁷ idem Vlp.: *Cum quis in iudicium sisti promisit neque adiecit poenam, si statum non esset*.⁸ Ibidem saepe etiam praeteritum inuenies. Porro autem citra compositionem crebro atque eleganter ab scriptoribus adhibetur. Plin., *Paneg.*: *Magnum hoc tuum non erga homines modo, sed erga tecta ipsa meritum sistere ruinas, solitudinem pellere*, etc.⁹ In compositione est rarissimum.

Consisto usurpauit Gell., lib. 5, c. 10: *Cum ad iudices coniciendae plane consistendaeque causae gratia uenisset etc.*;¹⁰ Lucret., lib. 6: *Et per quae possent uitam consistere tutam*;¹¹ id est *reddere, consistuere*; ubi uetus liber uerbi noua significatione offensus *consciscere* praecipitauit.

Subsisto pro *occulte statuo* idem Gell. dixit, lib. 6, c. 2: *Peccata quoque hominum et delicta non subsistenda neque condiscenda sunt ipsis etc.*;¹² Liu., *Ab Vrb.* 1: *Iam non feras tantum subsistere, sed in latrones praeda onustus impetum facere etc.*;¹³ hoc est, *sustinebant excipiebantque feras*. Sed haec inuentu rara sunt. Pro *sustineo, coerceo, contineo* posuit Vitruu., lib. 8, c. 3: *Quam [aquam] nec argenteum neque aureum neque ferreum uas potest subsistere, sed dissilit et dissipatur*.¹⁴

¹Colum., *Rust.* 10,1,1 ²Colum., *Rust.* 12,3,6 ³Cic., *Off.* 1,37 ⁴Plaut., *Cur.* 5 ⁵Verg., *Aen.* 5,425 ⁶Iust., *Dig.* 2,11,1pr.; 2,11,9,1 ⁷Iust., *Dig.* 2,5,2,1 ⁸Iust., *Dig.* 2,5,3pr ⁹Plin., *Paneg.* 50,4 ¹⁰Gell., *NA* 5,10,9 ¹¹Lucret., *DRN* 6,11 ¹²Gell., *NA* 7,2,5 ¹³Liu., *AVC* 1,4,9 ¹⁴Vitr., *Arch.* 8,3,16.

^[1]Schol. 16 ... praetermissum est [p. 336] *E'* om. *E*² ..

Escólio 16. Verbos da terceira conjugação com *-t*, *-u* ou *-x* antes de *-o*

Diz Prisciano que «Muitos autores escreveram *pexui* do verbo *pecto*; Carísio, porém, escreveu *pexui*. Mecenas, em *Octavia: Pexisti capillum naturae muneribus gratum*. Contudo, Áspero escreveu *pectiui*.⁷⁶» São estas as suas palavras. Columela, liv. 10: *Verum ubi iam puro descrimine pectita tellus*; idem, liv. 12, c. 3: *Praeparatae sint et pectitae lanae*.

Sisto. Cícero, *De offic.*⁷⁷, citando as XII Tábuas: *Aut status dies cum hoste*, isto é, ‘o dia estabelecido com o estrangeiro por causa do julgamento’. Plauto, *Curcul.*: *Si status conductus cum hoste intercedit dies*, isto é, ‘estabelecido e anunciado ao estrangeiro’.

Nexo -is, se porventura alguma vez existiu, já caiu em desuso; com efeito, o passo de Virgílio, *Aen.* 5 (*Et paribus palmas amborum innexuit armis*), que Prisciano aduz, adu-lo igualmente Diomedes para mostrar que *necto*, e não *nexo*, é que faz *nexui*⁷⁸.

Sisto, como ativo, faz *stiti*, conforme diz Gélio, liv. 2, c. 14; *statum* no supino⁷⁹.

Ulpiano, *Pand.*, liv. 2, título *Si quis cautionibus*, etc: *Quia uerum sit omnes statos non esse*; no mesmo livro, título *Si quis in ius uocatus non ierit*, escreve o mesmo Ulpiano: *Cum quis in iudicium sisti promisit neque adiecit poenam, si statum non esset*. Na mesma obra, encontrarás com frequência o pretérito. Além disso, é usado bastantes vezes sem composição, e com elegância, pelos escritores. Plínio, *Paneg.*: *Magnum hoc tuum non erga homines modo, sed erga tecta ipsa meritum, sistere ruinas, solitudinem pellere*, etc. Em composição é raríssimo.

Consisto foi usado por Gélio, liv. 5, c. 10: *Cum ad iudices coniiiciendae plane consistendaeque causae gratia uenisset*; Lucrécio, liv. 6: *Et per quae possent uitam consistere tutam*, isto é, ‘tornar, estabelecer como seguro’ – passo em que uma edição antiga, surpreendida pela significação inédita do verbo, preferiu a lição *consciscere*.

Subsisto, na aceção de ‘estabelecer ocultamente’, escreveu-o o mesmo Gélio, liv. 6, c. 2: *Peccata quoque hominum et delicta non subsistenda neque condiscenda sunt ipsis* etc.; Lívio, *Ab Vrb.* 1: *Iam non feras tantum subsistere, sed in latrones praeda onustos impetum facere* etc.; isto é, ‘atacavam, apanhavam feras’. Todavia, isto raramente se encontra. Na aceção de ‘suster, reprimir, conter’, foi usado por Vitruvius, liv. 8, c. 3: *Quam [aquam] nec argenteum neque aureum neque ferreum uas potest subsistere, sed dissilit et dissipatur*.

Cum uero *sisto* neutrum est, commune habet praeteritum cum uerbo *sto*. Composita neutra sunt et tam in praeterito quam supino *i* uocalem seruant, ut *resisto, restiti, restitum*, sic *subsisto, obsisto, persisto, insisto*, quorum supinis tutius uteris, cum apud probatos scriptores legeris. Quid Diomedes, quid Priscianus de *sisto* [p. 336] uerbo actiuo senserit satius esse puto silentio inuoluere quam tibi fastidium mouere.

Statum supinum a *sisto* uidetur priorem producere, cum inde *Iupiter Stator* deducatur, priore longa. Ouid., 6 *Fasti*: *Tempus idem statoris erit, quod Romulus olim / ante Palatini condidit ora iugi*.¹

Caluo, quod *calui* facit, teste Prisciano, tamquam priscum et obsoletum praetermissum est.^[1]

De prateritis et supinis quartae coniugationis

| | |
|--|---|
| <i>-iui, -itum</i> , ut <i>polio, fastidio</i> , quarta requirit. | 1 |
| Fert <i>ueni, uentum uenio; sepelire, sepultum</i> . | 2 |
| <i>Singultum singultit amat. Dat amixit amictum.</i> | |
| Ex <i>pario</i> natum per <i>-iui</i> , flectatur et <i>-ertum</i> . | 3 |
| <i>Comperio reperitque petit -ri, poscit et -ertum</i> . | |

1) Verba quartae coniugationibus *-iui, -itum* faciunt, ut *polio -iui -itum, fastidio -iui -itum*.

2) Sed *uenio, ueni*, per unicum *i*, *uentum. Sepelio -iui -ultum, singultio, singultiuui, singultum; amicio, amixi, amictum*.

3) Composita a uerbo *pario -iui*, per *u* uocalem, in praeterito et *-ertum* habent in supino, ut *aperio, aperui, apertum; operio, operui, opertum. Comperio* tamen *comperi* fecit et *compertum; reperio, reperi, reptum*.

| | |
|---|---|
| <i>Sancio</i> dat <i>sanxi, sanctum</i> , simul optat et <i>-itum</i> . | 1 |
| <i>Sensio</i> uult <i>-si, -sum. Sepsi</i> dat <i>sepio septum</i> . | |
| <i>Hausi</i> fert <i>haustum</i> . Dat <i>uixi uincio, uinctum</i> . | |
| <i>Farcio</i> dat <i>farsi, fartum</i> . Vult <i>fulcio fulsi</i> | 2 |
| ac <i>fultum</i> . <i>Sarsi, sartum</i> dat <i>sarcio</i> uerbum. | |
| <i>Veneo</i> fert <i>uenum</i> , quod ferme <i>ueniit</i> optat. | |
| Sat <i>salui</i> aut <i>salii saltum</i> ; stirps accipit <i>-ultum</i> . | 3 |

¹Ou., *Fast.* 6,794-5.

^[1]Schol. 16 [p. 335] ... praetermissum est *E'*] om. *E*².

Todavia, *sisto*, quando é verbo neutro, tem pretérito comum com *sto*. Os compostos são neutros e, tanto no pretérito como no supino, mantêm a vogal *i*, a exemplo de *resisto*, *restiti*, *restitum*; o mesmo vale para *subsisto*, *obsisto*, *persisto* e *insisto*, cujos supinos poderão ser usados sem problemas, desde que os leias nos melhores autores. Quanto ao que tanto Diomedes como Prisciano [p. 336] pensam sobre o verbo ativo, julgo que é melhor deixá-lo em silêncio para não te provocar fastio.

O supino *statum*, de *sisto*, parece alongar a primeira sílaba, uma vez que é dessa forma que deriva *stator* (*Iuppiter stator*), com a primeira longa. Ovídio, *Fast.* 6: *Tempus idem statoris erit, quod Romulus olim / ante Palatini condidit ora iugi.*

Caluo, que faz *calui*, segundo atesta Prisciano, deixámo-lo de parte por ser arcaico e desusado.

Quarta conjugação: pretéritos e supinos

| | |
|--|---|
| A quarta requer <i>-iui</i> , <i>-itum</i> a exemplo de <i>polio</i> , <i>fastidio</i> . | 1 |
| <i>Venio</i> dá <i>ueni</i> , <i>uentum</i> ; <i>sepelio</i> dá <i>sepultum</i> . | 2 |
| <i>Singultio</i> prefere <i>singultum</i> . <i>Amixi</i> dá <i>amicium</i> . | |
| Composto de <i>pario</i> conjugue-se com <i>-iui</i> e <i>-ertum</i> . | 3 |
| <i>Comperio</i> , <i>reperio</i> pedem <i>-ri</i> e <i>-ertum</i> . | |

1) Os verbos da quarta conjugação fazem *-iui*, *-itum*: e.g. *polio -iui -itum*; *fastidio -iui -itum*.

2) Contudo, *uenio* faz *ueni*, com um único *i*, e *uentum*. *Sepelio -iui*, *sepultum*; *singultio*, *singultiui*, *singultum*; *amicio*, *amixi*, *amicium*.

3) Os compostos do verbo *pario* têm *-iui*, com *ü* vocálico, no pretérito, e *-ertum* no supino: e.g. *aperio*, *aperui*, *apertum*; *operio*, *operui*, *opertum*; *comperio*, porém, faz *comperi*, *compertum*; bem como *reperio*, *reperi*, *repertum*.

Sancio dá *sanxi*, *sanctum* e, simultaneamente, admite *-itum*.

Sensio requer *-si*, *-sum*. *Sepio* dá *sepsi* e *septum*.

Hausi dá *haustum*. *Vincio* dá *uinxi*, *uinctum*.

Farcio dá *farsi*, *fartum*. *Fulcio* dá *fulsi*,

e *fultum*. O verbo *sarcio* dá *sarsi* e *sartum*.

Veneo, que prefere, quase sempre, *uenii*, dá *uenum*.

[*Salio*] dá *salui* ou *salii*, *saltum*; compostos recebem *-ultum*.

1) *Sancio, sanxi, sanctum* uel *sancitum*; *sentio, sensi, sensum*; *sepio, sepsi* uel *sepiui, septum*; *haurio, hausi, haustum*, et aliquando *hauriui* uel potius *haurii* facit.^[1]

2) Composita a uerbo *farcio* notanda sunt, quae mutant *a* in *e*, ut *confercio, confersi, confertum*; *refercio, refersi, refertum*.

3) *Salio* composita supinum faciunt in *-ultum*: *insilio, insilui* uel *insilii, insultum*; *dissilio, dissilui* uel *dissilii, dissultum*; *exsilio, exsilui* uel *exsilii, exultum*.

Schol. 17.^[2] De u<erbibus> ad quartam coniug<ationis> pertinentibus

Probus, Phocas, Diomedes, Priscianus docent uerba quarti ordinis facere praeterito *-iui* uel *-ii*, gemino *i*, ut *audiui* uel *audii, muniui* uel *munii* et caetera; alia tamen aliis usitiora sunt, id quod assidua lectio docebit; aliis praeterea oratores, aliis poetae frequentius utuntur.

Solus Diomedes ex ueteribus, si bene memini, uerbi *amiciendi* mentionem facit; et quod mirum est, inter uerba tertii ordinis: *Secunda forma*, inquit, *in -i puram literam desinit, ut 'alo', 'alui', 'arguo', 'argui', et caetera, et quod quidam exterminant 'amicio', 'amicui', ut Brutus in [p. 337] laudatione Appii Claudii: "Quae te toga praetexta amicuit". Sed Varro: "Sceleris magister amixit"*.¹ Haec ille.

Amicio docet Horat. quarti esse ordinis. *Epist.*, lib. 2: *Deferar in uicum uendentem thus et odores / et piper et quidquid chartis amicitur ineptis*;² item Ouid., 3 *De Pont.*, eleg. 8, et 5 *Met.*; sic Solin., c. 66: *Vestitur syrmate, ut est habitus, quo Liberum patrem amiciri uidemus*.³

Participium *amictus* frequentissimum est. Cic. 2 *Philip.*: *Sedebat in rostris collega tuus amictus toga purpurea*;⁴ sic Valer., Max., lib. 3, c. 6; idem, lib. 6, cap. 11: *Pellucida ueste amictus* etc.⁵

Amixi magis placet quam *amicuit*, ut enim *sancio, uincio -xi* faciunt, ita *amicio*.

Luius, lib. 4, dec. 5, *sepiui* dixit: *Ideo cum munimentis ea sepissent* etc., pro *sepiuissent*.⁶

Hauri, hauriui uel potius *haurii* interdum facit. Varro, apud Priscianum, ad Cic<eronem> 24: *Cum inde haurierint*.⁷ Apud Apuleium aliquoties *hauritum* reperitur. Virg., 4 *Aen.*, *hausurum* dixit.

¹Diom., *Ars* 1 (*GLK* I 367) ²Hor., *Epist.* 2,1,269-270 ³Solin., 53,17 ⁴Cic., *Phil.* 2,85 ⁵Val. Max., *Mem.* 6,9,1 ⁶Liu., *AVC* 44,39,3 ⁷Varro, *Ling.* 24,30.

[1] 'Sancio' ... facit *E'*] om. *E*² [2] Schol. 17 ... auctores inueniris [p. 337] *E'*] om. *E*².

1) *Sancio* dá *sanxi*, *sanctum* ou *sancitum*; *sensio*, *sensi*, *sensum*; *sepio*, *sepsi* ou *sepiui*, *septum*; *haurio*, *hausi*, *haustum* (por vezes, faz *hauriui*, ou melhor, *haurii*).

2) Tenham-se em atenção os compostos do verbo *farcio* que mudam o *a* para *e*, a exemplo de *confercio*, *confersi*, *confertum*; *refercio*, *refersi*, *refertum*.

3) Os compostos de *salio* fazem o supino em *-ultum*: *insilio*, *insilui* ou *insilii*, *insultum*; *dissilio*, *dissilui* ou *dissilii*, *dissultum*; *exsilio*, *exsilui* ou *exsilii*, *exsultum*.

Escólio 17. Verbos pertencentes à quarta conjugação

Probo, Focas, Diomedes e Prisciano defendem que os verbos da quarta conjugação fazem no pretérito em *-iui* ou *-ii*, com duplo *i*, a exemplo de *audiui* ou *audii*; *munui* ou *munii*, etc. Algumas formas de pretérito, porém, são mais usadas do que outras, algo que a leitura assídua nos ensinará: umas são usadas mais frequentemente pelos oradores e outras pelos poetas.

Só Diomedes, de entre os autores antigos, se bem me lembro, menciona o verbo *amicio* e, o que causa espanto, menciona-o entre os verbos da terceira conjugação: «A segunda forma termina na letra pura *i*, tal como *alo*, *alui*, *arguo*, *argui*, etc., que alguns põem de parte⁸⁰, e *amicio*, *amicui*, como escreve Bruto, no elogio de [p. 337] Ápio Cláudio: *Quae te toga praetexta amicuit*; contudo, Varrão escreve *Sceleris magister amixit*.⁸¹» São estas as suas palavras.

Amicio, mostra Horácio, *Epist.*, liv. 2, que pertence à quarta conjugação⁸²: *Deferar in uicum uendentem thus et odores / et piper et quidquid chartis amicitur ineptis*; igualmente, Ovídio, *De Pont.* 3, elegia 8, e *Met.* 5; e Solino, c. 66: *Vestitur syrmate, ut est habitus, quo Liberum patrem amiciri uidemus*.

O participio *amictus* é muito frequente. Cícero, *Philip.* 2: *Sedebat in rostris collega tuus amictus toga purpurea*; também Valério Máximo, liv. 3, c. 6; idem, liv. 6, c. 11: *Pellucida ueste amictus* etc.

Amixi é preferível a *amicui*; tal como *sancio* e *uincio* fazem *-xi*, assim também *amicio*.

Lívio, liv. 4, década 5, escreveu [*sepissent*], de *sepiui*, em vez de *sepiuissent*: *Ideo cum munimentis ea sepissent* etc.

Haurio faz, por vezes, *hauriui*, ou melhor, *haurii*. Varrão, no livro 24 dedicado a Cícero, citado por Prisciano⁸³: *Cum inde haurierint*. Em Apuleio, encontra-se algumas vezes *hauritum*. Virgílio, *Aen.*, 4, escreveu *hausurum*⁸⁴.

